SC.21.Pl.7.

C XIJ . . R

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
37
30 A
16

CONSILIA
SEV
DECISIONES
DIVERSORVM

Caſuum, præſertim ad Conſcientię forum pertinentium.

D. Marcelli Megalij Squillacenſis, Clerici Regularis.

Ad Sereniſſimum Principem

D. FRANCISCVM ESTENSEM

B A

Mutinæ Apud Iuliāum Caſſi[illegible]

[illegible]

SERENISSIMO
PRINCIPI D.
D. FRANCISCO ESTENSI
SERENISSIMI ALPHONSI
Mutinæ Principis Primogenito.

D.MARCELLVS MEGALIVS SQVILLACENSIS
Cler. Reg. ſempiternam felicitatem.

INDOLEM tuam prope diuinam animo attento intuenti nemini eſt dubitandum (Franciſce Princeps Sereniſſime,) quin imitaturus ſis Borſos, Hercules, Alphonſos cæteroſq; familiæ Eſtenſis viros preclariſſimos, ad aſſentationis ſuſpicionẽ omnẽ tollendam à me opera dedita prætermiſſos, qui nõ modo bellica gloria, verum quoq; publicarum, priuatarũq; domeſticarũ, forenſiumq; rerũ ad imperium ſuũ,& ad bene, beateq; viuendũ ſpectantiũ adminiſtratione, legumq; temperamẽto,& æquitate principibus cunctis domi, foriſq; laudum genere omni tunc florentibus antecelluere : quiq; excelſi, inuictiq; animi ſumma cum iuſtitia cõiuncti Alphonſi

Sereniſſimi genitoris tui, pietatiſq; incredibilis, dictorumq; factorumq; omnium moderationis, atq; prudentiæ ſingularis Iſabellę de Sabaudia Sereniſſimæ genetricis tuæ ex progenie regali, atq; auguſtiſſima oriundæ, futurus ſis ſimulacrum viuens in terris: quiq; tandem tamq; à natura optime informatus quàm tui expectationem ætate ab hac tua non dum tertij luſtri maximam concitaſti, eam ſuſtineas, atq; tuearis, tam in artibus ingenuis, humanarumq; diuinarũq; ſcientiarum facultatibus, quam in virtutibus ijs omnibus capeſſendis, quarum forma, quaſiq; facies, ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, quemadmodum ait Plato excitaret ſapientiæ, ea enim in te inſunt virtutum ſemina, vt ab omnibus meritò habearis erga Deum pijſſimus, parentum Sereniſſimorum obſeruantiſſimus, educatorum auditor ſtudioſiſſimus, ditioni tuę ſubiectorum amantiſſimus, inter natu minores grauis, & prouidus, inter ęquales comis, & humanus. Quare vt nominis tui Sereniſſimi ſplendor, & amplitudo temporis curriculo breui percrebeſcat apud exteras etiam nationes, quæ, quas animi tui dotes potius perſtrinxi, quam recenſui, eas ſummopere admirentur, atq; ſemper æmulentur, tibi voluminis huius munuſculum quam lubentiſſimè conſecro, tradoq; deuinctiſſimus, atq; additiſſimus ipſe. Vale.

EX commiſſione Adm. R. P. Magiſtri Fratris Io: Vincentij Reghetiæ de Tabia Inquiſitoris Generalis Mutinæ, Ego Fr. Io: de Tabia Lector Theologus, & Vic. Sancti Officij Mutinæ, vidi & maiori qua potui diligentia, & attentione perlegi Conſultationes centũ Adm. R. P. D. Marcelli Megalij Squillacenſis Clerici Regularis, &c. nihilq; per totum volumen offendi, contrarium fidei, bonis morib aut Decretis Summorum Pontificum, & Sac. Congregationis Romę, &c. Immò tanquam ſummam eruditionem redolentes, ſolidę Doctrinę innixas, & mirabili vtilitate pro Confeſſarijs, alijſq; perſonis refertas in lucem edendas eſſe, dijudico; Datum Mutinæ in Conuentu Sancti Dominici die 8. Iulij 1623.

Imprimatur.

Ego Fr. Ioannes de Tabia qui ſupra.

Vidit Andreas Codebouius.

✠ 3

D. VINCENTIVS GILIBERTVS
Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

FAcultatem concedimus (ſi ijs ad quos ſpectat videbitur) vt Conſilia, ſeu Deciſiones diuerſorum Caſuum, pręſertim ad Conſcientię forum pertinentium, Patris D. Marcelli Megalij Squillacenſis, Sacerdotis noſtræ Congregationis, & D. V. I. typis mandentur. In quorum fidem has noſtra manu ſubſcriptas, & ſolito noſtri Officij Sigillo munitas damus. Romæ apud Sanctum Silueſtrum In Monte Quirinali, die 24. Menſis Ianuarij 1624.

D. Vincentius Gilibertus Prępoſitus Gen.

D. Angelus Maria Secretarius.

IN SCRIPTOREM AVCTORIS INCERTI

Epigramma.

EST nouus e coelo ſcriptor demiſſus Apollo,
Scriptaq; fatidico templa dicata Deo.
Qui cupidus veri ſacras accedit ad ędes,
Rebus in ambiguis Delphica dicta docent.

INDEX
CONSILIORVM.

Conſ.1. DE reſtitutione facienda ab eo, qui debitorẽ alicuius occidit. pag. 1

Conſ.2. De reſtitutione facienda ab eo, qui legatum impediuit. 6

Conſ.3. De circunſtantia Voti, ex vi Profeſsionis, & Ordinis in Cõfeſſione non aperienda. 18

Conſ.4. De cõpenſatione debiti. 24

Conſ.5. De nullitate reſcripti pro irregularitate ſurreptitiè obtenti. 33

Conſ.6. De peccato ludentium ludis lege prohibitis. 47

Conſ.7. De eo qui dubitat an Votum emiſerit. 56

Cõſ.8. De emptione, & vẽditione rei, abſque dominij tranſlatione. 61

Conſ.9. De his quæ poſſunt donare meretrices Bononiæ iuxta Bullam Pij V. 68

Conſ.10. De Religioſo, qui retinet pecuniã cũ licentia Superioris. 91

Conſ.11. De vouente Religionem ſi à peccato prçſeruatur. 96

Cõſ 12. De pœnis, quas incurrit Clericus aſſocians intendentẽ prouocare inimicum ad pugnam. 101

Conſ.13. An Votum factum impubertatis tempore poſſit à Patre irritari, ſi dubitatur filiũ illud, trãſacta tali ætate, confirmaſſe. 110

Conſ 14. De non manifeſtandis ſcripturis priuatis Iudici interrogãti etiam medio iuramento. 120

Conſ.15. De ſignificatione verborũ: Declares legitimum: an intelligãtur virtute ſubſeq. matr. 124

Conſ.16. De volente permutare beneficium Eccleſiaſticum principaliter pro terreno commodo. 135

Conſ.17. De pecunia depoſitata apud Mercat. ad rationem octo pro cent. 139

Conſ.18. De pacto, vt Eccleſia teneatur ſoluere onera impoſita, & imponenda ex rebus emptis. 143.

Conſ.19. De Miſsis, quæ celebrantur ad Altaria Priuilegiata pro animabus viuentium. 147

Conſ.20. De diſpenſatione ſuper taxam panis, An poſſit Princeps illã concedere tuta conſcientia? 153

Conſ.21. De abſolutione ab hæreſi à Prælato Regulari non bene data. 159

Conſ.22. De Matrimonio nullo ob impedimentum fornicariæ affinitatis. 170

Conſ.23. De donatione ad piam cauſam, quæ cum impleri nõ poſsit applicanda eſt ad ſimilẽ causã. 172

Conſ.24. De imponentibus noua tributa 181

Conſ.

Index Conſiliorum.

Conſ.25. De commutatione voti promiſſorij in melius propria auctoritate facienda. 187
Conſ. 26. De his qui interſunt Comedijs in quibus turpia repræſentantur. 191
Conſ.27. De interpretatione legati de Miſſa celebranda. 197
Conſ.28. De diſpenſatione Voti Caſtitatis ob paupertatem vouentis ab Epiſcopo facienda. 200
Cōſ 29. De preſcriptione mutui poſt 12. annum vigore Statuti. 202
Conſ.30. De validitate electionis. 205
Conſ.31. De Simonia ignoranter cōmiſſa. 209
Cōſ.32. De alienatione Eccleſię. 212
Conſ. 33. Regulares donantes Eccleſiam nō incidiſſe in pœnas Bullæ Clem. VIII.
Cōſ.34. De falſarijs monetarū. 231
Conſ.35. De Voto ingrediendi Religionem, in qua regularis obſeruātia non viget. 240
Conſ. 36. De falſa moneta. 243
Conſ.37. De abſolutione ab excommunicatione ob ingreſſum Monaſterij. 247
Conſ.38. De nullitate contractus cēſualis ob non ſeruatam formam Bullæ Pij V. 250
Conſ.39. De reſtitutione bonorū iniuſto bello acquiſitorum non facienda. 257
Conſ.40. De interpretatione vltimæ voluntatis circa piū legatum. 260
Conſ.41. Quod per ſolam ſociorum criminis confeſſionem tortura tuta conſcientia dari nō poteſt. 264
Conſ. 42. Non poſſe Epiſcopū in cōcurrentijs beneficiorū, digniorē eligere cum aliquo pacto. 274
Conſ.43. An qui compenſauit, iurare poſſit ſe ſoluiſſe? & an qui fideiuſſit de tuto carcere liberetur ab obligatione per mutationē carceris, aut per aliā nouationē. 277
Conſ.44. An Dominus temporalis & tutor ſuadere poſſit ſponſalia puellę impuberi? 283
Conſ.45. Pactum lucri ceſſantis eſſe licitum: licitumq; mutuū tritici veteris, vt reddatur nouū. 287
Conſ. 46. De immunitate Eccleſiarum. 292
Conſ.47. De Iure patronatus. 297
Cōſ.48. De Simonia ob ceſſionē vnius beneficij cum promiſſione alterius. 301
Conſ.49. De præſcriptione virtute priuilegiorum non facienda, niſi &c. 304
Conſ.50. De venditione rei cum reſeruatione dominij ob dilatam ſolutionem. 309
Conſ.51. De Iure patronatus cum grauamine fundato. 313
Conſ. 52. De emptione, & venditione cū pacto retrouendendi. 318
Conſ.53. De donatione à ſponſo minore

nore 25. annis cum iuramento facta in Ciuitate vbi per Statutum huiuſmodi donationes moderantur. 321

Conſ.54. De eleemoſyna pro celebratione Miſſarum. 328

Conſ.55. De muliere, quæ matrimonium fictè ſine vrgenti cauſa contraxit. 334

Conſ.56. De abſolutione non deneganda pœnitenti ob priuatã ſcientiam confeſſarij. 336

Conſ.57. De diſpenſatione ob magnã & vrgentem cauſam facienda ab Epiſcopo ſuper matrim. nullo ob impedimentum conſanguinitatis infra quartum gradum. 337

Conſ.58. De reſtitutione facienda ab illa, quæ iniuſtè aliquem accuſauit. 341

Conſ.59. De mercede aßignanda pro occiſione bannitorum. 344

Conſ.60. An Banniti occidi poßint extra territorium. 348

Conſ. 61. De exigentibus onera ab Eccleſiaſticis reſpectu bonorum acquiſitorum. 351

Conſ. 62. De iniurijs & damno dato. 355

Conſ. 63. De celebratione Miſſarum. 357

Conſ.64. De exactione ſubſidij cuiuſdam Feudatarij. 361

Conſ.65. De promißione beneficij viuentis. 364

Conſ.66. De Voto Caſtitatis ab Epiſcopo diſpenſabili. 366

Conſ.67. De Macellarijs permittentibus Iudæis occiſionem animaliũ more Iudaico, & de Chriſtianis comedẽtib⁹ ex dictis carnibus. 368

Conſ.68. De Emphyteuſis noua conceßione ad formam antiquæ facienda. 374

Conſ.69 De vſuris. 376

Conſ.70. De emptione, & vendit facta vltra iuſtum pretium ratione periculi. 380

Conſ.71. De legato ad pias cauſas inſufficiente ad implẽdum opus annexum. 382

Conſ.72. De immunit. Eccleſ. 384

Conſ.73. De eadem immunit. Eccleſ. 395

Conſ.74. De venditione fructuũ beneficij ad vitã beneficiati. 398

Conſ.75. De immunitate colonorum Eccleſiæ. 401

Conſ.76. De vſu priuilegij contra priuilegiatos. 404

Conſ.77. De emphyteuſi iterum non concedenda poſt incorporationem bonorum. 410

Conſ.78. De refectione Eccleſiæ Patronalis inopis à patrono facienda. 416

Conſ.79. De legato relicto pauperibus, diſtribuendo conſanguineis pauperibus. 423

Conſ.80. De legato in annos ſingulos 426.

Conſ.

Conſ.81. De iuramento ſeruandi ſtatuta præſentia, & futura. 428
Conſ.82. De abſolutione à caſu reſeruato commiſſo ante reſeruationem. 431
Conſ.83. De peccato proprietatis cõmiſſo ob dilapidationem rerum Monaſterij. 433
Conſ.84. De nõ exigenda collecta ex bonis Clericorum. 435
Conſ.85. De locatione eſculentorum, & poculentorum nõ facienda. 439
Conſ.86. De ſpolijs Clericorum. 442
Conſ.87. De diuiſione penſionis rei Eccleſię locatæ inter prædeceſſorẽ, & ſucceſſorem in beneficio facienda. 446
Conſ.88. De nõ claudendis feneſtris Monaſterij in communi muro factis. 449
Conſ.89. De emphyteuſi quoad laudemium. 457
Conſ.90. De emphyteuſis præſcriptione vnius Eccleſiæ aduerſus aliam. 461
Conſ.91. De electione illegitimi ad dignitates Regulares. 463
Conſ.92. De theſaurario Montis Pietatis, qui expendit pecunias Montis ad proprios vſus. 466
Conſ.93. De emptione & venditione cum pacto retrouendendi. 471
Conſ.94. De ſubdelegatione auctoritatis inſtituendi confraternitatem. 474
Conſ.95. De interdicendo Eccleſiaſticis commercio cũ Bãnitis. 477
Conſ.96. De promiſſione matrimonij fraudulenter facta Viduæ, vt inducatur ad fornicationem. 480
Conſ.97. De licentia vacandi in diebus feſtis operibus ſeruilibus à ſolis ſuperioribus Eccleſiaſticis concedenda. 487
Conſ.98. De cognatione ſpirituali ex baptiſmo proueniente, quando plures vnũ de fõte ſuſcipiũt. 489
Conſ.99. De beneficiatis, & Clericis alicuius religionis militaris non admittendis ad concurſum alterius beneficij curati. 493
Conſ.100. De fructibus beneficiorũ concedendis eis, qui in excommunicatione ſeruitium Eccleſiæ præſtiterunt. 498

CONS. I.

DE RESTITVTIONE facienda ab eo, qui debitorem alicuius occidit.

SVMMARIVM.

1 *REſtitutio naſcitur tantum ex damno illato cũ iniuria eius cui infertur.*

2 *Reſtitutionem ad illam tantum tenemur in foro conſcientiæ, ad quam per iuſtam ſentẽtiam condemnaremur.*

3 *Ius creditorũ manet pendẽs à periculo vitę creditorum quando voluntariè acquiritur.*

4 *Damnum ex culpa ſua dans, etiam abſque voluntate, tenetur illud reſarcire.*

5 *Illicitæ rei operã dans, quæ ſit illicita ex præcepto iuſtitię tenetur ad omnia quæ ſequuntur etiam præter intẽtionem.*

6 *Cauſa qualiſcunque non obligat ad reſtitutionem, ſed cauſa tantum, vel occaſio proxima.*

7 *Ordinatum ad aliud, illud tantum cenſetur, quo poſito ex natura ſua illud ſequitur.*

8 *Occiſio proximi etiam facta à prouocato eſt iniuſta, & illicita.*

9 *Duellum non tenemur accepta-*

pta-

ptare, ſed poſſumus, imò tenemur recuſare.

10 *Duellorum regulæ, non ſecũdum prauas conſuetudines & opiniones, ſed lege rationis ſunt regulandæ.*

11 *Occidens aliquem cum inculpata tutela, non dat operã rei illicitæ.*

PETRVS occidit Franciſcum, qui debebat Antonio centũ, quæ Frãciſcus viuẽs exoluiſſet; illo autem occiſo, non habet Antonius vnde iſta cẽtũ recipiat, nã nihil Frãciſcus habebat ĩ bonis, vel ſi habebat, alij creditores anteriores ex illis ſibi ſatisfecerũt, & viuẽdo Franciſcus ſatisfeciſſet. Dubitat nunc Petrus an teneatur in foro Cõſciẽtiæ reſtituere Antonio prædicta centum.

1 Et pro parte negatiua facit primò, quia reſtitutio tantum naſcitur ex damno illato cum iniuria eius cui infertur, vt dixit Mich. Salon in 2.2. D. Th. q. 62. ar. 2. cõtrou. 8. Sed in hoc caſu, licet Petrus ocidendo Franciſcum indirectè Antonio damnum intulerit, nullam tamen ei fecit iniuriam, & ideo ad reſtitutionem nõ tenetur.

2 Secundò quia nemo tenetur ad aliã reſtitutionẽ in foro cõſciẽtię, niſi ad eã ad quã per iuſtam ſententiã explicata rei veritate, condẽnarẽtur; at nulla lex aut prudens Iudex condẽnaret aliquem occiſorẽm ad ſoluenda creditoribus debita occiſi; nec daret creditori actionẽ ĩ iudicio contra homicidam; ergo homicida ad hanc reſtitutionẽ faciendã nõ obligatur: quæ ratio eſt eiuſdẽ Salonis ibidẽ, qui hanc negatiuam opinionem tuetur. Et eãdem ſententiam etiã tenet Bãnes de Iuſt. & iur.

q. 62. ar. 2. dub. 6. in reſponſ. ad 3. concluſ.

3 Tertiò quia Ius creditorũ q̃ uolũtariè acquiritur, ea cõditione acq̃ritur vt maneat pendens à periculo vitę & bonorum perſonę creditoris, quo mortuo, moritur & creditorũ ius, vt dicit Bannes in d. rſponſ. ad 3.

4 Pro parte uero affirmatiua facit Primò quia q̃ infert damnum proximo ex culpa ſua tenetur illud reſarcire, c. 2. & fin. de iniur. & damno dato, quamuis non haberuit voluntatem damnificandi, vt notat Pan. in d. c. fin. not. pri.

5 Secundò quia qui dat operam rei illicitæ, quæ prohibita ſit ex præcepto iuſtitiæ, ei imputãtur omnia quæ ſequuntur etiam pręter intentionẽ ſuam argumento c. fin. de homic. in 6. & tenet Panor. in c. tua de homic. & c. tanta qui filij ſint legit. nu. 8. Syl. ver. cauſa legalis §. 8. Quibus ſic ſtantibus cum Antonius ex culpa Petri qui dabat operam rei illicitæ, priuetur recuperatione prædictorum centum, Concludendum videtur teneri Petrum in conſcientia prædicta centum Antonio reſtituere, cõtrarijs nõ obſtantibus.

6 Veriorem nihilominus negatiuã ſententiam eſſe cenſeo; nam nõ omnis qui qualemcunque cauſam vel occaſionẽ damni dat, reſtituere tenetur, ſed is tantùm, qui dat cauſam vel occaſionem eius proximam, vt dixi in 1. 2. inſtit. l. 3. c. 1. q. 2. verſ. quod ſit etiam; & faciunt ea quæ dicit Dec. in c. 1 de offic. deleg. nu. 72. nam negatur homicidium eſſe ordinatũ ad impediendã ſolutionẽ debiti, cum illud tantùm

cenſeatur ordinatum ad aliud, quod illo poſito ex natura ſua aliud ſequitur; ſed poſito homicidio, ex natura rei, non ſequitur impeditio ſolutionis debiti, ſed per accidens tantũ debitũ nõ ſoluitur, nempe quia occiſus non habet in bonis, ut dixi ubi ſupra. Nec obſtant rationes pro affirmatiua ſententia adductæ; nã prima ratio intelligitur de illo, qui infert damnum proximum, non autem remotum, prout eſt in caſu noſtro. & ſecũda ratio intelligitur etiam de damno quod proximè ſe-
7 quitur, Quam ſentẽtiã dicas procedere etiamſi Petrus occidiſſet Franciſcũ ꝓuocatus ab ipſo ad duellum; nam quamuis nullo iure liceat priuata auctoritate aliquem occidere, ta-
8 men omnis occiſio proximi, etiam facta à prouocato fit iniuſta & illicita, & conſequenter obligatoria ad reſtitutionem damnorum, quæ inde ſequuntur, vt patet ex dictis. Nihilominus ad reſtitutionem damnorum, quæ creditor occiſi patitur ex eo quòd propter mortem ei debitũ non reſtituitur, occiſor nõ tenetur, per ſupra dicta, quamuis aliàs hominem in duello occidens, lucra ceſſantia, & damna emergentia reſtituere teneatur, non obſtante iure naturali quod concedit vim vi repellere, vt habetur in c. Ius naturale diſt. 1. & in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. nam intelligitur de inuaſore quẽ aliter euadere nequimus, niſi occidendo illũ; prouocatus autẽ ad duellũ
9 poteſt aliter euadere, nam licitè, & etiam abſq; detrimento ſui honoris poteſt duellum recuſare; imò ad hoc tenetur, cũ ab omnibus legibus ſit prohibitũ,

&

&qui eum ſuſcipiunt, qua
cunque ratione id faciãt,
excommunicantur, & pę-
næ infamiæ, ac proſcriptio
nis bonorum ſubijciũtur,
ac vt iniqui homicidę sũt
iudicandi, prout decretũ
eſt in Concil. Trid. ſeſſ. 25.
c. 19. de reformat. confir-
matum, declaratum, &
extentum per Bullam feli-
cis record. Greg. Papę xiij.
& nouiſſimè per Bullã Sã-
ctiſſimi D. N. Clementis
Papę viij. anno 1592. quę
10 incipit, *Illius vices* &c. Nec
obſtat vulgaris hominum
opinio; nam regulæ duel-
lorum lege rationis, & nõ
iuxta prauas conſuetudi-
nes, & vulgares hominũ
opiniones, ſunt regulan-
dæ, vt dixit Mutius Iuſti-
nop. in tract. de duello lib.
3. c. 14. col. fin. Et præ-
dicta multo magis proce-
dere dicas in caſu quo Pe-
trus occidiſſet Frãciſcum
aggreſſus ab illo, ita vt ali-
ter euadere nequiuiſſet,
11 niſi occidendo illum, ſeu
ſi (vt aiunt Iuriſtæ) illum
occidiſſet ſine crimine in-
culpatæ tutelæ, quia in
hoc caſu neque fuiſſet in
culpa, neq; dediſſet ope-
ram rei illicitæ; iure enim
naturali licet vim vi repel-
lere, vt in dictis c. ius natu-
rale diſt. 1. & l. vt vim. &
in c. ſignificaſti il 2. de ho-
micid. & in c. ſi vero de
ſent. excom. & probat D.
Th. in 4. diſt. 25. q. 2. ar. 2.
q.[la] 2. ad 2. & 3. Bannes
de iuſt. & iur. q. 64. ar. 7.
concluſ. 2. Et idem eſt di-
cendum in omnibus caſi-
bus, in quibus licitè Petrus
occidiſſet Franciſcum,
de quibus latè dixi
in 1.2. meæ Inſtit.
lib. 3. c. 1. q. 1.
Hæc dicta
ſint ſal-
uo ſẽ-
per
meliori iudicio, &c.

CONS. II.

DE RESTITVTIONE facienda ab eo qui legatum impediuit.

SVMMARIVM.

1 *Legata, & fideicommiſſa vt debeantur, debent cum aliqua ſolemnitate relinqui.*

2 *Solemnitas à lege in ipſo actu requiſita tempore ipſius actus, ſi deficiat, quaſi deficiente ſubſtantia, actus euaneſcit.*

3 *Conſcientiæ foro non tenetur, qui neque tenetur in foro exteriori.*

4 *Impediens alium ab eo conſequendo quod nondum erat ſui iuris, non tenetur reſtituere.*

5 *Conſcientia obligat ad ea ad quæ quis tenetur vi legum ſiue Canonicarum, ſiue Ciuilium.*

6 *Leges Ciuiles non obligare in conſcientia ſub mortali, temerarium eſt aſſerere.*

7 *Legatum nudis verbis relictum, debetur.*

8 *Fides ſeu confidentia teſtatoris obligat heredem ad ſoluenda legata abſq; ſolemnitate relicta.*

9 *Promiſſio heridis facta teſtatori de ſoluendo legato non relicto in teſtamento ſapit naturam contractus.*

10 *Tutorem ſe fore promittens patri pupilli, non poteſt ſe excuſare, etiamſi excuſationem habeat.*

11 *Teſtamenti nutura eſt vt in ſe contractum geri patiatur.*

12 Re-

12 *Reſtituere tenetur qui per vim, metum, dolum, mẽdacium & c. impedit aliquem à cõſequutione boni, etiam quod non eſt ei debitum ex iuſtitia.*

13 *Reſtitutio debet reparare omnem læſionem contra iuſtitiam commutatiuam, & omnia damna.*

14 *L. ſi veritas, & l. fin. C. de fideic. concordantur, & eiuſdem l. fin. intellectus.*

15 *Iuris mei aliquid eſſe, vel de proximo futurum eſſe, idẽ eſt.*

16 *Precum importunitate impediens legatum tenetur ad reſtitutionem.*

17 *Preces importunæ in Tyrãno æquoparantur metui.*

18 *Metum ob reuerentialem celebratus actus reſcinditur.*

QVidam infirmus decreuerat ſuũ condere teſtamentũ, & in illo mille libras Imperiales legare Bernardo familiari ſuo, quo cognito à Ceſare, qui heres inſtituẽdus erat, precibus à teſtatore impetrauit, vt legatũ hoc nõ ſcriberet, neque de illo mentionem faceret in teſtamento, promittens ſe ſoluturũ illas mille libras quamuis legatæ non ſint; cui promiſſioni fidem adhibens teſtator prędictus, nihil in ſuo teſtamento prædicto Bernardo legauit, & mortuus eſt. Dubitat nũc Cæſar an verè teneatur in foro conſcientiæ ſoluere prædictas mille?

1 In fauorem Cæſaris facit Primò quia legibus cauetur vt legata, & fideicommiſſa ad hoc vt ſint legitima, cum aliqua ſolemnitate relinquantur, l. fin. §. fin. C. de Codicill. & l. fin. verſ. ſed ſine C. de fideic. Sed cum in hoc legato, ſeu fideicommiſſo talis ſolemnitas ſit prætermiſſa,

videtur ipſum non eſſe debitum, tanquam illegitimè relictum.

Secundò ad idem facit tex. in l. ſi veritas C. de fideic. vbi non cogitur quis ſoluere relictum ſine ſolẽnitate iuris.

2 Tertiò facit doctrina Bart. in l. vn. col. 1. C. de precib. Imperator. offer. vbi docet, actũ eſſe ipſo iure nullũ quando lex iubet aliquam ſolemnitatem in ipſo actu celebrando adhibendam eſſe, ſi talis ſolemnitas in ipſo actu celebrãdo omittatur, quaſi deficiat ſubſtantia illius; Sed lex iubet vt diſpoſitio vltimæ voluntatis in præſentia teſtium fiat, & in hoc caſu ſolemnitas hæc non interuenit; Ergo actus eſt nullus; ſi nullus, ergo ad nihil Cęſar tenetur. Et cũ per prædicta conſtet non 3 teneri in foro exteriori, neque in foro conſcientię tenebitur, iuxta regulam quam tradit Mich. Salon in 2. 2. D. Th. q. 62. ar. 2. controu. 8.

Quartò facit ſententia Gerardi relati primo ab Adria. in 4. ſent. in mat. de reſt. Et à Soto lib. 4. de iuſt. & iur. q. 6. ar. 3. Et tandem à Bannes de iuſt. & iur. q. 62. ar. 2. dub. 12. 4 concluſ. 3. qui affirmat nõ eſſe reſtitutioni obnoxiũ eum, qui impedit alium à conſequenda re, quã nondum acquiſierat.

At his nõ obſtantibus, ego dico Cæſarem prædictum teneri in conſcientia ſoluere prædictas mille libras Imperiales, & moueor his rationibus.

5 Primò quia, ad ea vnuſquiſque tenetur in conſciẽtia, ad quę tenetur vi legũ ſiue canonicarum, ſiue Ciuilum; ſed leges canonicę & ciuiles obligarent ad ſolutionẽ huiuſmodi legati

ſi conſtaret de fraude; ergo. Maiorem probo auctoritate D. Th. 1. 2. q. 36. ar. 4. vbi docet leges humanas iuſtas obligare in foro conſcientiæ, idem fatetur Caiet. ibidem. 6 Et Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. q. 6. ar. 4. cõcluſ. 1. ubi ſpecificè dicit, quòd lex humana, tã Canonica, quam Ciuilis, ſi iuſta eſt, auctoritate uiget, viq; pollet obligandi ſubditorum conſcientias. Et ratio eſt, quia omnis lex humana ab æterna lege deriuatur, ſecundum illud Prouer. 8. Per me Reges regnant, & legũ cõditores iuſta decernut; ergo ex eadẽ æterna lege illi uirtus obligandi in conſcientia deriuatur. Et quo ad leges canonicas fatetur idem Soto ibid. concluſ. 4. (quod tãquam fides catholica confitendũ eſt) eas obligare in foro 7 cõſcientiæ genere ſuo ſub reatu mortalis maculę, cõtra hæreſim Vualdenſem, Vuicleſſenſem, & Luteranam, damnatã per Conc. Viennenſem, & Conſtant. & tendem per Leonem X. De Legibus vero Ciuilib' dicit in verſ. Colligimus ergo in ead. Cõcl. quòd licet non ſit manifeſta hæreſis denegare illas habere vigorem obligãdi in conſcientia ſub mortali, eſſet tamen temerarium, & cõtra Doctorum conſenſum tàm Theologorum, quàm Canoniſtarum, & Ciuilũ, quorum multos citat & ſequitur Couar. in 2. par. relect. de matrim. c. 7. nu. 1. fol. 213. licet Gerſon contrarium tenuerit, contra quem diſputat & concludit Soto ſupra. Maiore ſic probata, minorem probo legibus canonicis, & ciuilibus.

Et primò per tex. in c. indicante. de teſtam. & v r,

volunt. vbi mandat Papa præſtari legatũ nudis verbis relictum. Nec obſtat ſi quis dicat hoc ſummum Pontificẽ mandare fauore pię cauſę; nam idem eſt dicẽdũ ad nõ pias cauſas, vt notat gloſ. & Abb. Panor. in d. c. indicante num. 1. Secundò probo per tex. in l. fin. C. de fideic. Vbi heres pręſtere compellitur relictum à teſtatore fideicõmiſſum ſine vlla teſtiũ ſolemnitate, vel iurare non fuiſſe relictũ. Quod apertius cauetur in §. fin. Inſtit. de fideicom. hered. Vbi Iuſtinianus ait quòd antiqui tus fideicommiſſa ex heredum ſola fide, & voluntate pendebant, & cum Auguſtus illa àd iuris traxerit neceſſitatem, vt ſcilicet tunc vigorem habeant, quando legitimè relinquantur. Ipſe volens hoc amplius defunctorum volũtatibus propitius ſtatuere, decreuit, vt ſi teſtator in fide heredis ſui ponat fideicõmiſſum heres cogatur illud præſtare, aut iurare ſuę fidei à teſtatore nõ eſſe poſitum. Ex quibus verbis conſtat, Imperatores hoc decreuiſſe duplici ex cauſa, nempe fauore vltimarum voluntatum, & ratione cõfidentię, quã teſtator
8 habuit de herede; Lex. n. graue eſſe iudicat fidem fallere l. 1. in prin. ff. de conſtit. princ. & l. cõuentionum ff. de pact. ex quo elegãter dicebat Bart. in l. ſi ita ſcripſero ff. de cõdit. & demonſtrat. Quòd ſi teſtator mandat heredi, vt ſoluat omnia, quæ ſcripta reperta fuerint in quadam ſchedula relicta apud quẽdã, quòd heres abſque alia ſolẽnitate tenebitur illa pſtare, & ſe mouet p tex. in d l. fin. Cuius opinionẽ teſtatur cõmunẽ Ripa ĩ l. nemo poteſt, ff. de leg. 1 n. 31.

Quæ

Quę omnia cum procedāt in caſu noſtro, dubitandū non eſt, legatum huiuſmodi de iure Ciuili deberi; ergo debebitur & in conſcientia; & tanto magis, quia ſecundum eiuſdem conſcientiæ rectitudinem, non poſt Cæſar vti beneficio d. l. fin. & §. fin. nempe iurando legatum non fuiſſe relictum ſuæ fidei, cum verè & realiter relictū ſit.

Tertiò probo eandem minorē hac ratione, nēpe quia cū Cęſar promiſiſſet Antonio ſoluere dictas mille libras Bernardo, & Antonius, illas in fide Cęſaris heredis poſuiſſet, hęc diſpoſi-
9 tio ſapit naturam contractus, & ita heres ad illud quod promiſit, tenetur, iux. tex. in l. quidam cum filium, ff. de hered. inſtit. prout docet Bart. in d. l. nemo poteſt: qui tex. eſt inducendus in verſ. ſi tamē, vbi ſi quis alicui promittat ſe reſtituturum hereditatem, in qua fuit inſtitutus, tenetur ex ſua promiſſione illam hereditatem reſtituere.

Et confirmatur per tex. in l. ſpadonem §. 1. ff. de excuſ. tutor. ab eod. Bart. ibidem allegatum; vbi ex eo quod quis promittit pa
10 tri pupilli ſe fore tutorem liberorum, excuſari à tutela nō poteſt etiam ſi aliter ius excuſationis ſibi competeret; & hoc non alia ex cauſa, niſi ratione promiſſionis, quę cum etiam interueniat in hoc caſu, tenebitur Cæſar ratione ipſius, illas mille libras, & in foro exteriori ſi conſtaret, & in conſcientia præſtare. Ex qua pręcitata Bart. doctrina, Io. Guterrius in repet. l. nemo poteſt de legat. 1. num. 254. notat poſſe etiam in teſtamento celebrari contractus; ea eſt enim ipſius te-

11 teſtamenti natura vt in ſe contractum celebrari patiatur, quod probant iura in l. 1. §. aſſignare, iuncta l. aſſignare ff. de aſſignād. liber. quæ ad hoc citat Oldrad. in cōſ. 214. nu. 2. & hoc in ſpecie notat gloſa ſingularis, & omnibus nota in l. heredes palam §. fin. ff. de teſtam. in verſ. alienum, & ibi Bart. in nu. 1. Et hanc communem eſſe opinionē fatetur poſt alios idem Guterr. ſupra Et hęc dixiſſe ſufficiant pro dictæ minoris ꝓbatione, in qua licet aliquanto prolixor fuerim, tamen hęc omnia adnotare volui, quia meę fauent opinioni, ipſamq; omni ex parte comprobāt.

Secunda ratio, quę mouet ad condemnandū prędictum Cæſarem in con-
12 ſciētię foro, eſt, qa qui per medium aliquod contra iuſtitiam commutatiuam, videlicet per vim, metum, dolum, mendacium, &c. impedit aliquem a conſequutione boni, etiam illi non ex iuſtitia, ſed ex liberalitate debiti, tenetur ad reſtitutionem faciendā, vt ait Bannes de iuſt. & iur. q. 62. ar. 2. dub. 12. Sed in caſu noſtro hoc modo impediuit Cęſar ne Antonius legaret Bernardo illas mille, ergo &c.

Maiorem probat ipſe Bannes, quia per reſtitu-
13 tionē debet reparari omnis læſio contra iuſtitiam commutatiuam, & omnia damna; ergo qui per tale medium contra iuſtitiam commutatiuam impediuit aliquē à cōſequutione boni, ꝙ erat in prōptu obtinere, etiāſi obtinendū eſſet ex miſericordia vel liberalitate alterius, tenebitur ad reſtitutionē faciendā illius dāni, ratione iniuſtitię quam alter paſſus eſt. Minor verò patet, nā quando

Cęſar impediuit teſtatoré, vel illa ſua promiſſione voluit illum decipere, vel verè habebat animum ſe obligandi: ſi primum, habemus intentum, & ſic ratione ipſius fraudis tenebitur reſtituere, quod etiã affirmat Nau. in ſum. c. 17. n. 70. & 73. vbi ponit casũ expreſſum de faciẽte mutare teſtamentum, vel legatum, & ſe mouet ex l. 1. & 2. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & ex l. fin. ff. de hered. inſtit. & Sotus lib. 4. dę iuſt. & iur. q. 6. a. 3. circa finem, expreſsè ad reſtitutionẽ obligat impedientẽ ꝑ vim, aut fraudẽ ne alicui legatũ relinquatur, contra Caiet in 2. 2. q. 62. a. 2. cuius dictum Bannes ſupra intelligit procedere quando non interuenit vis, aut dolus, & ita etiam intelligendus eſt Syl. in ver. reſtitutio 3. §. vlt. in verſ 2. ſecundum Petrum &c. vt ipſemet indicare videtur ibi; Sed intellige quòd non teneatur, ſi reuocatio fiat liberè, ſecus autẽ ſi non libera voluntate &c. Et in caſu iſto, non ſolum non reuocatur liberè, ſed nullo modo reuocatur, & tãtũ in teſtamẽto nõ ſcribitur ſub fide heredis, vel dolo ipſius. Si autem verè habebat animum ſe obligandi dubitãdũ non eſt teneri ſub mortali ad ſui promiſſi obſeruationem, per ea quæ tradit D. Th. in 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 5. & Nau. in Man. c. 18. nu. 6. cum omnia (vt ipſe aſſerit) ex tempore quo promiſit vſque nũc immutata ꝑmaneãt. Quibus ſic ſtantibus, non obſtant ea quæ in principio pro parte ipſius Cæſaris adduxi, nam.

Ad primũ reſpondeo ex his quæ dixi in 2. ratione probando minorem primę rationis meæ, nempe ad

hoc fuiſſe prouiſũ ex benignitate Iuſtiniani ĩ d. §. fin. Inſtit. de fideicõ. heredit.

14 Ad ſecundum ex l. ſi veritas C. de fideic. reſp. gloſ. in d. l. fin. eius. tit. ĩ verſ. ſubire, dicens dictam l. ſi veritas fuiſſe correctam per finalem, quæ reſponſio vt falſa cõmuniter reprobatur ſecũdum Menchacam de ſucceſſ. creat. §. 23. n. 6. relatum à Gutierr. in d. l. nemo poteſt nu. 244. quia non dębet vnquam legum correctio induci q̃do à lege expreſſe non inducitur, l. pręcipimus C. de appellat. l. ſancimus, cum alijs C. de teſtam. Quare eadẽ gloſa pluribus alijs modis etiam reſpondet, & inter alios dicit, quòd ideò in d. l. fin. cogitur heres præſtare relictũ etiã in minus ſolemni voluntatę, quia teſtator poſuit illud in fide heredis, & hunc intellectum pleriq; ſequuntur, & cum communem eſſe affirmat Iaſ. in d. l. fin. nũ. 12. & Mẽchaca ſupra n. 1. quos citat & ſequitur Gutierr. ſupra nu. 246. At cũ in caſu noſtro etiam in fide heredis ſint poſita dicta mille, vt aſſeritur, non eſt cur d. l. ſi veritas, amplius obſtet, in ipſa enim fides hęc non interuenit.

Ad tertium ex doctrina Bart. eodem modo reſpõdeo, quia vt patet ex dictis, caſus hic ſpecialis eſt, & deciſus in prędictis l. fin. & §. fin. ꝓpter fidẽ quã de ſuo herede habuit defunctus, & etiã ꝓpter ꝓmiſſionẽ, & obligationẽ ipſius heredis.

Ad quartum ex ſententia Gerardi reſpondeo intelligendam eſſe quoties quis impediuit per modos iuſtitię commutatiuæ non contrarios, nam ſi per tales modos impediuit, reſtituere tenetur, vt dixi in ſecundo argumento par

tis

15 tis affirmatiuæ. Et præterea dicas, idem eſſe, aliquid eſſe meũ, vel de proximo futurum eſſe, vt in vulgata iuris regula habetur; Quaproter quãuis illa mille non eſſent in poteſtate Bernardi quando Cęſar impediuit, erat tamen Bernardus in proxima facultate illa habendi, poſtquam deliberauerat Antonius illa illi legare, & iuxta regulã Ariſt. ſecũdo Phyſ. tex. 56. Qui parum diſtat à re, nihil diſtare videtur. Vnde cum parum diſtaſſet Bernardus à facultate habendi dictum legatum, perinde ſe habet, ac ſi nihil diſtaſſet, & fuiſſet impeditus à re iam habita, vt ait Salon. in 2. 2. D. Th q. 62. ar. 3. cõtrou. 25. verſ. In his omnibus. Firmum igitur remanet meum dictum. Imò plus addo, tantam eſſe in hoc caſu Cęſaris obligationem, vt teneatur illa mille ſoluere, etiãſi non adeſſet ratio fidei à teſtatore habitæ, & promiſſio ipſius Cæſaris, ſed tantum ſi ipſe impediſſet ne illa mille legarẽtur per aliquem modum iuſtitiæ cõmutatiuæ contrarium, nẽpè dolo, vi, metu, &c. per dicta ſupra in mea ſecunda ratione, ſecundum mentem D. Th. in 2. 2. q. 62. ar. 2. & aliorum, quos in dicta ſecunda ratione citaui. Et adde Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. c. 5. nu. 12.

Et idem dicas ex mente Barth. Medi. lib. 1. ſui In-
16 ſtruct. §. 31. fol. mihi 134. ſi impediſſet ob nimiam importunitatem, vt ſi adſtitiſſet coram teſtatore lachrymando, vociferando, & obſecrando ne legaret; quare faſtiditus ab importunitate teſtator nõ legauit, quia ſecundũ ipsũ, hęc eſt vis ſufficiẽs ad cogẽdũ teſtatorẽ vt nõ legaret.

17 Cui non obſtat quòd preces importunæ nõ ęqui parãtur metui, niſi in Tyranno, & ſolito ducere minas ſuas ad effectum, vt dicit Abb. Pan. in c. cum inter. te de elect. & in c. 2. Quod metus cauſa nu. 4. & Alex. in 3. vol. conſ. 36. & Andreas Barbat. in c. 1. de offic. deleg. Iſtius enim importunæ preces cũ metui æquiparentur, vt dicit Innoc. in c. petitio. de iure iur. & Bar. in tract. de Tyran. in 3. q. & preces iſtorum æquiparentur iuſſui, vt dicit gloſ. in l. 1. ĩ princ. ff. quod iuſſu, & gloſ. in l. 1. C. ſi Rector Prouin. & gloſ. in Clem. 1. in verſ. optimũ. de reſtit. in integr. Bal. in l. fin. §. neceſſitatem C. de bonis quæ liberis, & in lege ſi mandato C. qui cum eo. Nõ obſtat inquã, nã ad hoc bene reſpondet Afflict. in deciſ. 69. nu. 4. ſcilicet, quòd importunæ preces non æquiparantur metui niſi in Tyrãno quò ad faciendum contractum meticuloſum, at quò ad id quòd quis dicatur compulſus mediantibus precibus importunis, æquiparantur etiam in non Tyranno, vt dicit Innoc. in d. c. cũ inter R. de elect. Quibus mediãtibus cõpręhẽditur quòd non fuit libera & abſoluta voluntas, ſed ab ipſis importunis precibus cõpulſa. Sequitur d. Mædinę ſententiã Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. in d. c. 5. nu. 11. & citat pro eadem ſententia Nau. Cordudam, Sotum, & Paludanum. Sed illã Molina de Iuſtit. tract. 2. diſput. 132. non ita ſimpliciter admittit, ſed diſtinguit, & inquit, non ſatis eſſe preces importunas, ſed vlterius eſſe neceſſarium vt teſtator ſit, & remaneat in ea quaſi habituali diſpoſitione, quod ſi

inter-

interrogaretur ab aliquo extraneo, reſponderet ſe velle, & deſiderare vt illa pecunia legatario ſolueretur, licet ipſe propter heredis importunitatem nõ légauerit; & in hoc caſu ipſe affirmat quòd teneretur heres in cõſcientia illã ſoluere, ſi hoc illi cõſtaret, & ꝓbarur hoc ex l. fin. ff. de hered. inſtit. ſi verò teſtator non remanet in hac habituali diſpoſitione, dicit peccaſſe heredem illũ diſtrahendo.

18 Et idem eſt dicendum ſecundũ mentem eiuſdem Molinę ſup. ſi impedijſſet timore reuerentiali, nẽpe quia impediens erat pater vel maritus teſtantis. Et hoc dictum Molinę confirmari poteſt ex his quæ dicit Afflict. in d. deciſ. 69. à nu. 4. usq; ad 7. vbi cõſtat legatum relictũ ab Vxore marito ob eius importunas preces, & blanditias & propter ipſius reuerentiam, fuiſſe à S. R. C. Neapolitano annullatũ; & ratio eſt, quia actus ſtante metu reuerentiali, vel metu verborum, vel ſtantibus minis, reſcinditur, vt dicit Bart. ĩ l. 1. §. quę onerandæ ff. quarum rerum actio non datur; Abbas in c. cauſam matrimonij. de offic. deleg. & Bar. & Alex. in l. interpoſitas C. de tranſactionibus. Hæc dicta ſint ſaluo ſemper &c.

CONS. III.

DE CIRCVNSTANTIA voti, ex vi Profeſſionis, & ordinis in confeſſione non aperienda.

SVMMARIVM.

1 *Circunſtantiæ illæ ſunt confitendæ, quæ diuerſis, ſpecialibusq́; præceptis prohibentur.*

2 *Continentia annexa ordinibus Sacris eſt de præcepto Eccleſiæ.*

3 *Continentiæ legē potuit Eccleſia imponere ordinibus Sacris.*

4 *Religioſus faciens contra regulam, qua obligatur ad mortale, peccat mortaliter, non autem contra votum.*

5 *Circunſtantia, quæ per ſe ſolam mutat ſpeciem peccati, eſt ſpecialiter confitenda, etiamſi cum alia eiuſdem ſpeciei concurat. & uide num. 8.*

6 *Voti eiuſdem confirmatio, nouā obligationem non inducit.*

7 *Continentiæ obligationem annexam ordini Sacro, eſſe votum ſolemne Eccleſia declarauit.*

9 *Cicunſtantia quæ non aggrauat in infinitum, non eſt neceſſariò confitenda.*

QVidam Religioſus profeſſus, & ordine ſacro inſignitus Diabolica ſuggeſtione impulſus, mulierē carnaliter cognouit, nunc facti poenites, animā ſuā à tali macula per Confeſſionem

nem lauare ſtatuit, ſed quia incognitus ad ipſam confeſſionem accedere deſiderat, quærit an teneatur utramque circunſtantiã, nẽpe ordinis, & profeſſionis confeſſario aperire.

1 Et videtur reſpondendum eſſe affirmatiuè, quia illæ circunſtantiæ ſunt in confeſſiione aperiendæ, quæ diuerſis ſpecialibusq; præceptis prohibentur, ſecundum Nau. in ſum. c. 6. nu. 3. & c. 11. nu. 4. Sed incõtinentia diuerſis ſpecialibusq; præceptis prohibetur religoſo profeſſo, & ordine ſacro inſignito; ergo vtraque circunſtantia in confeſſione aperienda erit. Minor ex eo probatur ꝙ inquãtũ religioſus eſt profeſſus, prohibetur illi ratione voti & hoc eſt certũ, & probatione non indiget:

2 inquamtum verò eſt ordine ſacro inſignitus, prohibetur illi ratione ſpecialis pręcepti Eccleſiæ à voto differẽtis; ꝙ ꝓbatur Primò ꝑ tex. in c. 1. & c. ſi qui eorum, & c. de illo, & c. erubeſcant, & c. placuit 32. diſt. in quibus prohibetur in Sacris ordinibus conſtitutus matrimoniũ cõtrahere, illiq; præcipitur vt omninò mulierculas abijciat, nulla tamen voti mentio fit; vnde obijciens gloſa in c. nullum 28 diſt. dicit, quomodo Eccleſia imponit neceſſitatẽ continetiæ, cũ continẽtia ſit res voti & nõ præcepti? huic obiectioni deinde reſpondẽs ait, quòd

3 Eccleſia neminẽ cogit cõtinere, ſed in ordinatione quã dat, poteſt imponere legem quam vult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ, l. in traditionibus ff. de pactis; & ſic ex hoc habes promiſſionem illam nõ eſſe votum propriè, ſed eſſe potius quẽdã cõtratũ,

quē facit ordinatus in ſua ordinatione cum eccleſia, quo ſe obligat ad perpetuā continentiam ſeruandam, quæ obligatio votum continentiæ implicitum à Doctoribus appellatur, nō quia ſit verè votum, ſed quia cum voto quodāmodo conueniat, cum propter Dei cultum fiat; quod alias in votis reſpici ſolet; quod ſolet etiam reſpici in annexa promiſſione ſeruandi regulam, quam tacitè ſeruare promittit Religioſus profitendo; obſeruatio enim regulæ, Dei cultus quoque eſt; attamē faciendo contra regulā licet peccet mortaliter re-
4 ligoſus, qui à ſua regula ad motale obligatur, non tamen peccat contra votū, ſed contra præceptū. Igitur præceptum eſt & non votum.

Secundò probatur per tex. in c. 1. qui clerici, vel vouentes vbi Alex. 3. dicit, ſubdiaconum non poſſe contrahere ex ſacrorum canonum cenſura demonſtrari; ergo non ex voto.

Tertiò ꝓbatur ex Cōcil. Trid. ſeſſ. 24. can. 9. vbi obligatio hæc lex eccleſiaſtica appellatur his verbis: *Si quis dixerit clericos in Sacris ordinibus conſtitutos, vel Regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel Voto, &c.* Quibus verbis videtur differentiā conſtituere inter obligationem ad continentiam Clerici in ſacris conſtituti, & Religioſi profeſſi; verba enim illa, nō obſtante lege Eccleſiaſtica ad clericos ī ſacris ordinibus cōſtitutos referuntur: illa verò alia verba, ſcilicet, vel voto, ad Religioſos; ergo ſpeciale pręceptum; ergo ſpecialiter eius tranſgreſſio eſt confiten-

fitenda:& ita tenet Auctor ſũmę Coronę in 1. p. ſuæ ſum. c. 2. de circunſtantia, in declaratione circũſtantiæ Quis.

Quod cunfirmatur ex his quæ dicit Nau. in ſum. in d. c. 6. n. 4. illat. 4. ſcilicet q circunſtantia, quæ per ſe ſolã mutat ſpeciẽ peccati, eſt ſpecialiter cõfitenda, licet cũ alia eiuſdẽ ſpeciei
5 concurrãt, vt patet in exẽplo ipſius Nauarri de coniugato habente rem cum coniugata; ſed vtraq; harũ circunſtantiarum per ſe ſolã mutat ſpeciẽ peccati; ergo vtraq; per ſa ſolã eſt confitenda, licet ſimul cõcurrat.

His tamẽ non obſtantibus ego cenſeo ſufficere prædicto Religioſo vnam tantũ ex his circunſtantijs in ſua cõfeſſiõe explicare, & me mouet tex. in c. vni. de voto & voti redempt. in 6. vbi ſum. Pont. Bonifacius VIII. obligationem ad cõtinentiam Clerici in ſacris conſtituti, votum appellat, & duplici modo votũ ſolemnizari declarat, nẽpe per ipsã ſuſceptionẽ ſacri ordinis, & per profeſſionem Relgonis; Si eſt votum, ergo includitur in alio voto prius per profeſſionem emiſſo; nam cum in ipſa prima emiſſione voti Deo ſe totum & caſtitatem ſuã donauerit, non remanet poſtea quid donet; & ſic licet ex vi ordinis voueat tacitè caſtitatẽ ſeruare, attamẽ nihil tũc ipſe verè de nouo vouet, cũ nemo dare poſſit quod nõ habet; & ideo in dicta ſuſceptione ordinis nihil agit, niſi primum votum ex-
6 preſſè emiſſum, tacitè confirmare; ſed idem votum cõfirmare nouã obligationem nõ inducit, vt probat Barth. Med. lib. 1. ſui inſtruct. c. 9. fol. mihi 19. pau

lò ante § 1. Si nouam obligationẽ non inducit, ergo non tenetur niſi vnã tantũ circũſtantiam aperire, quã poſſit confeſſarius cognoſcere prædictũ pœnitentẽ mœchando feciſſe contra caſtitatis votũ. Nec obſtat dicere quòd votũ Clerici ordinis ſacri inſigniti eſt de præcepto eccleſiæ, votũ verò Religioſi de eſſentia Religionis, & ſic alterius ſpeciei, vt inquit Sotus de iuſt. & iur. lib. 8. quęſt. 2. a. 2 ad pri. & in quartũ sẽt. diſt. 18. q. 2. ar. 4. cõcl. 7. nam diſtinctio hæc nõ aggrauat in infinitum vt bene reſpondet Lopez in ſuo inſtruct. ſupra cit. ſequutus Cordubam in ſum. q. 3. & videtur etiã opinio Caiet. in 2. 2. D. Th. q. 186. a. 9. & q. 99. verſ. ad quartum dubiũ, vbi ſic ait, licet diuerſę ſanctitates vnius perſonę ex diuerſis cauſis prouenĩant, puta ex voto, & ordine, &c. omnes tamen conueniunt in hoc quòd perſonales ſunt, & propterea vnius ſpeciei ſacrilegiũ conſtitui dicitur quæcũq; ſanctitas perſonę violetur. Et hãc eãdem ſententiam poſt hæc ſcripta tenui in pri. par. meæ Inſtit. lib. 5. c. 11. à nu. 3. vſq; ad n. 7. vbi latè hanc difficultatẽ examinaui. Nec obſtãt in cõtrariũ adducta, & ad primum negaẽ peccata ſpecie differe ex eo quòd sũt cõtra diuerſa pręcepta, vt patet ex his quæ dixi ĩ d. c. 11. nu. 5. Et præterea negatur etiam incontinentiam eſſe Religioſis profeſſis, & in ſacris conſtitutis, à diuerſis præceptis prohibitam. Nam quamuis obligentur à voto, & à lege eccleſiaſtica, tamen ipſamet eccleſia declarat obligatio-
7 nem hanc per eius legẽ introductam, eſſe votum ſolemne, vt patet in d. c. vni.

de

de voto ĩ ſexto. Et cũ ſit votũ, aliud nõ operaẽ, vt ſup. dixi, niſi cõfirmationẽ primi, & ſic omnes ſoluuntur opiniones, cõfirmationes, & difficultates.

Nec obſtat confirmatio vltimo loco adducta ex auctoritate Nau. nã cõcedo cir-
8 cũſtantiã, quę ꝑ ſe ſolã mutat ſpeciẽ peccati, eſſe ſpecialiter cõfitẽdã, etiãſi cũ alia eiuſdẽ ſpeciei concurrat; Sed hoc dico ꝓcedere ĩ circũſtãtia illa, quæ cõcurrit cũ alia, quæ recipit deformitatem ſuam ex alio & differenti capite, vt ſi vna circunſtantia reciperet deformitatem ſuam ex vno præcepto, alia verò ex alio differenti, prout eſt in nõ ieiunãte in vigilia, quę occurit tempore Quadrageſimę, & in coniugato rẽ habente cum coniugata, & ſimilibus: Vel ſi vna reciperet deformitatem ſuã ex præcepto, alia verò ex voto, vt V. G. ſi quis voueret ieiunare diebus Veneris, & poſtea in vno ex ipſis occurreret vigilia, tũc ſi non ieiunaret in illo die; teneretur vtrãq; circunſtãtiam in confeſſione aperire; non autem erit ſpecialiter aperienda circunſtãtia prædicta quando concurrit cum alia recipiente deformitatem ſuam ab ipſomet capite, prout procedit in cõtrafaciente votum pluries confirmatum, quod; vt ſupra dixi, nouã non inducit obligationẽ; neq; circunſtantia hæc aggrauat in infinitum, prout etiam ſapra dixi ex Lopez;
9 & circunſtantia, quæ non aggrauat in infinitum, non eſt confitenda, iuxta communem doctorum opinionem. Et præterea, ad minorem dico, tunc vtrãque harum circunſtantiarũ per ſe ſolam mutare ſpeciem peccati, quando vtraq; per

ſe ſolā conſiſtit, & tunc eſt ſpecialiter confitenda, nō autem quando ſimul concurrit; tunc enim vtraq; vnam tantùm circunſtantiā conſtituit, ſcilicet tranſgreſſionē voti; ſicut enim ſi vtraq; diuiſim concurreret, vtraq; faceret contra votum caſtitatis, ita facit contra idem votum concurrens ſimul. Igitur firmum remanet meū dictū. Saluo ſemper. &c.

CONS. IIII.

DE COMPENSATIONE debiti:

SVMMARIVM.

1 *CReditor, vel læſus poteſt occultè recipere quod ſibi iure debetur, quā do alia uia id commodè iure recuperare non poſſet.*

2 *Compenſationis circunſtantię neceſſariæ enumerantur.*

3 *Inuitum liberans non habet contra eum actionem negotiorum geſtorum.*

4 *Meliorare, & reficere rem ne pereat, ſunt diuerſa,*

5 *Alienari prohibita res, poteſt pro neceſſaria reparatione & refectione alienari.*

6 *Reficiendæ ſeu reparandæ domui inſumptum præiudicat ei, qui ex alia cauſa prius ius habebat ad illam.*

7 *Negotiorum utili geſtori pro ignorante competit actio.*

8 *Negotiorum geſtori pro inuito actio datur in his quę tangunt perſonam, vel libertatem, vel vitam, vel ciuitatem.*

9 *Me-*

9 *Medico, infirmum prohibentẽ; curanti, animo vt mercedem recipiat, datur actio negotiorum geſtorum.*

10 *Compenſatio ei, qui eſt & debitor vna via & creditor alia, licet etiãſi alia uia iuridica poſſit ſibi puider e*

11 *Creditori, qui non eſt debitor, ſi alia via iuridica poſſit ſibi prouidere, non licet occultè recipiendo compenſationem facere,*

12 *Creditor, qui eſt ſimul & debitor poteſt cõpenſare, etiãſi iuraſſet ſuum debitum ſoluere.*

13 *Compenſatio eſt quædam ſolutio.*

14 *Negotiorum vtilis geſtorũ poteſt ſibi compenſare etiã ſi res ſine ſua culpa perierit.*

15 *Depoſiti cauſa debitor non poteſt contra illud debitum compenſatione vti, niſi creditor vim faciat. &c.*

IVlius villam conduxit, eo pacto inter alia appoſito, vt nullas ibi poſſit facere meliorationes Domino inſcio, & non requiſito: Sed cum Dominus villæ Florẽtiam profectus ſit, inundatio proximi fluminis ita villę eiuſdem domui damnum attulit, vt in dies minaretur ruinam, nec non & flumen prędictum ob continuas pluuias nouam inundationem minabatur. Quibus commotus Iulius, ipſo Domino inſcio & inrequiſito, domũ in locis, in quibus erat male affecta, refecit, & reparauit; aggereſque fluminis fortificauit. Sed nũc Dñs in patriã reuerſus, expenſas in dicta refectione, & fortificatione factas Iulio perſoluere recuſat, ſub prætextu prædicti pacti. Et ideo quærit Iulius, an tuta conſcientia poſſit in partem compenſationis pro dictis expenſis ſibi retinere quandam pecuniæ quantitatem, quam ſecretè cognoſcit debere

bere dicto Domino ex erro-
re calculi alias facti inter
ipſos, cuius quantitas infe-
rior eſt pecunia ſibi debi-
ta, cum nõ poſſit ſine alijs
magnis expenſis prædicta
recuperare, imò cũ etiam
multum expendendo, diffi
cilimè recuperaret, pro-
pter potentiam aduerſarij.

Cui affirmatiuè reſpon-
deo, ꝑ ea quæ tradit Alex.
de Aleſ. 4. p. q. 68. memb.
8. ar. 1. Palud. in quartũ q.
2. ar. 2. concl. 5. Ricard.
diſt. 15. q. 7. ar. 1 Gabr. q. 3.
dub. 3. & q. 4. concl. 2.
Panor. in c. Bona fides de
depoſ. Caiet. in 2. 2. D. Th.
q. 66. ar. 3 in fine, & ar. 5.
in reſp. ad 3. Sotus lib. 5. de
iuſt. q. 3. ar. 3. in reſp. ad
1. arg. Nau. in Man. c. 17.
nu. 112. Cord. in ſum. q. 3.
verſ. quanto al 2. & lib. 1.
qq. q. 35. Syl. ver. furtum
q. 12. num. 16. & q. 17.
nu. 17. & ver. Bellum pri.
q. 9. nu. 10. & Bellũ ſecũ-
do q. 8. nu. 10. Angel. ver.
furtum. q. 4. Innocent. in
c. olim de reſtit. ſpoliat. &
Petrus Nau. lib. 3. de re-
ſtit. c. 1. nu. 383. cum ſeq.
1 Qui omnes affirmant poſ-
ſe creditorem, vel læſum
occultè recipere quod ſibi
iure debetur, quando per
viam iuris commodè ſuũ
recuperare non poſſet.

Sed huic meo dicto ob-
ſtare videtur id quod ex
2 prędictis Doctoribus colli
gitur, nempe multas alias
circunſtantias eſſe neceſ-
ſarias pro iuſtificanda di-
cta compenſatione, quas
enumerat Sotus ſupra, &
Nauar. nu. 113. & Petrus
Nau. n. 336. ſupra & quas
ego ad ſex reduxi in mea
2. 2. lib. 2. c. 1. num. 45.
Quarũ prima eſt, vt face-
re hoc poſſit ſine ſcãdalo,
ſecunda vt hoc faciat ſine
corporali violentia, tertia
vt debitũ ſit liquidũ & cer-
tum, namſi eſſet res am-

bigua,

bigua, nō liceret certa poſſeſſione aliū priuare, quarta vt ſit debitum ex cauſa pariente actionem ad petēdum, quinta vt res quam accipit non ſit alicui reſtituenda, ſexta vt cauere debeat ne à debitore, vel eius heredibus, ab ipſo creditore, vel à ſuis heredibus iterum exigatur; Et addidi, dummodo nō poſſit cōmodè alia via ſibi debitū recuperare, ſiue in iudicio, ſiue extra, vt quia vel debitor non vult ſoluere ratione potentiæ, vel Iudex non cogit ex iniquitate, vel non poteſt recuperare ſine ſcādalo, inimicitijs, aut expenſis, vel ob defectum probationis, & huiuſmodi. Quæ circunſtantię cū non omnes concurrant in hoc caſu, non poteſt Iulius prædictā pecuniam tuta conſcientia ſibi retinere; Et non oēs cōcurrere patet, nam ex virtute conuentionis appoſitæ, ſcilicet vt nullas poſſit facere meliorationes inſcio Domino, deficit tertia, & quarta conditio, ex quibus pendet iuſtitia, & ſubſtantia legitimę compenſationis, & ſic debitū non ſolum non eſt iuſtum & liquidum, ſed eſt nullū, argumēto l. vlt. C. de neg. geſt. vbi ſancitum eſt, vt negotiorum geſtoꝝ expēſas non repetat, quas poſt contradictionem, & inhibitionem Domini fecerit.

Quod cōfirmari poteſt ex gloſ. fin. in l. ſi Stichus § fin. ff. de nouat. & delegat. quā ſequitur ibi Bart. nu. 1. quę aſſerit, non habere actionem negotiorū
3 geſtorum ille, qui inuitum ab obligatione liberat. Sed cum Iulius prædictas reparationes inuito Domino feciſſet, contra conditionem in contractu appoſitam, nulla illi actio aduerſus

uerſus Dominum compe-
tit ; ergò nullo modo po-
teſt pecuniam Domini de-
bitam ſibi retinere.

Verum prædicta nõ ob-
ſtãt, nam quò ad inſtantiã
4 dico, aliud eſſe rem me-
liorare, aliud verò ipſam
reficere, & reparare ne pe-
reat : & cum in prædicto
contractu ſint tantùm pro
hibitæ meliorationes in-
ſcio Domino, non ideo ſe-
quitur eſſe prohibitas re-
parationes, & refectiones
5 neceſſarias, pro quibus fa-
ciendis etiam poteſt alie-
nari res prohibita aliena-
ri, vt probat Io. Gutier.
alleg. 7. num. 4. cum ſeq.
per tex. in l. lex. quæ tuto-
res, in verſ. ſed etſi parens
C. de admin. tut. genera-
liter enim ſtatutum eſt, vt
res prohibita alienari, poſ-
ſit ex cauſa neceſſitatis a-
lienari, tex. eſt, & ibi no-
tat Bart. in l. peto §. præ-
dium ff. de leg. 2. & ibi
etiam Paul. de Caſtr. Facit
etiam lex prima ff. de fun-
do dot. l. pater filium in
prin. ff. de leg. 3. latè Ti-
raq. de retractu Linagier §.
1. gloſ. 14. nu. 11. Et prę-
terea ipſa refectio domus,
vel alterius ędificij adeo
6 eſt fauorabilis, vt conſum-
ptum in ea lædat, & præ-
judicet ei, qui ex alia cau-
ſa prius ius habebat ad illã
rem refectam, ſeu reædifi-
catam, vt in l. interdum ff.
qui poti. in pign. habeant.
Et hoc non immerito, cum
reficere domum ſit cauſa
pia, vt tenet Cepolla de
ſeruit. vrban. præd. c. 59.
nu. 27. per tex. in l. ſi quis
pro redemptione C. de do-
nat. vbi ęquiparantur re-
demptio captiuorum, &
refectio domus ; & idẽ tex.
redemptionem captiuorũ
pijſſimam appellat. Qui-
bus ſic ſtantibus non po-
teſt Dominus aufugere ne
Iulius habeat aduerſus
ipſum

ipſum actionem negotiorum geſtorum, & quod iuſtè non poſſit ab ipſo repetere dictas impenſas, eo quod vtiliter geſſerit negotium eius per tex. in l. Pōponius ff. de negot. geſt. Et cui datur actio, competit exceptio & retentio per reg. iuris in l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. l. creditori C. de pactis l. 1. §. his autem ff. de ſuperfic. c. quid agendum de reg. iur. in ſexto.

Nec illi obſtat l. vlt. C. de negot. geſt. & gloſ. in d. l. ſi Stichus §. fin. nam cum in caſu noſtro, vt dixi, non ſit prohibita refectio, ſed tantum melioratio, refectio ipſa non fuit facta inuito Domino, ſed ipſo tantum ignorante, at vtili negotio-
7 rum geſtori pro ignorante cumpetit actio, & poteſt iuſtè expenſas in ipſo negotio gerendo factas recuperare ab ipſo Domino, cuius vtili negotiũ geſſit, vt tradit Bart. in d. l. ſi Stichus §. fin.

Imò Cynus in l. fin. C. de negot. geſt. & ibidem Guliel. de Cune. concedunt hanc actionem etiã negotiorum geſtorum pro inuito, quos tamẽ impugnat Bart. vbi
8 ſupra. Sed fortè eorum opinio bene procedere poteſt in his quæ tangunt perſonam, vel libertatem, vel vitam, vel Ciuitatem, in quibus ille pro quò ſoluitur, non poteſt dicere non eſſe vtiliter geſtum, per notata ab eodem Bart. per illum tex. in l. Stichus ff. de pecul. legat. & facit tex. l. 1. & 2. ff. de liber. cauſa, vbi poteſt inuitus liberari à ſeruitute. Et ad hoc facit gloſ. ſing. in ſumma 83. diſt. quæ dicit poſſe Medicum qui infirmum
9 prohibentem curauerit, animo recuperandi mercedem, illam repetere ab

eo, vel ab eius heredibus, non obſtante prohibitione, quia vtiliter eius negotium geſſit; quam gloſam ſequuntur & ſingularem appellant Barbat. in rubri. extra de ſolut. ante finem. Tiraq. de vtroq; retract. in tit. de retr. conuent. §. 6. nu. 10, fol. 332. in paruis col. 1. in fine, & Io. Gutier. in præcit. alleg. 7. nu. 16. qui allegat etiã Io. Oroſchium in l. illicitas §. ſicuti num. 8. ff. de off. præſ. & Rom. ſing. 123. Eam etiam ſequitur Syl. in ſumma ver. Medicus nu. 5. q. 5. & Nau. in Cõmẽtar. de Datis & promiſ. nu. 50. At in caſibus non tangentibus perſonam, veriorem cenſeo ſententiã Bartholi, quam etiam ipſe tenet in l. ſolutiones ff. de ſolut. nu. 10. Vbi exponens gloſam affirmantem quòd ſubiens iudicium pro alio repetit ab illo, dicit, Sumẽs pro ignorante; ſecus pro inuito; ad quod etiã optimè facit tex. in l. ſi ex duobus ff. de negot. geſt. Et ſic ex his conſtat debitum prædictum eſſe legale, liquidum, atq; certum, per citata iura: quare dubitãdum non eſt, poſſe Iuliũ, vt dix, pecuniam quã poſſidet ex errore calculi, tuta cõſcientia ſibi retinere.

Imò addo Iulium poſſe prædictam pecuniam retinere, & ſic occultè ſe cõpenſare, etiamſi alia via iuridica poſſet prædictas expenſas recuperare, per ea quę tradit Petr. Nauar.
10 ſupra nu. 385. & 386. nam vltima conditio ſupra requiſita habet locum tantũ in illo qui eſt tantum creditor, & non debitor, nẽpè ſi tu mihi debes aliquid ex ſeruitio, legato, venditione, vel alia cauſa, & non vis ſoluere, ſi alia iuridica vel iuſta via poſſum

à te

à te repetere, non eſt mihi licitum occultè recipien-
11 do compenſationem facere, quia in hoc caſu aufero à te poſitiuè rem, licet mihi debitam, in quo & Iudicis officium vſurpo, & tu es rationabiliter læſus: Vnde ſi hoc feciſſem, peccaſsé quidẽ mortaliter, & pœne, & pœnitentia dignus eſsé, ob id quod illicitê, iuris deciſionibus, & conſtitutionibus refragrã tibus Iudicis partes aſſumpſi, non tamen ad reſtitutionem rerum, quæ verè meæ ſunt, tenor, vt tradit Didac. Couar. in reg. peccatum in pri. par. relect. §. 4. num. 8, circa finem. & latius lib. 1. var. reſol. c. 1. nu. 5. At in caſu quo quis eſt debitor ex vna via, & creditor ex alia, prout eſt in caſu de quo quæritur, poteſt licitè compenſationẽ ſibi facere, quia in hoc caſu nihil à te accipit, ſed negatiuè ſe habet non ſoluens, ſicut tu illi non ſoluis, in quo caſu nec tu rationabiliter conqueri potes, nec ipſe Reip. officiũ propria authoritate vſurpat. Et hinc eſt quod vt doct. ſs. tradit Couar. in relect. c. qnamuis pactum de pactis, pri. par. rel. §. 4. nu. 9. quem ſequitur Petr. Nauar. in d. nu. 386. qui
12 eſt creditor ex vna via, & debitor ex alia, etiamſi iuraſſet ſuum debitum ſoluere, poteſt nihilominus compenſationem obijce-
13 re, eo quòd compenſatio eſt quædam ſolutio ſecundum iura, vt habetur in l. ſi debitor ff. qui potior. in pign. habea. Vbi, nihil enim inquit, intereſt inter compenſare & ſoluere, & in l. dediſſe ff. de verb. ſigr. & in l. vel permutari ff. de liber. cauſa. Vbi dediſſe intelligendus eſt qui compenſauit.

Nec

Nec obſtat c. ad materiã il primo de iure iuran. quia in caſu illius capituli præcisè iure iurãdo ꝓmiſſũ fuerat, nullũ mutuanti ſuper poſſeſſione & fructibus, pignore acceptis, grauamen inferri, donec ei pecunia perſoluatur; ſed cogere ad compenſationẽ ante ſolutionem pecuniæ eſſet grauamen illi inferre contra formam iuramenti, ideo ibi præcipitur, vt prius cogatur mutuatarius pecuniam ſoluere, & deinde mutuans quod vltra ſortem percepit, reſtituere. Vnde ibi non prohibetur cõpenſatio, quãdo fuit iuratum de ſolutione ſimpliciter, ſed præciſa iuramenti forma ſeruari præcipitur, ſecundum quam requirebatur numeratio pecuniæ, & ſolutio, vt dicit Io. Andr. quem citat & ſequitur ibi Panor. in n. 2.

14 Et etiam dico poſſe Iulium ſibi prædictas expenſas compenſare, etiamſi poſtea perijſſent, ſi tamen id ſine culpa ſua contigerit, ꝑ ea quæ tradit Tiraq. ſupra de retrac. conuent. in d. §. 6. n. 10. per tex. in l. ſed an vltro §. 1. ff. de negot. geſt. & l. ſi neceſſarias ĩ prin. ff. de pign. act. & allegat Paul. de Caſtr. lib. 1. Cõſ. conſ. 425. incipit ſup Primo quæſito dicendum eſt, in pri. dub. & cõſ. 443. incipit, Viſo puncto col. 1. verſ. Sed huic videtur obſtare, & Barbat. conſ. 71. incipit, illud offeram col. 3. verſ. Idcircò poſito lib. 1. Faciunt ea quæ ſcribit gloſ. in c. cum Apoſtolica, in ver. propoſitorum extra de his quæ fiunt à Præla. & d. gloſ. in ſum. 83. diſt.

15 Et plus addo poſſe Iulium ſibi compenſare etiã in caſu quo prædictam pecuniam, ex qua ſibi compenſare vult, deberet ex

cauſa depoſiti, per ea quæ dixi in d. c. 1. nu. 44. Vbi non obſtare dixi tex. in c. bona fides extra de Depoſ. Vbi Greg. viiij. ait, *Contra depoſitum compenſationi, vel deductioni locum non eſſe, vt cōtractus q ex bona fide oritur, ad perfidiā minimè referatur.* Nam intelligēdum eſſe dixi, quādo Dominus depoſiti vim non infert, iniuſtè retinendo rem depoſitarij, put faceret dominus villæ iniuſtè retinēdo prędictas expenſas. Sed aduertat tandem prædictus Iulius, teneri in foro conſcientiæ, ſub vinculo reſtitutionis, & reatu peccati mortalis, cedere pro rata iura, quæ habet aduerſus Dominum villæ pro recuperandis dictis expenſis, vel alio meliori, aut tutiori modo curare ne fortè in poſterum iterum exigantur ab eius heredibus, vel ne ipſe Dominus, aut eius heredes ſpōte ſoluant, cum omnes ſint conſcij prædictarum expenſarum, ignari autem compenſationis, alioquin iniuſtè ſibi recōpenſat, vt patet ex dictis. Hæc dicta ſint ſaluo ſemper &c.

CONS. V.

DE NVLLITATE RESCRIPTI pro irregularitate ſurreptitiè obtenti.

SVMMARIVM.

1 *Falſis aliquibus narratis in commiſſione, ſi inter ea ſint aliqua alia vera, ex quibus poteſt ſequi effectus concluſionis, valet commiſſio.*

2 *Beneficium ſecundum impetrans, narrans ſe habere*

alium à ſe dotatum, & fundatum, non tenetur probare dotationem & fundationem.

3 Falſitas veriſimiliter non inducens Principem ad cõcedendum, ſed ſuperflua, in dubio non præſumitur doloſa.

4 Dolore iuſto commotus, cõmittens delictum, mitiori pœna eſt puniendus.

5 Copulatiua operatur vt debeat verificari in vtroq;

6 Falſitas, quæ non inducit ad facilius concedendum, non vitiat gratiam.

7 Surreptio ex ſimplicitate, vel ignorantia non vitiat reſcriptum, niſi quatenus fuit cauſa conceſſionis.

8 Ignorans factum proprium in foro conſcientię excuſatur.

9 Iniquitas propria nemini debet commodum afferre.

10 Dubium pro certo affirmãs, mentitur.

11 Reſcripta habent, aut in eis intelligitur clauſula, ſi preces veritate nitantur.

12 Falſi expreſſio quę faciliorem reddit Principem ad concedendum, ſemper annihilat gratiam.

13 Diſpenſatio committenti homicidium non ex propoſito, ſed cauſa defenſionis, iure quodammodo debetur.

14 Mendacium propter quod Princeps facilius concedit, facit reſcriptum ſurreptitium.

15 Irritandũ eſt quod eſt factũ ex falſa cauſa.

16 Litteræ gratioſæ, & priuilegia ſubreptitiè impetrata, ſunt ipſo iure nulla.

17 Reſcripta ſubreptitia ad lites ſunt irritanda.

18 Subreptio doloſa indiſtinctè vitiat reſcriptum.

19 Mentiens ex mendacio ſuo commodum percipiens, cenſetur doloſè mentitus, alias ſecus.

20 Fraus & dolus nemini patrocinari debet.

21 *Epiſcopus delegatus a Papa non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio, niſi cauſa cognita, probatiſq; narratis, ſecus facta diſpenſatio nulla eſt.*

22 *Probatum per falſos teſtes aliquid dicitur, non ſolum ſi teſtes ignorent, ſed etiam ſi dubij ſint.*

23 *Irregularitas non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*

24 *Irregularis ex homicidio propter litteras ſubreptitias ab Epiſcopo diſpẽſatus, nõ poteſt ab Epiſcopo diſpenſationem obtinere vt beneficium ſimplex obtineat.*

VErbis contendẽs N. cum quodam Villico, fuit ab eodem iniurijs, & percuſſione ligni offenſus: quare ſic ꝓuocatus, eodẽ ligno è manibus dicti ſui offenſoris extorto, eundem ſemel in dorſo ꝑcuſſit, quem poſtea fugientem, & ſimile lignũ, vel aliquid aliud, quo ipſe iterum predictum N. offenderet, quæritantem, iterum Villicum N. in capite ligno prædicto grauiter percuſſit, ex quibus percuſſionib⁹ Villicus ab hac vita migrauit. Et inſuper dictus N. à Curia ſæculari ꝓceſſatus, & inquiſitus, & in cõtumaciã ad triremes cõdẽnatus fuit, Poſtmodũ habita ab heredib⁹ defuncti remiſſione, de pręmiſſis à Senatu, & Gubernatore Mediolanenſi abſolutionẽ obtinuit. Tandem facti poenitens cupiens militiæ clericali adſcribi, ſupplicationẽ porrexit Sũmo Põtifici, humilter petens, vt ſuper inhabilitate, & irregularitate ex dicto homicidio prouenięte ſecum miſericorditer diſpenſaret. Quare Summus Pontifex litteras expediuit, quibus Epiſcopo Papienſi, ſiue eius in ſpiritualibus Vica-

rio & dicti. N. ordinario, commiſit, & mandauit, vt ſecum ſuper irregularitate prædicta, authoritate Apoſtolica, diſpenſaret, ita vt ad omnes ordines citra ſacros, promoueri licitè valeat, & beneficia obtinere poſſit prout verè per dictum Vicarium fuit illi diſpenſatum, & vigore diſpẽſationis prędictę ad ordinẽ oſtiariatus idẽ ꝓmotus fuit. Sed qa ĩ ſupplicatione prædicta aſſeruit idcirco percuſſiſſe dictum Villicum fugientem ſemel atquè iterũ, ne ipſe offenderetur; nã extorto illi ligno, quo ipſe N. percuſſus fuerat, prędictus Villicus fugã arripuit ad hoc vt ſumptis armis ad ipſum offendendũ rediret, prout re vera redijt armatus, & aſſociatus à fratre. Vnde duplex mendacium expoſuiſſe valde dubitat, primum dicendo quia idcirco vulnerauit Villicum, ne iterum ſumptis armis rediret ad ipſum offendẽdum, cujus rei certitudinẽ & memoriam non habet, licet dubitet. Secundum mendacium fuit dicendo quòd redijt à fratre aſſociatus, quod an ita fuerit, nec teſtes, nec ipſe meminit, ſed etiã dubitat. Quibus ſic ſtantibus quærit quattuor.

Primum. An prædictæ literæ ſint validæ?

Secundum. An vigore ipſarũ fuerit legitimè diſpenſatus à prædicto Vicario?

Tertium. An legitimè fuerit promotus ad ordinem Oſtariatus?

Quartum. An poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, vt beneficium ſimplex obtineat?

Ad primum quæſitum ſcilicet, An prædictæ literę ſint nullę? Pro parte negatiua

tiua facit. Primò quia quã do plura narrantur in cõmiſſione, quarum aliqua
1 ſunt falſa, aliqua vera, ſi ex veris poteſt ſequi effectus concluſionis, valet cõmiſſio, iuxta notata p Doctores in c. 2. & c. inter cetera, & c. olim de reſcript. Butr. in c. litteræ de dilation. Rota in deciſ. 68. in tit. de reſcr. in nouiſ. & deciſ. 515. in antiq. Sic à ſimili quando vera, & falſa narrãtur in ſupplicatione, ſi ex veris poteſt ſequi effectus gratiæ, valet gratia. Ad q facit etiã q dicit Fel. in c. 2. de reſcript. nu. 23. ſcil. quòd impetrans ſecũdũ beneficiũ narrans habere alium à ſe dotatum, &
2 fundatum, facta mentione de corpore beneficij, nõ tenetur probare fundationem, & dotationem, de quibus ſuperflue dixit. Facit etiam dictum eiuſdem Felini in c. ſuper litteris nu. 5. eod. tit. quod quãdo falſitas nõ eſt talis, quę
3 veriſimiliter debeat inducere Principem ad concedendũ; ſed eſt ſuperflua, in dubio non pręſumitur doloſa, quia demonſtrationes ſuperfluæ nihil facientes ad factum habentur pro ſuperabundantibus l. teſtamentum C. de teſtam. Sed ex veris narratis prædictus N. poterat veriſimiliter obtinere prædictã gratiã; ergo & c. ſat enim erat ad mouendum Pontificem ad diſpenſandum quò ad ordines minores, quòd prędictus N. prouocatus iniurijs, & percuſſione ligni, ligno percuſſit, & ſic iuſto dolore commotus, quem temperare difficilimum eſt, l. ſi adulterium cum inceſtu §. Im-
4 peratore ff. de adult & ſic quando quis iuſto dolore commotus, delictum cõmittit, pœna oportet ali-

quantuiam temperari, vt ait Panor. in c. deinde de reſc. nu. 6. per tex. valdè notabilem in d. l. adulterium §. Imperatores ff. de adulter. & c. ſi verò il primo in §. nec ille de ſent. excom. Ad quod etiam facit, quia ſi quis laceſſitus iniuria, in iniuriã, vel verbera contra iniuriantē prurũpit, debet pœna mitigari, quia iuſto dolore motus fecit, per bonum tex. in l. qui cum maior in §. ſi liber tus, ibi. *ignoſcendum eſt enim ei, ſi voluerit ſe vlciſci prouocatus*. quem tex. allegauit gloſ. magna in c. cũ inter, de except. Quare prædicta prouocatio de per ſe valdè mouere poterat Pontificē ad diſpenſandum ſaltem quoad minores; nã licet difficillimè diſpenſet quoad maiores, facile nihilominus quoad minores hoc facit, ſtante quod in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. ſolum prohibetur ne homicida voluntarius ullo tēpore ad ſacros ordines promoueatur, non autem ad minores. Et ſic licet prædicta mēdacia, ĩ qbus dixit ſe pcuſſiſſe cauſa defenſionis, ad hoc vt ad ſacros ordines ſecum, diſpēſaretur non expoſuiſſet, nihilominus Summus Pontifex prædictas literas conceſſiſſet.

Nec obſtat dicere, copulatiuè prædicta vera, & falſa fuiſſe narrata, & dictio
5 copulatiua operatur vt debeat verificari in vtroquè, per tex. in l. ſi heredi ff. de condit. inſtitut. & notant doctor. ĩ d. c. 2. de reſcript. nã hoc fallit in reſcriptis, libello, & articulis, in quibus quando plura ponuntur circa vnum effectum, in quo non ſunt omnia de iure neceſſaria, copula reſoluitur per diſiunctiuam, gloſ. & doctor. in d. c. 2. per tex. in c. cum iam dudum

de præbend. & c. ſignificauit de appellat. cum gloſ. in verſ. vel earũ aliquam, Felin. in d. c. 2. in ver. copula nu. 23. fallent. 3.

6 Secundò illa falſitas, quæ non inducit ad citius concedendum non vitiat gratiam, Rot. in deciſ. 350. in antiq. in tit. de reſcript. & Innoc. in c. in noſtra, in fine de reſcr. & ex in c. cum noſtris de conceſſ. præb. & gloſ. ver. littera tamen. Sed hæc mendacia probabiliter non induxerunt Pontificem ad citius concedendam prædictam gratiam, cum ſoleat quò ad minores diſpenſare etiã illis, qui ex induſtria, & per inſidias occiderunt; nam tantùm de promouendis ad ſacros ordines loquitur Concil. Trid. vt dixi, & quòad illos tantum ſolet Pontifex difficillimè diſpẽſare. Quare in caſu hoc, etiam falſitate prædicta tacita, ita citò diſpenſaſſet, ſeu litteras conceſſiſſet, ſicut conceſſit illa explicata; ergò valida erit:

7 Tertiò quia ſubreptio ex ſimplicitate, vel ignorantia proueniens non vitiat reſcriptum, niſi quatenus fuit cauſa cõceſſionis Abb. & Dec. in c. ſuper litteris de reſcript. nu. 2. Sed ſubreptio ſeu falſitas narrata ĩ prędicta ſupplicatione ꝓuenit ex ignorãtia: Nã ignorat an occiderit quia fugiebat ad redeũdum armatus nec ne; quæ ignorãtia licet ſit de facto ꝓprio, eſt tamẽ de facto intricato, & quod occurrit tempore quo N. erat oppreſſus magna animi perturbatione, & ſic nõ ita bene conſiderare poterat ea, quæ illi tunc occurrebant, nec memoria retinere.

Et pręterea ſumus in foro conſcientiæ, in quo

8 quando quis ignorat etiã

factum proprium verè ex-
cuſandus eſt, licet in foro
exteriori nemo pręſuma-
tur ignorare factum pro-
prium, niſi ſit intricatum,
vel antiquum, per ea quæ
aduertit Abb. in d.c.ſuper
litteris nu.7.in gloſ. i verſ.
priori modo, & Felin. ibi.
nu. 5. limit. 5.

Et tandem falſitas hæc
non fuit cauſa conceſſio-
nis; nam veriſimiliter his
tacitis, Papa gratiam con-
ceſſiſſet, vt poſſet illi ordi-
narius ſuper pręfata irre-
gularitate diſpenſare, vt
dictum eſt; quare demon-
ſtratio hæc fuit ſuperflua,
& ſic habetur pro ſuper-
abundanti per d. l. teſta-
mentum C. de teſtam. Er-
go non debet vitiare reſcri
ptum.

His tamen non obſtan-
tibus pars affirmatiua mi-
hi videtur verior.

9 Primò quia nemo debet
ex ſua iniquitate commo-
dum reportare l.itaq; fullo
ff.de furtis.c.i.de poſtulat.
pręlator. At iniquum, & ſa
crilegum eſt mendaciū ex-
ponere Papæ, iuxta gloſ.
in c. ſerpens de pœnitent.
diſt. 1. quam ſequitur An-
tonius Francus in addit.
ad Panorm. in c. ſuper lit-
teris de reſcript. nu. 3. in
verſ. Mendacium. Et quia
prędictus N. præfata men-
dacia Papæ expoſuit, & ſic
gratiam obtinuit; ergò
gratia prædicta ſic impe-
trata, non debet illi ſuf-
fragari. Et quòd prædicta
duo ab ipſo ſic dubiè nar-
rata verè fuerint menda-
cia, patet; nam qui ali-
10 quid de quo dubius eſt, ꝑ
certo affirmat, mentitur,
mentiri enim eſt quaſi cō-
tra mentem ire, vt ſcripſit
Card. Tolet. in tract. de
pec. mort. c. 54. & vt ante
ipſum dixit D. Th. in 2. 2.
q. 110. art. 1. in corpore
ar. Mendaciū nominatur

ex

ex eo quod cōtra mentem dicitur. Vnde peierat qui iurans affirmat aliquid, de quo dubius eſt an ita ſit, vt tradit Nauar. in manuali c. 12. nu. 7. poſt Aureol. in 3. deciſ. 39. & Angel. ver. periurium §. 4.

11 Secundò quia in quolibet reſcripto exprimitur, aut intelligitur clauſula, Si preces veritate nitantur, l. vniuerſa C. de diuerſis reſcri. c. 2. de reſcr. quę clauſula ſi non fuerit verificata, corruit reſcriptū ex defectu cōditionis prędictæ, vt tradūt doctor. in d. c. 2. Sed ſupplicatio à prædicto N. data veritate non nititur, cum duo prędicta mendacia contineat; ergo debet corruere reſcriptū, & gratia obtenta.

12 Tertiò quia expreſſio falſi, quæ faciliorē reddit Principem ad concedendum, ſemper annihilat gratiam, c. ſuper literis de reſcript. tradit Naur. in man. c. 22. nu. 86. Et in conſil. 1. de reſcr. in antiq. poſt Rotā in deciſ. 32. de reſcr. in nouis, & Felin. in c. poſtulaſti col. 4. de reſcr. iuxta illud: Mendax precator careat impetratis l. etſi C. ſi contra ius & vtil. pub. c. ſedes de reſcript. Sed prędicta mendacia exprimendo facilius moueri potuit Papa ad diſpenſandū, ſeu ad expediēdū dictas litteras, vt patet ex eo ꝙ dicēdo qa idcirco verberauit, ne ſum ptis armis iterū rediret ad ſe offendendū, videt innuere verberaſſe cauſa defēſionis, quæ cauſa valdè mouere potuit Pontificem ad gratiam cōcedendā, quia in d. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. dicitur, iure quodāmodo deberi diſpenſatio

13 committenti homicidium non ex propoſito, ſed cauſa defenſionis: & ideo vulneraſſe alio probat mēda-

dacio, dicẽdo, prout redijt aſſociatus fratre: quod ſecundum mendacium cõfirmat primũ, & ſic magis Pontificem ad prædicta mouere potuit. Quis enim dubitat quòd ſi N. prędicta mendacia tacuiſſet Pontifex magis cogitaſſet antequàm conceſſiſſet, & poſito quòd fortè conceſſiſſet, non tamen ſic facilè; & hoc ſufficit ad cauſandam ſubreptionem, c. poſtulaſti de reſcript. & Felin. in conſil. 31. nu. 5. His igitur ſic ſtantibus gratia prædicta nulla erit iudicanda, cum fuerit ſubreptitiè, ſeu obreptitiè obtẽta, quod idem eſt; nam inter
14 ſubreptionem, & obreptionem, ſecundũ quãdã Doctorum opinionem, nõ videtur differentia, vt notat Bal. in l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr. quẽ ſequitur Dec. in c. ſuper literis de reſcr. num. 1.

15 Quartò quia illud quod eſt factũ ex falſa cauſa debet totaliter irritari tot. tit. ff. & C. de cõdit. ſinè cauſ. Sed reſcriptum hoc fuit expeditũ, ſeu gratia hęc fuit conceſſa ex falſa cauſa; ergò eſt irritanda. At quia litterę gratioſæ, & priuile-
16 gia, quando ſunt ſubreptitiè impetrata, ipſo iure sũt nulla, vt notat Felin. in d. c. ſuper literis nu. 7. & in c. ad audientiam il ſecundo de reſcript. & Abb. in c. quia circa in gloſ. fin. de conſang. & affin. & in d. c. audientiam de reſcr. ſecus
17 autem reſcripta ad lites, quę ſunt irritanda, c. ceterum & c. ſi quis autem cũ ſimil. de reſcr. Rationem differentiæ ponunt Abb. & Felin. in d. c. ad audientiam, vbi etiam Felin. ponit aliquas fallentias, in quibus etiam reſcripta ad lites ſunt ipſo facto nulla) ideo gratia prędicta non in-

indiget irritatione, ſed eſt irrita, & nulla ipſo iure. Et gratiam prędictã expeditã fuiſſe ex falſa cauſa patet veriſimiliter; nã veriſimiliter S. Pontifex ideo gratiã conceſſit, quia N. expoſuit vulneraſſe cauſa defenſionis, vt ſupra dixi.

18 Quintò ſurreptio doloſa indiſtinctè vitiat reſcriptum, c. ſuper litteris de reſcript. & notant ibi cõmuniter doctores, vbi Dec. in not. 1. n. 1. ſubiũgit, hoc adeo eſſe verum vt licet ſit Sanctus qui impetrauit reſcriptum, ita vt non ſit veriſimiliter quòd doloſè egiſſet, tamen per ſubreptionem vitiatur: quod etiam notat Bal. per illum tex. in c. fin. extra vt lite pend. & Iaſ. in l. qui iuriſdictio in 3. fallent. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. ſed ſi hac §. patronus, il ſecundo, in ſecundo not. ff. de in ius vocand. & in l. 2. in fine C. ſi contra ius vel vtil. publ. Sed N. per ſubreptionem doloſam gratiã impetrauit; ergo indiſtinctè gratia eſt vitiata. Impetraſſe verò p ſubreptionem doloſam patet; nam cum de prædictis certam memoriam non haberet, ſed valdè dubitaret, an ita eſſent nec ne: nec iuſtè cõſcientiã dubiam deponere poſſet, in foro conſcientię tenebatur eligere tutiorẽ partem, c. ad audientiam de homic. & c. ſi quis autẽ de pœnit. diſt. 7. et ſic credere contrarium, & prędicta tacere: quod cum non feciſſet, peccauit mortaliter, & mendacium dixit, vt probaui ſupra in prima ratione partis affirmatiuę, & ſic doloſè ſupplicauit. Quod confirmartur, quia ipſemet dicit, quòd quando prædicta narrauit, non habebat animum mentiẽdi, ſed tantum inducendi

per

per prædicta Pontificē, vt ſecum facilius diſpēſaret, & in hoc propriè conſiſtit dolus & malitia, vt ex ſupra dictis colligi poteſt. Sed cum de hoc ipſe dubitet, vt tutiorem partem nunc eligat, debet credere feciſſe cum dolo; nam quā
19 do mentiens ex mendacio ſuo commodum percipit, præſumendus eſt feciſſe cum dolo, alias ſecus per tex. not. in l. eleganter §. fin. cum l. ſeq. ff. de donat. & probat. Sebaſt. Sapia in l. quod nerua. in mat. doli pręſumpti ff. depoſ. vt ipſe refert in addit. ad Panor. in d. c. ſuper litteris nu. 3. in verſ. ſine dolo, & Innoc. in c. accedens de crim. falſi, vbi decit quòd in gratioſis falſitas ſemper pręſumitur expreſſea cum dolo.

Sextò & quod magis vrget, quia in d. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. cauetur, vt diſpenſatio ſuper irregularitate ex humicidio prouiniente, committatur ordinario loci, vel ex cauſa Metropolitano, aut viciniori Epiſcopo, qui tamen non poſſit diſpenſare, niſi cauſa cognita, & probatis proceſſibus, ac narratis; in quo
loco Cōcilium generaliter 81
loquit de omnibus narratis, & ſic generaliter debet intelligi, ſecundum vulgata iura in c. ſolite §. fin. de maior & obed. & in l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſt. quare ſi aliqua narratorū falſa erūt, nō poteſt Epicopus diſpēſare, quia gratia pręſumēda eſt nulla, & ſubreptitiè obtēta: ſed in caſu noſtro duo fuerunt nararata falſa, quorum primum quia conſiſtit in actu interiori probari non poteſt, debet tamen in conſcientia eſſe verum: ſecundum verò quod conſiſtit in actu exterio-

teriori probandum eſt, ſed quia de hoc ipſe N. & teſtes dubitant, nequè etiam probari poſtet abſquè falſitatē, & ſi per falſitatē probatum fuerit, probatio erit nulla; ergò nulla erit iudicanda gratia, ita vt vigore ipſius Epiſcopus diſpenſare nequaquam poſſit.

Nec obſtant tria pro cōtraria parte adducta; nam omnia limitanda ſunt in gratia obtenta pro diſpenſatione ſuper irregularitate ex homicidio prouenien te, per dictam deciſionem ſacri Concil. in d. ſeſſ. 14. c. 7 & præterea.

Ad primum dico procedere quando falſa miſta veris non narrantur ex ma-
20 litia, cum fraus & dolus nemini patrocinari debeāt c. ſedes de reſcript. At N. doloſè mendacia narrauit, cum, vt ipſe ait, hoc egerit vt in duceret Pontificem ad facilius concedendum, licet valdè de veritate aſſertorum dubitaret, quod vt in conſcientiæ foro tutus eſſet, facere non debuit, vt dixi ſupra. Ex his patet etiam reſponſio

Ad ſecundum, nam intelligitur procedere q̄dò talis falſitas non fuerit narrata ex dolo, ſed ex ſimplicitate, vel ignorantia, iuxta notata à Doctoribus in d. c. ſuper litteris, quod non procedit in hoc caſu de quo agimus.

Ad tertium nego falſitatem prædictam proueniſſe ex ignorantia, imò dico proueniſſe ex dolo, vt dixi ſupra ī quinta ratione partis affirmatiuæ.

Ad ſecūdum quæſitum reſpondeo negatiuè per d. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c.7. & per dicta ſupra in ſexta ratione partis affirmatiuæ
21 primi quæſiti: Epiſcopus enim non poteſt diſpēſare

ſuper

ſuper irregularitate prædicta, niſi cauſa cognita, probatiſq; narratis, & ſi de facto cõtrarium feciſſet, nulla diſpenſatio fuiſſet. Similiter etiam nulla fuit, eò quòd diſpenſauit quia narrata, per falſos teſtes probata fuerunt, cum nulla ſit probatio ipſa, quæ fuit cauſa diſpenſationis.

22 Et intelligitur probata per falſos teſtes, non ſolũ q̃do teſtes examinati narrata, & probata ignorant, ſed etiam quãdo dubij sũt, per dicta ſupra in prima ratione partis affirmatiuę primi quæſiti in fine.

Ad tertium quæſitũ reſpondeo, quòd licet fuerit malè promotus, & exiſtens in irregularitate, verè tamen fuit ordinatus, & characterem recepit, nouãq; per hoc irregularitatẽ non contraxit; hoc enim nullibi in iure cautum eſt, vt ait Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 33. num. 3. & irregularitas non contrahitur

23 niſi in caſibus iure expreſſis, c. is qui de ſent. excom. lib. 6. Sed ſi vult ad alios ordines aſcendere, tenetur diſpẽſationem de prędicta irregularitate ex homicidio proueniẽte impetrare, omnimodamq; veritatem de facto prædicto enarrare, ne gratia acquirẽda iterum per ſubreptionem ſit nulla. Sed quia prędicta in exteriori foro occulta ſunt, & quò ad ipſum forũ omnia benè procedunt, poteſt N. in ſacro Pœnitẽtiariæ prætorio, de præmiſſis, narrata plena veritate, ſupplicare, nouãque diſpenſationem ſecretè obtinere.

Poſt hanc meam conſultationem N. ſupplicauit iterum, & nihil potuit obtinere, narrata facti veritate.

Ad quartum quæſitum

reſpondeo quòd, attento ſolo iure cõmuni antiquo poſſet cum illo Epiſcopus diſpenſare. c. 2. de Cleric. pug. in duell. Nauar. cõſil. 13. de off. iud. ordin. par. 2. in antiq. Hodiè vero per decretum ſacri Tid. Concilij in d. c. 7. ſeſſ. 14. non poteſt, vt notat Nauar. in man. c. 27. nu. 240. in fine. Et hæc dicta ſint ſoluo ſẽper meliori iudicio, &c.

24

CONS. VI.

DE PECCATO LVDENTIVM ludis lege prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *REſpublica habet auctoritatem ad prohibenda opera ſibi nociua.*

2 *Ludus alearum non ſolum Clericis, ſed etiam laicis eſt interdictus.*

3 *Lex cõtinens pœnam præſupponentem peccatum mortale ad illud obligat.*

4 *Pęna excõmunicationis ſemper præſupponit peccatum mortale.*

5 *Leges Ciuiles ex genere ſuo obligant ad culpam mortalem.*

6 *Leges Ciuiles non ideo ad mortale non obligant quia grauitas rei attenditur.*

7 *Circunſtantia, quæ deformat peccatum ex duplici capite, eſt neceſſariò confitenda.*

8 *Leges in dubio de minori pœna intelligendę ſunt.*

9 *Ludus ex natura ſua ſecluſa iuris humani prohibitione, non eſt illicitus, neq; malus,*

lus, poteſt tamen ex multis circunſtantijs vitiari.

10 *Legem ſecularem obligare ad mortale vel veniale, ex natura rei, & pretio rerum prohibitarum conijciẽdum eſt.*

11 *Leges humanæ fundatę in præſumptione ligant in foro exteriori, non in interiori quoties ueritas prȩſumptioni eſt cõtraria.*

12 *Legi Principis non obedire, non ſemper eſt mortale.*

13 *Lex non reſpicit caſus particulares, ſed ea quæ communiter & vt plurimum eueniunt.*

14 *Lex poteſt vſu recipi ut obliget quidem ad pœnam exteriorem, ſed non ad interiorem.*

15 *Lex adhuc puniens in foro exteriori, poteſt aborgari in foro conſcientię.*

16 *Excommunicationis pœna tũc ſupponit peccatum mortale, quando non prærequirit monitionem.*

QVęritur An laicus ſępius & in magna quantitate ludis lege ꝓhibitis ludẽs, ratione prædictæ prohibitionis mortaliter peccet: ſi hoc abſq; periculo mortaliter peccãdi ob alias malas prauitates, quæ ex ludo ꝓcedere poſſunt, faciat. Præſuppoſito quòd prędicti ludi ex genere ſuo, iuris humani prohibitione ſecluſa, non ſint illiciti, nec ex obiecto, nec ex fine, vt omnes concedunt, & optimè probat Io. de Medina in C. de reb. reſtit. q. 21. concl. 1.

Circa difficilem hanc, quotidianamq; quęſtionẽ, Doctores aliqui partẽ affirmatiuam, aliqui verò negatiuam defendunt, mihi verò ſi aliquid dicere liceat, negatiua videtur verior rationibus & modo, de quibus infra. Sed prius aliqua ꝓ affirmatiua parte adducã, vt ipſis reiectis,

ctis, euidentius negatiua pro magis certa habeatur.

Et primò ſic argumentor cũ Mich. Solone v. 2. D. Th. q. 5. de domin. ar. 6. controu. 1. cõcl. 2. in prin. qui affirmatiuã hanc mordicus defẽdit: Reſpublica habet authoritatẽ ad prohibenda opera ſibi nociua, cui non obedire (cum leges humanæ iuſtæ obligent in conſcientia) peccatum mortale eſt: At ludi prędicti nociui ſunt, nequę enim alio nomine prohibentur, niſi ob innumera nocumenta, quæ ciuibus afferunt; vt experientia conſtat; Ergò talibus ludis ludere, ſtante legis prohibitione, peccatum mortale erit.

1

2 Secundò argumentor ex tex. in c. 1. 35. diſt. vbi huiuſmodi ludi nępè alearum, de quibus loquimur, non ſolum Clericis, ſed etiam laicis sũt interdicti, ſub pœna priuationis Cõ-

3 munionis, quæ pæna ſemper præſupponit peccatũ mortale, c. nemo, & c. nul-

4 lus 1. q. 3. Sed lex quæ continet pœnam pręſupponentem peccatum mortale, ad illud obligat, quãuis verba præceptiua & prohibitiua nõ contineat, iuxta doctrinam Nau. in man. c. 23 nu. 53. cum illa magis quã prædicta verba animum ad mortale obligandi ſignificet; nam qui vult aliquid, videtur velle illud ſine quo id eſſe nõ poteſt, l. illud ff. de acquir. hered. c. præterea de off. deleg. Ergo laicus contra huiuſmodi legẽ ludens, mortaliter peccat. Et hæc pro affirmatiua.

Ad probandam autem partem negatiuam aliqua prius præſupponenda ſunt p facilio, clarioriquè declaratione, & certitudine rei, nempe,

5 Primũ leges ciuiles de gẽnere ſuo obligare ad culpã mortalem, vt ex mente D. Th. probat Sot. lib. 1. de iuſt. q. 6. ar. 4. circa medium, vt dixi in 2. 2. lib. 2. c. 5. q. 4. nu. 127. & q. 5. nu. 161. & c. 6. q. 3. nu. 99. Hæc autem mortalis culpa ex natura ipſius legis inducitur, quando legiſlator ſimpliciter aliquid prohibet, ita vt tunc lex ciuilis ex genere ſuo obliget ad mortale, quando rerum prohibitarum, vel præceptarum natura hæc importat, vt dixi in d. q. 5. num. 161. verſ. minor.

6 Nec ideo exiſtimes, vt ibidem addidi, non legem ex natura ſua, ſed grauitatem rei tunc obligare ad mortale ex eo quòd & ſi lex nõ adeſſet, ipſa tamen rei grauitas ex ſe obligaret ad mortale, vt V.G. aſportare frumentum à Regno tẽpore famis, quamuis lege prohibitum non eſſet, mortale tamen eſſet, cum grauiter charitas offenderetur: vnde lex nihil, vel parum tunc operatur. Nam reſpondeo, his non obſtãtibus, legem non parum, ſed multum operari, & ex natura ſua obligare ad mortale, ita vt contraueniens, mortaliter contra obedientiam Principi debitam peccet: eſſet enim nõ alia ratione inobediẽs, & peccaret, niſi quia faceret contra legem in re graui, quod mortalem culpã inducit, vt colligitur ex D.Th. in 2. 2. q. 105. ar. 1. in corpore articuli; quia faceret rem diuinæ dilecticni contrariam, ſecundum illud ad Roman. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Et ſic qui tempore famis frumentum à Regno aſportaret, ſtante lege in contrarium, nõ ſolum faceret contra charita-

ta-

tatē ex natura rei, ſed etiã contra obedientiam ex natura legis; quare teneretur vtramquè circunſtantiam in confeſſione aperire, nõ quia duplex peccatum cõmitteret, ſed quia vnum duas habẽs deformitates, nempè contra charitatem, & contra obedientiam; &
7 circunſtantia, quæ deformat peccatum ex duplici capite, eſt neceſſariò in confeſſione aperienda, iuxta ea quæ docet Nau. in man. c. 6. nu. 4. & c. 11. nu. 4. & Lopez in ſuo inſtruct. prima par. c. 29. Sed quid ſi eſſemus dubij, An ex natura rei lex obliget ad culpam mortalem, vel venialem? Reſpondeo ꝙ quando ſumus in dubijs, intelligendum eſt potius obligare ad culpam venia-
8 lem quàm ad mortalem, cum leges, quæ rectè poſſunt intelligi de pœna maiori & minori, in dubio de minori intelligendæ ſint, l. interpretatione, & l. præſes ff. de pœnis, c. in pœnis de re iud. lib. 6. & faciunt ea quæ tradit Nau. in man. c. 23. nu. 50.

Secundò præſupponẽdum eſt quod dixi in principio, nempè ludum ex natura ſua, ſecluſa iuris humani prohibitione, non
9 eſſe illicitum, neq; malum, licet ex multis circunſtantijs, ſicut cæteri humani contractus, vitiari poſſit; vt ſi ludens rerum quas ludit Dominus non ſit; aut ſi fraude, & dolo ludendo vtatur; aut ſi frequentius quam decet ludat, eo tempore quo ab alijs actibus ſeu officijs, quibus tenetur incũbere, impediatur. Aut ſi hæc ceſſent, in tanta tamen quãtitate ludat, vt ex rerum amiſſione pauper fiat, & ipſe cum eis, qui eius curæ cõmiſſi ſunt, notabiliter patiantur. Aut

ſi hæc ceſſent ludant cum aliorum ſcandalo, cæteris occaſionem præſtantes, vt huiuſmodi ludos immoderatè exerceant, vt tradit Io. Medina, ſupra cõcl. 4.

His præſuppoſitis vnicam ſtatuo concluſionem, nempè Laicus ludens ludo lege ꝓhibito, ſi hoc faciat abſq; periculo peccandi mortaliter ob alias malas prauitates, quæ ex ludo procedere poſſunt, non peccat mortaliter ratione prædictæ prohibitionis; probo,

Primò ex dictis in primo præſuppoſito, nempe quia omnis lex Poteſtatis ſæcularis ſimpliciter aliquid prohibens an obliget ad culpam mortalem, vel venialem, ex natura rei, & pretio operis rerum prohibitarum exiſtimandum eſt; Sed lex ſecularis prohibet ludum ſimpliciter; ergo ex natura ludi conſiderandum eſt, an obliget ad mortale vel veniale; Sed ex natura ludi prohibiti vt plurimũ, & hoc eſt quod lex conſiderat, non importat niſi venialem cul-

10 pam; ergo lex ludum prohibens vt plurimum ad veniale obligat.

Minor probatur ex eo quòd cum ludus etiam inordinatus ob frequentiã, neq; contra iuſtitiam, neq; cõtra charitatẽ ſit ex natura ſua (ſi cũctis alijs prauis qualitatibus eũ denudes) ſed ſolummodo contra tẽperantiam, ſequitur vt lex eum prohibens in hac virtute illum conſtituat; Sed facere contra virtutem tẽperantiæ ex natura ſua, vt plurimum non eſt niſi veniale; ergo natura ludi prohibiti ſolum venialem culpam importat.

11 Secundò leges humanę, quæ fundantur in præſumptione ligant in foro exteriori,

riori , & non in interiori quoties veritas prusũptioni eſt contraria ; & hæc eſt communis opinio, quę probatur ex c. tua , & c. is qui de ſponſal. Sed leges ludũ prohibentes fundantur in præſumptione , vt patet ex ipſarum fine; non enim prohibent alearum ludũ quia ex ſe malus eſt, ſed quia putãt ex illo multa mala procedere poſſe , vt ait Steph. Coſta ĩ tract. de ludo ar. 3. prin. nu. 5. Ergò prẹſumptione ceſsãte non obligant in conſcientia .

Nec contraria obſtant, ad primũ enim reſpondetur concedendo Rempub. habere authoritatem pro-
12 hibendi opera ſibi nociua; at illi non obedire non sẽper eſt mortale, ſed hoc ex rei grauitate, aut leuitate perpendendum eſt, iuxta dicta in præmiſſis; ſed grauitas huius rei, de qua agimus, iam ſupra probatum eſt nõ obligare ad mortale ex natura ſua. Sed ſi forte iterũ probare intendis etiam ex grauitate rei obligare ad mortale , nempe quia ludus ꝓhibitus eſt ꝓpter mala, & peccata grauia, quę ex ipſo procedunt, vt ait Io. Bapt. Caccialupus in tract. de ludo nu. 11 cuiuſmodi sũt periuria, & alia quę enumerat idem Caccialup. ſupra num. 12. poſt Hoſtiens. in ſumma de exceſſib. Prælat. inter quę etiam blaſphemia numeratur, quæ fuit potiſſima ratio prohibitionis, vt dicit tex. in Aut. alearum vſus C. de relig. & ſumpt. funer. quæ quidem cũ mortalia peccata ſint, neceſſariò dicendum erit & mortale eſſe ludum , qui ipſorum eſt cauſa . Reſpondeo concedendo ludum prędictis malis aſſociatum , eſſe peccatum mortale, ſed ex

hoc non ſequitur illũ ſemper eſſe mortale ex natura ſua, ſed per accidens hoc illi aduenire; ideo tunc tãtum erit mortale, quando prædictis aſſociabitur.

13. Sì verò inſtes iterum, dicendo hoc vt plurimũ euenire, & legem non reſpicere caſus particulares, ſed ea quæ communiter, & vt plurimum eueniunt l. nam ad ea ff de legib. c. ea quę, & c. ex parte de cenſib. ergo ſaltem ideo ex genere ſuo ad mortale obligabit. Iterum reſpondetur, neq; hoc obſtare, tùm quia eſt lex fundata in præſumptione, vt ſupra probaui, quæ quando veritas eſt in contrarium non obligat in cõſcientia, per citata iura. Tùm quia non fuit cũ hoc onere obligãdi ad mortale vſu recepta. Poteſt .n. lex
14 vſu recipi cũ poteſtate obligãdi ad pœnã exteriorẽ, ſed nõ ad ĩteriorẽ, vt ꝓbat Nau. in man. c. 23. nu. 62. Et caſu quo fuiſſet ſic antiquitus vſu recepta, eſt tamen hodie per contrariã conſuetudinem abrogata, vt poſt Nauar. in d. c. 23. num. 10. affirmat Valent. tõ. 3. diſp. 5. q. 6. de reſtit. poncto v. circa finẽ. Vnde, vt ipſi aiunt, ſine ſcrupulo ſolent vbiquè abſolui laici ludentes prędictis ludis prohibitis etiam in magnam pecuniarum ſummam, & principaliter propter lucrum, quamuis nõ habeant propoſitum abſtinendi. Et quamuis Salon ſupra in d. concl. 2. verſ. Dixi in hac ſecunda concluſione &c. neget hanc contrariam conſuetudinẽ, & probet leges ludos prohibentes eſſe in vſu, ex eo quod tunc lex dicitur abijſſe in deſuetudinem, quãdo Magiſtratus illã violantes non puniunt; ſed vbiquè,

&

& præſertim in Hiſpania puniunt talem legem violantes; ergò eſt in vſu. Tamen hoc non obſtat, quia poteſt eſſe, vt lex, cuius violatores puniuntur in foro
15 exteriori, ſit abrogata vt non obliget in foro conſcientiæ, quare etiã in Hiſpania, vbi ipſe affirmat luſores puniri, Confeſſores illos abſoluunt ſi luſores laici ſint, abſquè propoſito abſtinendi, vt Nauar. & Valentia ſupra affirmãt.
16 Ad ſecundum verò cõtrarium argumentum reſpondetur pœnam excommunicationis tunc præſupponere peccatnm mortale quando non prærequirit monitionẽ, vt poſt. Caiet. & Caſtrum animaduertit Nauar. in d. c. 23. nu. 53. Sed ĩ caſu dicti c. 1. 35. diſt. prærequitur monitio, vt patet ex finalibus verbis eius, vbi dicitur aut deſinat, aut communione priuetur; Ergo ludens, mortaliter non peccat, vſque dum monitus non obedierit; tunc enim propter inobedientiam peccabit mortaliter, & poterit excommunicari. Quibus ſic reiectis, concluſio ſupra poſita firma remanet. Saluo ſemper, &c.

CONS. VII.

DE EO QVI DVBITAT AN Votum emiſerit.

SVMMARIVM.

1 *Dubius debet in foro conſcientiæ tutiorem partem eligere.*

2 *Dubijs in cauſis melior eſt cõditio poſſidentis.*

3 *Vota ſunt interpretanda vt minus obligent.*

4 *In dubio nemo præſumitur obligatus.*

5 *Facta non præſumũtur: niſi probentur.*

6 *Opinionem Doctorum probabilem ſequi poſſumus tuta conſcientia.*

7 *Certitudo moralis eſt illa, quę colligitur ex uarijs coniectu ris ad arbitrium ſapientũ.*

VIr nobilis tempore carniſpriuij aleis ludendo pecunię quantitatem amiſit, quare dolore commotus ſecum perpendebat neceſſarium illi eſſe non ludere, præſertim alearum ludo, neque alio, etiam cauſa recreationis, vt omnino occaſionẽ vitare poſſet; quę conſiderando dixit, Voueo nunquam luſurum, & addidit, intelligo de ludo alearum. Et ita eadem die, & per totum illud tempus carniſpriuij ſequẽs luſit alijs ludis abſtinendo ſe tantum à ludo alearum. Sed poſt aliquod tempus cæpit dubitare, an vouendo habuerit animũ

obli.

obligendi ſe nullo alio ludo ludere, & ideo metu ne per fractionem voti mortaliter peccaret, per duos annos continuos ab omni ludo, etiam recreationis cauſa abſtinuit. Sed cum illi graue ſit, & difficile valde in poſterum ſic ſe abſtinere, & nihilominus in eodem dubio perſeueret, quærit an teneatur abſtinere?

In caſu propoſito videtur prima facie reſpondendum eſſe Dominum conſulentem debere ſe ab omni ludo abſtinere, per regulam illam vulgatam c. iuuenis de ſponſal. & c. ad audientiam de homicid.
1 quæ ſe habet; In dubijs tutiorem partem eſſe in conſcientiæ foro eligendam; ſed tutior pars in hoc caſu eſt, credere Dominũ Conſulentem voluiſſe ſe voto priuare libertate ludendi omni ludo; ergo debet ab omnibus abſtinere; & ita ex hac regula motus in ſimilibus caſibus conſuluit Nau. in conſ. 4. in fine, & in conſ. 18. nu. 2. de voto.

Hoc tamen non obſtante ego cenſeo D. Conſulẽtem, dubium poſſe tutè, & rationabiliter deponere, & omni ludo ludere, vno excepto alearum ludo: moueor his rationibus.

2 Primò quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, regula in pari cauſa de reg. iur. ĩ 6. atq; dubitat de voto ſuam poſſidet libertatem; ergò in fauorem ipſius iudicandum eſt, & credere voto non obligari: & ita tenet Soto lib. 7. de iuſt. & iur. q. 3. ar. 2. poſt quartam concluſ. documento ſecundo, quem ſequitur Suarez tomo 5. diſput. 10. de Irregular. ſect. 5. num. 15. Barthol. Med. lib. 1. ſui inſtruct. c. 14. §. 7. Graſſius in ſuis

aureis deciſion. par. 1. lib. 2. c. 31. nu. 3. Roderiq. 2. par. ſum. c. 105. num. 5. qui limitat, dummodo dubium oriatur ex probabilibus coniecturis. Eandem doctrinam tenet Lopez in prima parte inſtruct. c. 45.

3 Secundò quia in voto facienda eſt interpretatio vt minus obliget iuxta c. ex parte de cenſib. Vouens enim in dubio præſumitur ſe minus grauare quã poſſit: vnde in prçcitato textu qui vouerant dare eccleſijs quoſdam ſextarios frumendi, & in illo loco reperiebantur plures ſextarij maiores & minores, ſi non cõſtat de quibus vouerũt, volentes ſoluere ad minorem, dicit Papa, nõ eſſe cogendos, vt ad maiorem ſoluant: & ſi contrarium ſit deciſum quò ad legata pio loco facta, vt habetur ĩ l. Titia §. Sempronio & Se. ff. de aur. & arg. legat.

4 Tertiò Quia in dubio nemo prçſumitur obligatus, vel obnoxius gloſ. in c. cũ sũt de reg. iur. ĩ 6. & Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui coll. 6.

5 Quartò quia Dominus Conſulens non meminit facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur c. cum in iure peritus de off. deleg. l. 1. C. de mandat. Princ. Probari autem in caſu iſto factum non poteſt niſi ex coniecturis, quç potius militãt pro ipſo D. Conſulente, quàm contra ipſum. Quomodo enim poſſibile eſt vt vir timoratæ conſcientiæ, & qui per duos continuos annos, ne mortaliter peccaret votũ frangendo, abſtinuit ab omni ludo, etiam recreationis cauſa, eadẽ die, qua votum emiſit, & per totũ illud tempus carnis priuij ſequẽs, quo memoria erat recens, potuiſſet abſque ſcru-

ſcrupulo ludere omni ludo, excepto ludo alearum, ſi de illis votum emiſiſſet? & pręterea, cauſa qua motus votũ emiſit, fuit, quia illa die ludens alijs ludis lucratus eſt, ſed ludendo poſtea aleis q̄ lucratus fuerat amiſit, & ideo præſumendus eſt tantùm de ipſo alearũ ludo vouiſſe. Nec obſtat quòd paulò ante quàm votum emitteret, ſecum mente voluebat bonum eſſe ab omnibus abſtinere ad occaſionem vitandam, quia cõſideratio hęc, nec obligationem, nec pręſumptionem inducit: prout neque etiam obſtat abſtinuiſſe p̄ duos annos ab omni ludo, quia hoc non fecit ſtatim facto voto, ſed poſt aliquod tempus, vnde videtur abſtinuiſſe motus potius ſcrupulo, quã rationabiliter: imò rationabiliter potuiſſet, & poteſt ſcrupulum abijcere, dicendo, ſtatim abſq; ſcrupulo alijs ludis luſi; ergo de illis non voui.

Nec obſtat regula illa Quod in dubijs &c. Quia intelligitur procedere vbi non agitur de amiſſione poſſeſſionis alicuius rei, prout agitur in hoc caſu, quia tunc, vt dixi, potior eſt poſſidentis conditio. Et præterea tutiſſima via à
6 Domino Conſulente eligitur, tùm quia ſequitur opinionem præcitatorum Doctorum, quæ probabilis eſt; & qui ſequitur opinionem probabilem non peccat, etiam ſi hoc faciat circa materiam Sacramentorum, vt optimè probat. Med. in 2. 2. D. Th. q. 19. ar. 5. tenent Doctores quos ſequendo citaui in 1. 2. lib. 2. c. 13. q. 3. num. 33. Et vt Nauar. ait in c. ſi q̄s de pœnit. diſt. 3. non peccat qui de duabus opinionibus alteram eligit, quia

bona

bona fide credit eſſe verã: tùm quia rationibus, de quibus ſupra rationabiliter deponit dubium; ſi quidem ex prædictis videtur habere moralem certitu-
7 dinem non vouiſſe; quæ moralis certitudo illa eſt, quę colligitur ex varijs cõiecturis ad arbitrium ſapiẽtium, vt ait Sotus in quartum diſt. 27. q. 1. ar. 3. circa medium in prima propoſitione, & huiuſmodi coniecturas, dicit, ex diuerſis qualitatibus eſſe penſandas. Vnde ipſe in citato loco ad coniecturãdum an matrimonium cõtractum ſit inualidũ, ita vt poſſit vnus ex cõtrahẽtib⁹ tuta conſcientia ad ſecundas nuptias tranſire, eò ꝙ alter negat habuiſſe conſenſum, inter alias dicit, ſi negans eſt vir, vel mulier probatæ vitæ, credendum eſt ei, ita vt poſſit alter tutò in foro conſcientiæ dubium deponere, & alteri nubere, præſertim ſi illico id neget: & ad coniecturandum non eſſe illi credẽdum, principaliorem coniecturam dicit eſſe, ſi poſt notabile tempus id neget: & ecce in caſu noſtro quòd vir probatæ vitę illico facto voto luſit, &, ſi abſtinuit, poſt notabile tempus abſtinuit; ergo tutè coniecturari poteſt, non vouiſſe. & hęc dicta ſint Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. VIII.

DE EMPTIONE, ET venditione rei, abſquè dominij tranſlatione.

SVMMARIVM.

1 *INtereſſe lucri ceſſantis licitè concedit aliquid vltra ſortem.*

2 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*

3 *Emptor percipiens fructus tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, ſi dominium ſit tranſlatum, aliàs iuxta fructus perceptos. nu. 7. & 9.*

4 *Intereſſe non debet excedere lucrum ceſſans.*

5 *Neque ſummam partis pretij debiti ex toto conuenio.*

6 *Venditor non transferens dominiū ſubiacet caſibus fortuitis.*

8 *Fructus dicitur quod ſupereſt deductis expenſis.*

10 *Sterilitas prædij ob quā debetur deductio penſionis quomodo cognoſcenda.*

PActum inijt N. de vendēda villula cuidam amico ſuo libris ſexcentū Bononienſibus, ſed non valens emptor ſoluere ad pręſens totam pretij ſummā, nolebat illi N. villulæ dominium transferre, & ideo abſque ſtipulatione conuenerunt inter ſe, vt N. retento ſibi dominio tradet villulam quò ad eius poſſeſſionē, & vſumfructū emptori, & vt emptor ſolueret libras ducētum pro 2

nunc,

nunc, cum libera facultate ſoluendi reliquam pretij partem quandocunquè ſibi cõmodum fuerit: Sed interim teneatur emptor ſoluere venditori ad rationem ſeptem pro centenario pretij non ſoluti.

Et quòd facta plenaria ſolutione teneatur N. tradere villæ dominium emptori, & conficere publicũ inſtrumẽtum venditionis. Queritur an huiuſmodi cõuentio ſit licita, ita vt poſſit N. percipere illa ſeptem pro centenario ex illis quattuorcentum libris non ſolutis? Et caſu quòd ſit illicita (quod N. non credit, cum percipiat illa ſemptem pro cẽtenario ratione lucri ceſsãtis, quia ſi emptor ſoluiſſet illa quattuorcentum, emiſſet annuum cenſum, ex quo tantumdem perciperet) queritur quomodo poſſit conuentio prędicta accommodari; vt ſint ambo in conſcientia tuti: aduertendo quòd nullo modo vult N. tradere villulæ dominiũ in emptorem, niſi abſoluta omnino pretij ſolutione.

Conſiderato caſu propoſito videtur Primò adduci poſſe in fauorem N.
1 id quod ipſemet dicit, nẽpe quia accipere aliquid vltra ſortem pro intereſſe etiam lucri ceſſantis licitũ eſt, iuxta gloſ. receptam in c. conqueſtus de vſur. Sed in caſu propoſito N. recipit illa ſeptem pro centenario ratione lucri ceſſantis; nam ſi emptor ſoluiſſet illi illa quatuorcentum, emiſſet annuum cenſum, ex quo tantundem perciperet; ergò licità illa percipit.

2 Secundò quia æquũ eſt, vt nemo cũ aliena iactura locupletetur l. iuræ naturæ ff. de reg. iur. c. locupletari de reg. iur. in ſextò; ſed

ſi

ſi non exigerentur ab emptore villulę dicta ſeptem pro cētenario, locupletior efficeretur ipſe emptor ex villulę fructibus cū iactura N. venditoris; ergo licite illa ſeptem exiguntur.

Tertiò qa ſicut emptor percipit fructus villæ ſibi traditæ, nondū ſoluto pretio, ita iuſtum eſt vt N. percipiat vſuras ꝓtij nō ſoluti iuxta tex. in l. 2. C. de vſur. & l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empti, & argumēto tex. in l. curabit C. de
3 act. empti, quatenus ſecūdum Baldum, & Salicetum habet, vt emptor qui percepit fructus rei emptæ, teneatur ad vſuras pretij nō ſoluti; quod idem Bal. & Salic. dicunt eſſe verū non ſolum de iure Ciuili, ſed etiam de iure Canonico, quia verè non ſunt vſuræ, ſed eſt recompenſatio alienæ iacturæ.

His pro N. adductis dico ad quæſtionem propoſitam primo loco eſſe cum diſtinctione reſpondendū; qua diſtinctione, & veritas ipſa patebit, & argumenta cōtraria diluentur. Aut enim villulę fructus, deductis expenſis, quę fieri ſolent ad ipſam colendā (nam non dicitur fructus niſi quod ſupereſt deductis expenſis l. fructus ff. Solut. matrim) tantundē reddunt quantum fructus ſexcentarum librarum, ad rationem ſeptem pro centenario, aut minus, vel maius. Si reddunt tantūdem, licitè illa ſeptem percipiuntur; & tunc bene procedunt, & locum habent ſupra allegata iura, & rationes, quia tunc non alia cauſa illa recipit, niſi pro iuſta ſui intereſſe recompenſatione; quod li-
4 cere Ius naturale, canonicum, & Ciuile, ac omnes Doctores docent. Si verò

fru-

fructus villæ minus reddunt, tūc injuſtitia apertiſſima committitur ex parte N. & nullo modo ei licet illud plus recipere, & acceptum reſtituere tenetur, alias locupletaretur cum aliena iactura contra omnem iuſtam æquitatem, & contra citatos textus l. iure naturę, & c. locupletari. Nec obſtat prima ratio cōtraria de intereſſe lucri ceſſantis, quia & ſi hoc intereſſe iuſtè exigi poſſit iuxta prædictam gloſam c. cōqueſtus, in hoc tamen caſu nullum pecunię lucrum ceſſat N. cum ipſius dominus non ſit, ſed villæ, cuius dominium non tradidit, ſed ſolam poſſeſſionem cū vſufructu, & ideo pro iuſta ſui recompenſatione ſolum tantum percipere po-
5 teſt ab emptore, quantum quolibet anno emptor ex fructibus villæ percipit, deductis expenſis, & tertia parte fructuum, quæ ad emptorem pertinere debet, pro ratione tertiæ partis pretij ſoluti iuxta l. fin. de fund. dot. in cuius. §. fin. ſecundum planiorem lecturam, ſtatuitur vt maritus, qui tenetur reſtituere prædiū, accepta eius æſtimatione, & retinet illud, accepta æſtimationis parte, donec tota ſoluatur, reſtituat fructus pro portione partis æſtimationis acceptæ.

6 In quo illum §. commēdauit Bart. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. empt. Et prętereа tenetur N. ſubiacere periculis caſus fortuiti, ſi qui euenerint circa dictos fructus iuxta tex. c. propter de loc. & cond. & l. ex conducto §. ſi vis ff. locati. Qui autem ſint hi caſus, & quomodo, quando facienda ſit compenſatio, tradunt Doctores in præcitatis iuribus, & poſt alios

Nau.

Nau.in man.c.17.nu.187. & ſcripſi in 2. 2. lib. 2. c. 8. q. 2. per tot. Si verò fructus villę plus valeãt quã prędictarum ſexcentarum librarũ N. eſſet tutiſſimus in conſcientia, immo vice verſa teneretur villæ emptor ad iuſtam compenſationem, alioquin contra iuſtitiã locupletaretur cũ aliena iactura. Ex dictis reſoluũtur faciliter duo alia argumenta contraria, attamen breuiter vnicuique illorum reſpondeo, & quo

Ad Secundum retorqueo argumentum, nam cum fructus pecunię excedant fructus villæ, N. nunc locupletaretur cum iactura emptoris, quod faciendum non eſt. Tùm per citata iura l. iure naturę, & c. locupletari, tùm quia non fructus pecuniæ, ſed villæ N. percipere habet, vt dixi ſupra, & ideo ad rationem reddituum villæ debet ſe compenſare.

Ad tertiũ reſpondeo procedere quando abſolutè venditur cum traditione
7 dominij, iuxta ſupradicta; nec tunc ſemper tenetur emptor vſuras perſoluere, ſeu compenſare venditorem, ſed ſolum quãdo verè venditor patitur damnum, aut ei lucrum ceſſat, & ita eſt intelligẽda d. l. 2. & d. l. curabit, vt docet Sylu. vſura ſecundo §. 11. contra Angelum, & alios credentes ſemper licere. Sed in hoc caſu non eſt abſoluta venditio, ſed venditor remanet adhuc dominus villæ, & ideo iuxta fructus villę poteſt ſe compenſare, ſed nihil aliud percipere; & percipiendo fructus pecuniæ, perciperet fructus de re non ſua, quod minime licere omnibus notum eſt.

Ad ſecundum autem ꝙ quæritur de modo refor-

mandi contractum inter
ipſos, abſquè traditione
dominij villæ. Reſpondeo
accommodari poſſe, vt N.
vendat illam pretio prædi-
cto ſexcentarum librarum
(præſuppoſito tale pre-
tium eſſe iuſtum) quarũ
ducentum confiteatur re-
cipiſſe, & deinde ſtatu-
ant, reſiduum librarum
quatuorcentum liberum
eſſe emptori ſoluere quan-
docunque voluerit, &
interim non intelligatur
eſſe tranſlatum villæ domi
nium in emptorem, nec il-
lius ꝑiculo ſubiacere quo-
uſquè integra ſolutio per-
acta ſit: & pro fructibus di-
ctę villę debere emptorem
tantum pro centenario, nẽ
pe quatuor, vel quinque,
habito reſpectu ad quanti-
tatẽ fructuũ villæ, deductis
laboribus, & expenſis (nã
nõ dicitur fructus, niſi ꝙ ſu
8 pereſt deductis expenſis l.
fructus ff. Solut. matrim.)
non autem ad intereſſe pe
cuniæ; quia cum N. rema-
neat dominus villæ, & non
pecunię, fructus villæ per-
cipere debet, deducta ta-
men eorũ tertia parte, quæ,
9 in beneficium emptoris ce
dere debet, pro tertia par-
te pretij ſoluti, iuxta d. l.
vlt. §. fin. de fund. dotal.
Quod vt melius intelliga-
tur me declaro. Præfata
villula, vt N. eius domi-
nus, & Conſulens teſtatur,
fructificat ordinariè, quã-
do caſus fortuitus non in-
teruenit, ad rationẽ quin-
que pro centenario, quod
quolibet anno aſcendit ad
ſummam 30. librarũ, qua-
rũ ſex, vel ſeptem ſolẽt ex-
pẽdi quolibet anno ꝑ eius
cultura, ꝗbus deductis, fru-
ctus villæ remanẽt 24. vel
23. libræ annuæ, & hęc sũt
quę poteſt licitè N. paciſci
vt quolibet anno perci-
piat. Sed quia emptor iam
ſoluit tertiam partẽ pretij,

nempe ducẽtum, ideo de-
bet N. tanto minus ex di-
ctis fructibus percipere,
ideſt tertia parte fructuũ
deducta, quæ iure ad emp-
torem pertinet, vt habetur
in d. §. fin. quare tantũ po-
teſt cõuẽtionem facere vt
ꝑcipiat quolibet anno cir-
citer 16. libras, cũ onere
tàm in foro fori, quàm cõ-
ſcientiæ, quòd ſi ſterilitas
fortuita aliquo anno ſuper
uenerit, quam nec fertili-
tas anni præcedentis, nec
ſequentis compenſare po-
teſt, vt teneatur partem
emptori deducere, iuxta
ſupra citata iura c. ꝓpter,
& §. ſi vis. Deductio autẽ
hæc tunc eſt facienda ſe-
10 cundum Nauar. quando
villa tertia parte minus ſo-
lito fructificat, vt poſt
Bart. in d. §. ſi vis, tenet
ipſe Nauar. in d c. 17. nu.
188. niſi aliter conuentio
partium, aut conſuetudo
regionis, vel communis
eiuſdem regionis opinio,
ipſam ſterilitatem defini-
ret, vt idem Nauar. dicit.
Et tunc ſterilitas vnius an-
ni compenſanda eſt cũ fer-
tilitate alterius, quando in
præcedenti anno, aut ſub-
ſequenti plus ſolito tertia
parte fructificat, ſi aliter
pacto, aut cõſuetudine ſta-
tutum non eſt, ſecundum
eundem Nauar. in d. c. 17.
nu. 189. vbi argumento l.
illud ff. ad legem Aquil. &
c. 2. de translat. prælat.
probat in hoc nullam eſſe
differentiam, an penſio ſit
ſoluenda in pecunia nume
rata, vel alia quauis re. Sed
quia circa hæc variæ ſunt
Doctorum ſentẽtiæ, tu di-
cas hanc deductionem fa-
ciendã eſſe iuxta ea quę di
xi ĩ d. c. 8. q. 2. Et hęc dicta
ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS. IX.

DE HIS QVÆ POSSVNT donare meretrices Bononię iuxta Bullam Pij V.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſũ ius quod defunctus habuit tempore mortis.*

2 *Princeps prout eſt author iuris Ciuilis, poteſt legem ponere teſtamentis conficiendis.*

3 *Mulieres meretrices quenã ſint dicendæ, late, & nu. 4. definitio authoris, & vide num. 9.*

5 *Verba loquentium intelligenda ſunt ſecundum vulgatum modum loquendi.*

6 *Præſumptioni quando veritas contraria eſt, veritas attenditur.*

7 *Lex non aptatur illis, quibus illius verba non aptantur.*

8 *Delinquens, poſt peractam pœnitentiam, habetur ac ſi nõ deliquiſſet. Quoad Deũ, nõ autem quoad homines. num. 11.*

9 *Meretrix dicitur non ſolum quę eſt, ſed etiam quę fuit.*

10 *Nomen acquiſitum per aliquod delictum, non tollitur per emendationem.*

12 *Legis ratione ceſſante ceſſat & diſpoſitio.*

13 *Filius legitimus, & naturalis quis eſt, dicitur quaſi dominus hereditatis paternæ, & omnibus excluſis ab inteſtato ſuccedit.*

14 *Filius legitimatus per ſubſequens*

ſequens matrimonium habet iura legitimi.

15 *Diſpenſatio contra ius non eſt amplianda,*

Matrimonium ſubſequens tanquam fauorabile purgat omnia præcedentia.

16 *Filij naturales non nati ex damnato coitu, ſuccedunt matri etiam meretrici, pariter cum legitimis, in diſtrictu etiam Bononienſi.*

17 *Leges Ciuiles, quæ legi diuinæ, aut naturali non aduerſantur, per Canones confirmantur.*

18 *Verba cuiuſcunquè diſpoſitionis intelligenda, & amplianda ſunt ſecũdum mẽtem diſponentis.*

19 *Diſpoſitio etiam pœnalis per verbum numeri pluralis, habet locum in vno ſi eadẽ ſubſit ratio.*

20 *Prohibitus alienare cauſa mortis, poteſt donare inter viuos,*

21 *Donatio poteſt reuocari, ſi donatarius negligeret alimentare donantem.*

22 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet.*

23 *Donatio inter viuos poteſt fieri ab infirmo, dummodo in ea de morte nõ fiat mẽtio.*

24 *Donatio cauſa mortis, ſi illi adijciatur clauſula, vt non poſſit reuocari, tranſit in donationem inter viuos.*

25 *Donatio ſub modo ſtatim tenet, ſed illo non extante poteſt reuocari, & ponitur differentia inter donationẽ ſub modo, & donationem ſub conditione.*

IN fauorem Moniali ũ Cõuertitarum, nuncupatarũ Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ciuitatis Bononiæ Ordinis Carmelitarum, extat quędã Bulla fel.rec. Pij Papæ V. incipit, *Expoſcit debitum Paſtoralis officij*, &c. qua motu proprio applicã tur prædictis Monialibus, & earum Monaſterio, om-

nia, & ſingula bona, iura, & actiones mulierum meretricum decedentium ab inteſtato in diſtrictu, & Ciuitate Bononię, abſque legitimis, & naturalibus filijs, anuullando omnes earum diſpoſitiones per vltimas voluntates, in quibus de medietate ſuorũ bonorum, actionum, & iurium non diſpoſuerint in fauorẽ dictarum Monialium, ſi filias, aut filios legitimos & naturales non habent, vt latius in prædicta bulla videri poteſt in §. *Ac inſuper ut Prioriſſa* vſque ad §. Præterea. Circa cuius bullæ, & §. Ac inſuper, diſpoſitionem, & intelligentiam, ac validitatem ſolent dubitare multi confeſſarij, quando prædictę meretrices ad meliorem frugem conuertuntur. Ideo aliqui eorum etſi doctiſſimi ſint, vt eorũ conſcientijs cõſulere poſſint, dignantur à me aliqua quęrere. Et Primo, an diſpoſitio dictæ bullæ ſit iuſta, cũ contrarium fuerit publicè prędicatum in hac Ciuitate Bononię à quodam concionatore. Et caſu quod ſit iuſta, quærunt Secũdò, vt declaremus de quibus meretricibus loquatur. Tertiò, qui ſint illi filij legitimi & naturales, qui valent ab inteſtato monaſterijũ excludere, & qui poſſunt in teſtamento ad omnia inſtitui. Quartò, vtrum omnes donationes ſint ipſis meretricibus prohibitę, An verò poſſint aliquo pacto donare? Quibus omnibus, Deo annuente, maiori qua poſſum breuitate reſpondebo.

Et ad Primum quæſitũ dico Primò, ſanctè & iuſtè Summũ Pontificem in prędicta bulla diſpoſuiſſe, vt ad omnia, & ſingula mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia bona, & ſpolia

quæ-

quæcunq; necnon iura, & actiones quarumcunque mulierum meretricum in Ciuitate & diſtrictu Bononienſi commorantium, ibique ab inteſtato, pro tempore decedentium, nullis relictis filijs, & filiabus legitimis & naturalibus, ſuccederet Monaſteriũ & Moniales prædictæ; quia per tale priuilegium, Monaſterium, & Moniales vocãtur ab inteſtato, poſt legitimos, & naturales filios, & filias, ad hereditatem prędictarum meretricum, tãquam legitimi, & vniuerſales heredes; nam vt ait
1 Bar. in Rubri. de acquir. hered. Hereditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis, per tex. in l. nihil ff. de verb. ſignif. Sed cum vocatio heredũ ab inteſtato prouenìat à iure Ciuili, vt habetur in prima diſt. c. Ius Quiritum, & etjam pater, quia deportati, qui nõ ſũt capaces eorum, quæ ſunt Iuris Ciuilis, nõn ſunt capaces hereditatis l. 1. ff. de hered. inſtit. Ideo Papa, qui eſt Princeps temporalis Bononię, & ex cõſequẽtia ſupra ius Ciuile, vt habetur in c. propoſuit de conceſſ. præben. & tradit Panor. poſt Innoc. in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. iuſtiſſimè vocare potuit antę omnes alios heredes, Monaſterium, & Moniales prædictas ad hereditatem præfatarũ meretricum decedẽtium abſque filijs legitimis, & naturalibus.

Secundò dico iuſtiſſimè etiam diſpoſuiſſe, ſingula teſtamenta, Codicillos, donationes cauſa mortis, ceteraſquè vltimas voluntates, per dictas mulieres meretrices de earum bonis ac iuribus, & actionibus prędictis

dictis in quarumuis aliarum perſonarum, prærterquam dumtaxat earūdem mulierū filiorū, & filiarū legitimorum & naturaliū fauorē, pro tempore condita, & facta, niſi medietatem bonorum, de quibus ipſe meretrices mulieres ꝑ tēpore per vltimas voluntates diſpoſuerint, eidem Monaſterio Conuertitarū reliquerint, nulla & inualida, nulliuſquè roboris, vel momenti fore, & eſſe, nec coloratum poſſidendi titulū cuique tribuere poſſe. Iuſtiſſimè inquam hoc diſpoſuit.

Primò quia vt habetur in Auth. de nupt. §. diſponat itaq; collat. quarta, vltimę voluntates vim legum obtinent; ſed Princeps poteſt annullare leges, vt ex dictis ſupra patere poteſt; ergò etiam & ipſas vltimas voluntates.

Secundò quia ſicut Ius Ciuile diſponit vt teſtamēta nuncupatiua nō valeāt, niſi ſeptem adhibeātur teſtes legitimi, & rogati l. heredes palā §. penult. ff. de teſtam. Item & vt teſtamēta nō valeant niſi inſtituātur heredes omnes legitimi filij & filię, vel ſi ſubeſt legitima cauſa exheredentur, Inſtit. de exheredat. liber. in prin. & ſic de alijs; Ita etiam Papa in terris Ec-
2 cleſiæ, prout Princeps eſt, & auctor iuris Ciuilis poteſt diſponere vt teſtamēta meretricum, nec non & omnes earum vltimæ voluntates in diſtrictu & Ciuitate Bononię, ſint nullę, niſi medietatem bonorū, de quibus diſpoſuerint, Monaſterio Conuertitarū reliquerint, dūmodo non diſpoſuerint in fauorē filiorū, & filiarū legitimarū, & naturaliū. Vnde miror quomodo Cōcionator ille auſerit cōtrarium prędicare.

Ad

3 Ad Secundū igitur quęſitum reſpondendo dico, meretrices, de quibus bulla prędicta loquitur, eſſe mulieres illas, quæ multorū libidini patent, c. vidua 34. diſt. Vel illas, quarum publicè venalis eſt turpitudo c. meretrices 32. q. 4. Quę autem propriè hę ſint difficile erit inueſtigare, cum variè Iuriſperiti iudicent, quę mulier dicatur meretrix; Bald. enim in l. idē §. quoties ff. de condit. ob turp. cauſ. in fine illius §. dicit, probari aliquam eſſe meretricem eo ipſo ꝙ probatur per pecuniā cōcubuiſſe, quia iſta eſt proprietas meretricum: Et idem videtur ſentire Lucas de Pēna in l. ſi qua, in prin. vndec. col. C. de ſpect. & ſcenic. lib. 11. vbi inter alia dicit, meretricem eſſe dicendam illam, quæ pro concubitu mercedem recepit, etiam ſi vnus acceſſit ad eam, per tex. in l. mariti §. qui quęſtum, ibi, ſiue enim ſæpius, ſiue ſemel. ff. de adult. refert, & idem videtur ſentire Afflict. in Conſtit. Regni Neap. de prohibit. habit. meretr. inter bonas mulier. incipit: Quę paſſim lib. 3. num. 2. Et hæc opinio videtur nimis extrema, maximè in foro conſcientiæ, de quo nos agimus. Panor. verò in c. inter opera nu. 5. de ſponſal. & in c. cum decorem nu. 2. de vit. & honeſt. Cleric. dicit quòd poteſt appellari meretrix mulier, quæ cauſa quæſtus admittit inhoneſtè duos, per tex. in l. palam ff. de ritu nupt. vbi tex. innuit quæſtum feciſſe mulierem, ſi admiſit duos cauſa quæſtus, per hęc verba, *Item quæ cū vno & altero pecunia recepta commiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere*: hęc tex. ergò facit quęſtum licet

cet non palam; quę autem quęſtũ facit corpore ſuo, meretrix eſt, cum ſic à merendo dicatur. At Syl. in ver. meretrix, ex præcitatis capitulis vidua, & meretrices, deducit tria eſſe neceſſaria ad faciendam mulierẽ meretricẽ, ſcil. fornicationem publicam, quadraginta concubitus fornicarios, & pretium: vnde vna cum gloſſa in d. c. vidua declarat verba illa citati capituli, nempe, *quę multorũ libidini patet*, eſſe intelligẽda de illa quę 40. viros admiſerit: ſed intellectus hic eſt cõtra tex. §. ſingulorũ Inſtit. de rer. diuiſ. vbi ſecundum communẽ intellectum, vt ibi Syl. Aldobrand. notat, appellatione multorum veniunt duo, & contra tex. in l. vbi numerus ff. de teſtib. vbi habetur quòd pluralis elocutio duorum numero cõtenta eſt, & ideo hãc Syluſ Prioratis & gloſę opinionẽ non puto veram; eſt enim nimis ampla, prout illa Baldi, Lucę de Penna, & Afflict. eſt nimis rigida. Alij vero dicunt meretricẽ eſſe illam, quæ admiſit decẽ viros, & multi alij multa dixerunt, quos recenſere longum eſſet, ſed ſi vis vide Maſcar. de probat. vol. 2. cõcl. 1063. à nu. 13. vbi multas refert opiniones. Mihi verò videtur poſſe ſic definiri, ſeu deſcribi:
4 meretricẽ (maximè quæ ſub hac bulla continetur) eſſe mulierem illam, quæ cauſa quęſtus publicè admittit inhoneſtè tres.

Dixi: cauſa quęſtus, tùm per tex. in c. meretrices 34. q. 4. vbi habetur meretricem eſſe cuius venalis eſt turpitudo. Tùm quia teſte Valla, meretrix dicitur à merendo, & ideo neceſſarium eſt ad faciendam mulierem meretricem, vt inter

ter alia fornicetur propter quæſtum: ex quibus deducedum eſt, mulierem, quę non cauſa quæſtus, ſed amoris, vel libidinis, alicui ſui copiam facit, non poſſe propriè dici meretricem, licet publicè hoc faciat; & per conſequentiam non contineretur in conſcientia ſub hac bulla, quę de meretricibus loquitur, ideſt de illis, quæ cum pluribus cauſa quæſtus fornicantur, cum verba legis ſecundum proprietatem verborum eius intelligenda ſint l. cum lege ff. de teſtam.

Sed contra prędicta opponi poteſt Primò ex l. palam ff. de ritu nupt. in ver. rectiſſimè, vbi ſic habetur, *Rectiſſimè tamē Octauianus ait etiam eam, quæ ſine quęſtu palam ſe proſtituerit debuiſſe his connumerari*: ſi igitur etiā hæc eſt his connumerāda; ergò ſub hac bulla cōtinet.

5 Secundò, verba loquētium intelligenda ſunt ſecundum vulgatum modū loquendi, c. ex litteris de ſponſal. l. labeo ff. de ſuppell. leg. l. liberorum §. ꝙ tamē Caſſius ff. de leg. tertio; ſed vulgatus modus loquendi paſſim appellat indiſtinctè meretrices non ſolum illas, quę cauſa quęſtus, ſed etiam illas, quę quauis alia cauſa publicè fornicantur; ergò etiam illę ſub hac bulla continentur.

Ad Primum reſpondetur in d. l. palam legiſlatorem non intendiſſe declarare quę ſit meretrix, de 6
qua re nos agimus, ſed tātum quę dicatur palā quęſtum facere, vt voluit Io. de Anania in c. tāta col. 1. qui fil. ſint legit. vt nō poſſit cum filio ſenatoris matrimonium contrahere, ꝙ cum declaraſſet, tandem dixit, rectiſſimè debuiſſe

his

his connumerari, quę ſine quæſtu palam ſe proſtitue rit;&intellige debuiſſe his cõnumerari, ſcilicet vt nõ poſſit cũ filio ſenatoris ma trimoniũ cõtrahere. Sed ſi volumus cõcedere tex. ibi velle declarare etiã has eſſe meretricib' cõnumerãdas, intelligẽdus eſt nõ de omnibus indiſtinctè,ſed de illis tãtũ,quę nõ modo palã, ſed paſſim, & ſine delectu ſe proſtituunt. & ita videtur illum textũ intellexiſſe Maſcar. de probat. vol. 2. cõcl. 1063 nu.6.& ita etiã refert tradidiſſe Couar. in 4. decret. in 2. p.c.8.nu.4.

6 Ad ſecundum reſpondetur, vulgatum modum loquendi ideo indiſtinctè appellare omnes tales mulieres meretrices, qa ignorat quę cauſa quęſtus,quęuè alia de cauſa fornicentur, & ideo pręſumit omnes cauſa quęſtus fornicari, cum hoc communius eueniat: at quando veritas huic pręſumptioni eſt cõtraria, veritas eſt attendẽda, arg. c. tua, & c. is qui de ſponſal. Et ſic intelligẽdi ſunt Bart. & alij DD. quos citat Panor. in pem. Decret. nu.8. qui affirmãt quòd vſus loquendi præfertur proprio ſignificatui vocabuli, etiam in materia ſtricta: vt tale eorum dictum habeat locũ quando vſus loquendi non eſt fundatus in præſumptione.

Dixi: publicè, propter tex. in d.c. meretrices, vbi, vt dixi ſupra, habetur, meretricẽ eſſe illã, cuius publicè venalis eſt turpitudo.

Dixi: admittit inhoneſtè tres, propter tex. in d. l. palam, vbi ſic habetur, Itẽ quæ cum vno,& altero pecunia recepta ſe commiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere, vbi gloſa declarat illa verba,

ba, cum vno & altero, intelligenda eſſe cum vno & altero tantùm: Et ſic infertur quòd ſi duos exceſſerit, nempe quæ ſe cum tribus commiſcuerit, dicitur palam corpore quæſtum facere, & quæ palam corpore quæſtum facit, meretrix eſt, vt in d. c. meretrices. Et idem poſt quã hæc ſcripſi inueni ſenſiſſe Maſcard. in d. cõcl. 1063. n. 17. & ad idem citat Couar. in loco ſuperius adducto, Soc. in conſ. 54. viſis teſtibus col. 3. lib. 3. & Alciat. in l. Maſſurius ff. de verb. ſignif. Et Cæpha. conſ. 140. nu. 6. vol. 1.

Sed vt plenius interrogãti ſatisfaciam, moueo hic dubium, An comprehendatur ſub huius bullæ diſpoſitionem, mulier quę fuit meretrix, & iam per plures annos eſt emendata, & ſic vſquè ad mortem perſeuerat? Et videtur reſpondendum eſſe negatiuè.

7 Primo qa nulla lex aptatur illis, quibus illius verba nõ aptatur c. indemnitatibus §. penult. de elect. in ſexto l. 4. §. toties ff. de dam. infect. vbi Bart. & Paul. notant, ac etiã Felin. in c. nõ nulli col. 31. de reſcr. ſed 8

verba huius bullæ non aptantur meretricibus emẽdatis; ergò ſub illius diſpoſitione non comprehenduntur. Quod non aptentur ꝑbatur. Habetur enim in bulla, vt Monaſteriũ, & Moniales ſuccedãt meretricibus decedentibus ab inteſtato; ſed meretrices iam emendatę non decedunt meretrices; nam vt ſupra dixi, meretrix dicitur à merendo; & hoc nomen meretrix nil aliud ſonat, ſecundum propriam eius ſignificationem, vt voluit Valla, quem refert Alciat. in l. Maſſurius ff. de

verb. ſignif. niſi mulier quę mercede ſuam exercet malitiam, & quæ quæſtu meretur l. Athletas §. ait Prætor ff. de ijs qui notan. infam. & mulier emendata hæc non facit; ergò nō eſt meretrix, & bullæ verba illi non aptantur.

8 Secūdò quia, delinquēs, poſt peractam pœnitentiā, & obtentam abſolutionē à Sacerdote, habetur perinde ac ſi non deliquiſſet, ſicut manifeſte ſcripſerūt Bart. & Bal. ex illo tex. in l. Imperialis C. de nupt. Inde factum eſt, & ibi Bar. ſcribit, vt teſtis ſemel periurus, etſi alias non admittatur ad dicendum teſtimonium, attamen peracta pœnitentia admittitur; refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. præſūpt. 32. nu. 34. & hanc traditionē dicit etiā probare Afflict. deciſ. 36. nu. 4. qui ea ratione vſus eſt, quia peccator, qui peccati pœnitentiam egit, amplius peccator non dicitur, c. ferrū 50. diſt. Sed meretrix emendata iam egit pœnitentiam; ergò habenda eſt ac ſi meretrix non fuiſſet; ergò nō compręhenditur ſub hac bulla.

Tertiò facit ad hoc doctrina Rebuffi in l. Maſſurius fol. 730. verſ. limitatur ff. de verb. ſignif. vbi dicit, quòd etſi mulier meretrix per ſtatutum poſſit è vicinia honeſtarum mulierum expelli, tamen limitatur ſi deſijt artem meretriciam exercere, & pœnitentiam peregit; nam tūc priſtinum recuperat ſtatū, ac ſi nunquam deliquiſſet, arg. c. ferrum 50. diſt. & pl. Imperialis C. de nupt.

Quartò facit quod docuit Bald. in l. ſi filiam, & poſt eum Fulgoſ. in l. in arenam nu. 5. C. de inoff. dotib. nempe quòd licet

mater

mater meretrix non poſſit exheredare filiã meretricẽ, attamen exheredare eã poterit poſt ſui erroris emendationem; refert Menoch. in d. præſũpt. 32. nu. 37. vbi etiã multa cõgerit, quę ad hoc faciunt.

9 His tamen non obſtantibus ego cenſeo prędictas meretrices emendatas ſub hac bulla contineri. Moueor primò ex tex. in l. palam §. non ſolum ff. de rit. nupt. vbi de meretricibus loquendo ſic habetur. *Nõ ſolum autem ea quæ facit, verum* eaquoq; *quę fecit, & ſi facere deſijt lege notatur*. Si ergò etiam ea quę facere deſijt lege notatur, ſeqtur quòd q̃do lex vel ſtatutũ diſponit de meretricibus, notat & comprehẽdit etiã eas, quæ deſierunt eſſe tales, vt expreſsè hoc adnotat Bart. de Bel. in poſtil. ad Panor. in c. tanta nu. 3. ver. non comprehenditur meretrix, de ſimon. & Afflict. in d. Conſtit. Quæ paſſim, Regni Neap. per d. l. palam, dixit meretricẽ emẽdatam adhuc dici meretricem. Facit etiam tex. in l. prætor §. his etiam ff. de ędend. & quod notat Bart. in l. 1. in prin. ff. de ædil. ædict.

Secundò moueor argu. l. Imperialis C. de nupt. in quo textu cõceditur ſcenicis mulierib⁹, quę ad frugẽ melioris vitę cõuertuntur, vt poſſint impetrare à Principe, vt eis liceat cum ceteris matrimoniũ contrahere, quo impetrato ad priſtinum ſtatum intelligũtur redactæ, & nomen ſcenicarum deſinunt habere, & matrimonium cum eis poteſt contrahi impunè; ergo ante impetrationem huius beneficij, licet ſint emendatę, nomen tamen ſcenicarum nõ deſinunt habere. Patet igitur quòd per emẽ

da-

dationem vitę, nomen malum antea acquiſitum non amittitur. Si nõ amittitur, ergo quę illud acquiſierũt remanẽt & comprehendũtur ſub diſpoſitione illius legis, quę de talibus loquitur. Et hoc confirmari etiã poteſt argumẽto l.i ſubſtitutione ff.de vulg.&pupil. Nec contraria obſtant. Ad primũ .n. patet reſponſio, ex primo argumẽto partis affirmatiuę, deducto ex d.l. palam, nam cũ ibi aſſeratur lege notari nõ ſolũ illa quę facit, ſed etiã illa quę fecit, & deſijt, nõ eſt amplius dubitandum.

10 Et pręterea nec nomen acquiſitũ propter aliquod delictum per emẽdationem tollitur, vt patet ex d. l. Imperialis; Et ideo non obſtat quòd non mereatur, nec ad præſens corpore quæſtũ faciat, q̃a ſufficit feciſſe, vt lege notetur, & vt habeat in ſe acquiſitam qualitatem illã, qua dicatur meretrix, & ſic ſub diſpoſitione huius bullæ contineatur.

Ad ſecundum reſpondeo ꝓcedere quoad Deũ, ſed non quoad homines,

11 apud quos ſẽper q̃s remanet de illo delicto infamatus; quia licet culpa per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non aboletur c. Euphemiam §. hinc colligitur 2. q. 3. niſi per ſpeciale reſcriptũ Principis, vt patet ex d.l. Imperialis, & ex multis alijs locis iuris Canonici, & Ciuilis. Et an teſtis periurus poſt pœnitentiam admittatur ad ferendum teſtimonium, adhuc ſub Iudice lis eſt, & valdè de hoc dubitat Iaſon in d. l. in arenam, vt idem Menoch. ſupra refert in nũ. 36.

Ad tertium de doctrina Rebuffi reſpondeo negando eius dictum tanquam fundatum in falſa ratione, nem-

nempè qã putauit poſt per actã pœnitétiã priſtinũ recuperare ſtatũ; quod probauimus non eſſe verum; niſi impetrato ſuper hoc reſcripto Principis, per ipſammet l. Imperialis, quam ipſe pro ſe adducit, ſed verè cõtrà ipſum facit. Et contrarium eius tenet Afflict. in d. Conſt. Quæ paſſim, nulla tamen de ipſo facta mẽtione; affirmat enim meretrices emendatas poſſe è vicinia honeſtarum mulierũ expelli. Sed quò ad hoc verior mihi videtur Rebuffi opinio, non tamẽ ratione qua ipſe mouetur, quæ non placet, ſed alia, nempe quia, nulla alia ratione meretrices eijciuntur è vicinia honeſtarum mulierum; vt videtur affirmare idẽ Afflict. in d. Conſt. Quæ paſſim. niſi, ne alias inficiãt: nam

Morbida facta pecus, totũ corrumpit ouile.

Et in meretricibus emenda-
12 tis ceſſat hæc ratio; ergo ceſſare debet legis, vel ſtatuti contrarium ſtatuentis diſpoſitio l. fin. ff. de hered. inſt. & l. quod dictũ ff. de pact. arg. c. Marchion prima q. 1. c. fin. de reg. iur. in ſexto.

Ad quartum de doctrina Baldi & Fulgoſij, dico eſſe contra textũ in d. l. palam, niſi dicamus eſſe caſum ſpecialem, & limitationem legis palam, quod nullo modo erit dicendũ: nec obſtant ea quæ congerit Menochius, quia loquitur in præſumptionibus, & nos inſpicimus rei veritatem.

13 Ad tertium verò quòd quæritur dico, filios legitimos & naturales, qui poſſunt tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato prædictas moniales, & monaſterium excludere, appellari eos qui ſunt nati ex legiti-

mo matrimonio vero, vel putatiuo; & dicuntur naturales, quia ſecundum naturam ſunt geniti, & dicuntur legitimi, quia coniunctio parentum eſt approbata a lege, prout docuit Panor. poſt gloſ. fin. in c. tanta qui filij ſint legit. num. 10. Et iſti ſuccedunt parentibus ab inteſtato; vnde omnibus excluſis ipſi præferuntur, vt in Authent. de hered. ab inteſt. venient. Et ſunt quaſi domini viuentibus parentibus, ſolum enim eis deeſt adminiſtratio, vt Inſtit. de hered. qual. & diſt. §. ad ſui. Idem iuris eſt in filios legitimatos per ſubſequēs

14 matrimonium, per ea quę tradit Panor. & in d. c. tāta, & Bald. in l. eam quam C. de fideic. & Paul. de Caſtro in l. ſed ſi hac §. patronū ff. de in ius vocan. vbi aſſerunt, quòd ſi extat ſtatutū vt ſtantibus maſculis filijs legitimis & naturalibus, filia non ſuccedat, habet locum etiam in filio legitimato per ſubſequens matrimonium. Sed ſi prędictæ meretrices haberent filios legitimatos per reſcriptum Papæ, tales filij Monaſterium, & Moniales nō excluderēt, niſi fuerit de hoc facta ſpecialis mentio; quia cum legiti-

15 matio ſit ſtricti iuris, tanquam diſpenſatio contra ius, non eſt amplianda, c. ꝙ dilectus de conſuetud. Sed matrimonium ſubſequens, tanquam fauorabile, purgat omnia præcedentia, vt ait gloſ. in d. c. tanta in ver. legitimi.

16 Sed quid ſi prędictæ meretrices cū filijs legitimis, & naturalibus habeant filios naturales tantùm, natos ex coitu non damnato per aliquam legem Imperialem, vna ne ſimul ſuccedant eis ab inteſtato? Et

per

per hanc bullam videtur reſpondendum eſſe negatiuè, cum in ea tantùm cõcedatur hoc beneficium filijs legitimis & naturalibus; nam qui de vno dicit, de alio negare videtur, c. nonne de prę̨ſumpt. l. cum prætor ff. de Iudic. Mihi verò contrarium videtur verius, quia cum de iure Ciuili prædicti naturales, nõ nati ex damnato coitu, ſuccedãt matri pariter cũ legitimis, vt habetur in §. vulgo quæſiti Inſtit. de ſucceſſ. cognat. & in l. ſi qua illuſtris C. ad Orphic. niſi mater eſſet illuſtris perſona, cui ſuccedere non poſſunt filij naturales vulgo quæſiti, ſed tantum nati ex concubinatu, per d. l. ſi qua illuſtris. Nati verò ex coitu dãnato per aliquã legẽ Imperialẽ ad nihilum ſuccedũt neque matri, neque patri per Auth. ex cõplexu C. de inceſt. nupt. Et cum neque per ius Canonicum, neque per hanc bullam contrarium ſit determinatum, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris Ciuilis, ſecundum ea quæ tradit Panor. in d. c. tanta nu. 12. per tex. in c. venerabilem qui filij ſint legit.

17 Et tanto magis hoc dicendum erit, quia leges Ciuiles, quę legi diuinæ, aut naturali non aduerſantur per Canones confirmãtur c. de Capitulis cum ſeq. 10. diſt. Quod autem per ius Canonicum non ſit contrarium determinatũ probat Panor. ſupra, vbi etiam impugnat Goffredum, qui contrarium probare nitebatur. Quod autem neque per hanc bullã, patet ex verbis ipſius in d. §. Ac inſuper. in princ. Vbi Papa diſponens de ſuccedendo ab inteſtato ipſis meretricibus, determinat vt illis Monaſterium ſuc-

cedat, ſi ab inteſtato deceſ ſerint, nullis relictis filijs aut filiabus legitimis,&na turalibus; & ideo eo ipſo quòd deceſſerint relictis talibus filijs, ſtatim excluduntur Moniales & Monaſterium,& ex conſequẽtia eo ipſo venit habere lo cum ius commune, quia cum hæc bulla ſit facta in fauorem Monialium, non autem in odium aliarũ per ſonarum, niſi per quandã conſequentiam, ceſſante dicto fauore, ceſſat mens Pontificis; & vbi ceſſat mens legislatoris, ceſſat etiam legis diſpoſitio, vt etiam dixi ſupra de ratione legis per tex. in d.l. fin. de hered. inſtit. cum alijs concordantibus, & tradit Nau. in conſ. 75. nu. 6. de ſent. excom.

Nec contraria ratio ſupra poſita obſtat, quia reſpondeo dupliciter poſſe aliquid affirmari, vel negari, materialiter ſcilicet, vel formaliter; per ly materialiter intelligo ſecundum verba, per ly verò formaliter intelligo ſecundum mentem; Papa autem hic videtur negare de alijs materialiter, non autem formaliter, ideſt, negat ſecundum verba, non autẽ ſecundum mentem, ſed quia mens eſt præponenda verbis, vt præponitur animus corpori, vt egregiè dicit tex. in c. ſedulo 38. diſt. & notat Panor. in c. ſecundo requiris not. 2.
18 nu. 2. de apellat. Ideo verba cuiuſcunque diſpoſitionis ſemper ſunt reſtringẽda, & amplianda ſecundũ intentionem diſponentis, & ad hoc faciunt boni textus in c. intelligentiam in fin. de verb. ſignif. & in l. cum tamen §. dulciſſimis & ibi Bart. ff. de leg. ſecũdo, & in l. pater §. fundum ff. de leg. tertio, & cũ iam

ſupra

ſupra probauerim mentē eius hoc non intendiſſe, ideo concludendum eſt de alijs hic non negare, ſed diſpoſitioni iuris communis relinquere.

Quando autē filius dicatur naturalis, vel vulgo quęſitus, vel natus ex damnato coitu, & quomodo, & quando tales meretricibus ſuccedant, vide apud Angel. Aretin. in §. nouiſſimè inſtit. de ſenat. conſ. Orphic. & vide ea quæ dixi in 1. ſecundę lib. 2. c. 8. q. 1.

Si verò filij legitimi, & naturales dictarum meretricum iam ſint defuncti, relictis tamen filijs legitimis & naturalibus, poſſunt ipſę meretrices in fauorē talium nepotū ſuorum diſponere de omnibus ſuis iuribus & bonis, & tales nepotes excludunt ab hereditate Auiæ ab inteſtato Moniales & Monaſteriū, etſi bulla tantum loquatur de filijs, vt colligitur ex doctrina Bart. in l. liberorum num. 6. verſ. ſecundo requiro ff. de verb. ſignif. vbi docet quando, & in quibus caſibus appellatione filiorum veniunt nepotes.

19 Et aduerte quòd ſi prędictæ meretrices deceſſerint relicto tantum vno filio, aut vna filia, legitimo & naturali, & legitima & naturali, Moniales & Monaſteriū excluditur, quia diſpoſitio etiam pœnalis vtens verbo numeri pluralis habet locū in vno, modo eadem ſubſit ratio l. 2. §. ſed ſi vnus ff. de vi bon. rapt. per quē tex. ibi Bart. notat quòd ſtatutum puniens producentes falſos teſtes, includit tātum vnū producentem.

20 Ad quartum quod quęritur dico Primò tantum prędictis meretricibus pro hi-

hiberi donare vltra dimidium, niſi in fauorem filiorum, aut filiarum legitimorum & naturalium, per teſtamentum, codicillum, donationem cauſa mortis, & quamlibet aliam vltimã voluntatem: & ideo poſſunt donare omnia bona ſua præſentia cuicunque voluerint per puram donationem inter viuos, deducta tamen, ſi liberos habent, eorum legitima portione, quia donatio inter viuos valdè differt à prædictis, quibus ipſæ prohibentur, & à diuerſis non eſt facienda illatio c. ad audientiã de deci. l. Papinianus ff. de minorib. & qui de vno affirmat, videtur negare de alio diſſimili c. nonne de pręſumpt. l. cum Prętor ff. de iudic. & verba Canonum, & legum in dubio propriè ſunt accipienda l. non aliter ff. de leg. tertio c. ex literis de ſpõſal. & nulla conſtitutio aptatur illis caſibus, quibus illius verba non aptantur, c. indemnitatibus §. penult. de elect. l. 4. §. toties ff. de dam. infect. & ibi Bart. & Paul. notant, & latè Felin. in c. nonnulli de reſcript. col. 31. Imò hoc eſt eis per hanc bullam conceſſum, nam cum prohibeatur illis poſſe tribuere coloratum poſſidendi titulum, videtur illis conceſſum, vt poſſint tribuere verum, arg. d. c. nonne, & l. cum Prętor; argumentum enim à contrariò ſenſu eſt validiſſimũ in iure l. 1. ff. de offic. eius, c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à prælat. Vnde non poſſent moniales dicere de inofficioſa donatione. Et hoc modo poſſunt meretrices prouidere pauperibus conſanguineis, vel affinibus. Nec per talem donationem ipſę damnificantur, quia donatione nõ ob-

obſtante poſſunt retinere de bonis donatis tantũ vt viuere poſſint, vt eſt gloſsa in l. in conditione ff. de re iudic. quam gloſam ſingularẽ eſſe dicit Bart. in c. 5. de vſib. feud. & in l. ſi quis argentum §. ſed in his omnibus, & in §. ſi quis vniuerſum C. de donat. Imò dicit Panor. in c. propter nu. 3. de donat. quòd
21 ſi donatarius negligeret illas alimentare, poſſet donatio reuocari. Tutius tamen erit hoc facere adhibito expreſſo pacto de reſeruatione alimentorum.

Dixi: omnia bona ſua præſentia, quia talis donatio valet ſecundum omnes in l. fin. C. de pact. & donatio omnium bonorũ
22 præſentium & futurorum non valet ſecundum Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. & in d. l. fin. C. de pact. quia tollit libertatem faciendi teſtamentum, licet poſſit talis donatio fieri Eccleſię, vide de hoc Ang. Immol. & Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo, & ea quæ dixi in 2. 2. lib. 2. c. 11.

Nec per talem donationem grauantur in conſciẽtia meretrices, eo quod dant omnia bona inter viuos, ne teneantur relinquere dimidiam Monaſterio in morte, & ſic in fraudem Monialium, quia cũ talis donatio inter viuos, vt dixi, non ſit eis prohibita, in re ſua quiſquis eſt moderator, & arbitrer l. in re mandata C. mandat. Et nota poſſe facere dona-
23 tionẽ hanc inter viuos, ſiuè ſanæ ſint, ſiuè infirmæ, dummodo de morte non faciant mentionem, quia nulla, donatio quę dè morte nõ facit mẽtione poteſt dici cauſa mortis l. Seia §. cum pater ff. de donat. cauſ. mort. vbi Bart. &

Paul.exiſtimāt hoc eſſe ſingulare.

Secundò dico poſſe prę dictas meretrices donare etiam per donationem expreſsè cauſa mortis factā, dummodo in ipſa donatione cauſa mortis adijciant clauſulam, ꝙ nulla de cauſa reuocari poſſit; nam cū natura donationis cauſa mortis ſit vt reuocari poſſit, prout notatur in c. fin.
24 de donat. ſi apponatur, vt non poſſit reuocari, tranſit in donationē inter viuos, per tex. expreſſum in l. vbi ita donatur ff. de donat. Et etiam ſi ſtatim dominium non transferatur, irreuocabilis tñ erit, ſi irreuocabiliter fiat l. ſenatus §. mortis ff. de donat. & ſic habebit effectum ſimplicis donationis, licet dicatur cauſa mortis. Nec obſtat Conſiliū Angeli 250. quem ſequitur Felin. in conſ. 43. nu. 14. vbi dicūt quòd ſi ī donat. cauſ. mort. fuit appoſita illa clauſula, quæ omnia promiſit attendere, obſeruare, & nunquam reuocare, nihil operatur, & intelligitur niſi me pœnituerit; & rationem aſſignat Angelus, nēpe quia dicta verba apponere ſolent Notarij, qui ſententiam etiam verborū ignorant, ſine voluntate, & ſcientia contrahentium; & ideo non eſt mirum, vt ait Felinus, ſi nihil operantur; & ego loquor quando apponuntur de voluntate, & ſcientia donantis, in quo caſu facit tranſire eam in donationem inter viuos, etiam ſi apponātur in illa parte inſtrumenti, in qua exequutio, & confirmatio contractus continetur, vt docet Ludouic. Molin. de contract. diſput. 287. nu. 16. & multo magis hoc dicendum erit ſi donatio talis

fue-

fuerit iuramento confirmata, in quo caſu iudicandum eſt talem promiſſionem emanaſſe à donante; cum iuramentum neque præſumendum ſit temerè fuiſſe appoſitum, neque apponi ſoleat, aut poſſit, abſque contrahentium conſenſu, & voluntate, vt docet Couar. in rubric. de teſtam. par. 2. num. 13. & 14. quem ſequitur Ludouic. Molin. in d. diſput. 287. nu. 16. Sed ad euitādas has difficultates tutius erit adiungere illam clauſulam in ea parte inſtrumēti, in qua fit donatio ipſa, hoc eſt in verbis inſtrumēti diſpoſitiuis, in quibus ſubſtantia contractus continetur, & tunc omnino liber eris à prædictis Angeli & Felini Conſilijs, qui loquuntur (vt facile ex eorum verbis conijci poteſt) in caſu quo talis clauſula fuerit poſita in ea inſtrumenti parte, in qua exequutio, & confirmatio cōtractus continetur. Et nota hunc caſum, quia erit ſecunda cautela, qua poſſint meretrices in diſtrictu & Ciuitate Bononię prouidere conſanguineis pauperibus, nam ſi pauperes conſanguineos non habent admonendæ ſunt, vt relinquant non ſolum dimidiam bonorum ſuorū prædictis Monialibus, & Monaſterio, ſed vt omnē ſuam ſubſtantiam dent eiſdē monialibus, vel alijs pauperibus ꝓ amore Dei, cuius Maieſtatem tàm miſerè offenderūt, in earūdē offenſarum compenſationem, quia iuxta illud Eccleſ. tertio. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.*

Tertiò dico poſſe etiam prędictas meretrices donare ſub conditione, vt non
25 trāſferatur dominiū rerū
dona-

donatarum vſque ad tale tempus, V. G. vſque ad decẽnium, & hæc donatio nõ propriè, ſed aliquo modo dici poteſt ſub conditione, quia propriè eſt donatio ſub modo: quia conditio propriè donationẽ ſuſpendit, & fit per ly, ſi: vnde ea non impleta donatio nõ valet; modus autẽ eã non ſuſpendit, & fit per ly, vt: ſicut notat gloſ. in c. verum de condit. appoſit. Vnde iſta donatio ſub modo ſtatim tenet, ſed nõ extante illo poteſt reuocari l. 1. 2. & fin. C. de donat. quę ſub modo. & hæc erit tertia cautela, qua poſſint meretrices prædictę donare; & eſt adnotãda, quia ſi donarẽt hoc modo, poſsẽt poſtea donationem reuocare antequam decẽnium aduenire; per citata iura; &, ſi interim decedant, valida & efficax erit donatio; ſi ante mortẽ non fuerit reuocata, & aduenierẽte die ſtatim bona donatã donatario debebũtur, §. oĩs Inſtit. de verb. oblig. c. ſi ꝑ te de reſcript. lib. 6. cum eis adnotatis. Si verò ſuperuixerint biduo, vel triduo priuſquam tempus præfinitum adueniat, donationem factam reuocent, & iterum poſtea eodẽ modo donent. Poſſem etiam alias cautelas excogitare, ſed quia hę ſufficiunt, alias breuitatis cauſa prętermitto, conſiliũ dãdo Confeſſarijs, vt faciant eas donare inter viuos, & donent quomodo volunt, quia tutæ erunt in conſcientia. Et hęc dicta ſint, ſaluõ ſemper, &c.

CONS.

CONS. X.

DE RELIGIOSO, QVI retinet pecuniam cum licentia ſuperioris.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ob votum paupertatis prohibentur nō ſolum habere, ſed etiam velle habere bona temporalia, etiam quò ad vſum, & poſſeſſionem.*

2 *Religioſi ex Concil. Trid. nec nomine cōuentus poſſidere, aut retinere bona poſſunt, ſed quidquid acquirunt ſuperiori tradere ſtatim debent: & vide propriam intelligentiam in nu. 7.*

3 *Facere quis poteſt per aliū, quod poteſt per ſeipſum.*

3 *Taciti & expreſſi eadem eſt & virtus, & tacitam ſeu præſumptam ſuperioris mētem ſufficere religioſo ad dandam eleemoſinam, & ad aliquid retinendum quò ad vſum.*

5 *Principali conceſſo videtur etiam conceſſum acceſſoriū.*

6 *Commiſſo vno omnia videntur commiſſa ſine quibus expleri illud non valet.*

Reuerendiſſimus Generalis Ordinis Minimorum S Franciſci de Paula fecit facultatem cuidam doctiſſimo Concionatori ſui Ordinis, expenderdi pro ſuo libito, ad vtilitatem tamen Monaſterij in quo degit pecuniam ex eleemoſynis in concionibus habendis acquiſitā; quam pecuniam cū ſoleat

ipſe

ipſe Concionator vtplurimum expendere in emendis libris, multoties illi occurit habere aliquam pecuniæ quantitatem, vt ſupra ſibi elargitam, & non inuenire libros ſuæ ſatisfactionis, in quibus emendis poſſit pecuniam illam expendere, & multoties è cõtrario ĩuenire libros, & nõ habere pecuniam. Et ideo quærit, An ſtante tali licentia, tuta conſcientia poſſit quando habet pecuniam, illam apud ſe retinere, & conſeruare, vt poſſit quãdo prædictos libros inuenit, emere, & Monaſterio applicare?

1 Et pro parte negante facit Primò, quia omnes Religioſi emittunt votũ paupertatis, quo iure diuino vetantur non ſolum habere, ſed etiam velle habere aliqua bona pecuniaria, vel pecunia æſtimabilia, & cõtrariũ facientes frangũt votum paupertatis ſolenne, quod eſt mortale c. vouentibus 17. q. 1. Imò ſi nõ renunciãt illa ante mortem, non debẽt in ſacro loco, ſed in ſterquilinio ſepeliri c. monachi de ſtat. Monach. Quod intelligitur non ſolum quò ad verũ dominium, & veram proprietatem illorum, ſed etiã quò ad vſumfrũctũ, vſum, aut poſſeſſionem, vt probat Nauar. in c. cui portio nu. 12. & in c. non dicatis num. 2. 12. q. 1. At præd. adm. R. Concionator expendendo, & retinendo dictam pecuniã, habet vſum & poſſeſſionem eius: ergò facit contra ius diuinum, quod non ſolum Prælati inferiores, ſed etiam Papa tenetur vſque ad ſanguinẽ ſeruare c. ſunt quidam 25. q. 1.

2 Secundò facit determinatio Concil. Trid. in c. 2. de regular. ſeſſ. 25. vbi ſic ſtatui-

ſtatuitur: *Nemini igitur regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcũque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita tã quam propria, aut etiam nomine conuentus poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, conuentuiq; incorporentur &c.* Quid quęſo clarius deſideratur, cum ex hac deciſione pateat, neque nomine ſuo, neque nomine conuentus Adm. R. Cõſulẽtẽ poſſe retinere di ctã pecuniã, ſed teneri ſtatim eam ſuperiori tradere.

3 Pro parte verò affirmãte facit Primò regula Poteſt quis facere per alium, quod poteſt per ſeipſum de reg. in ſexto, ſed Reuerendiſſimus Generalis prę dicti Ordinis poteſt per ſe ipſum dictam pecuniã retinere, & in emptionem librorum, aliamq; Monaſterij vtilitatem expendere; ergo poteſt per prædictum Adm. R. Concionatorem; argumento cuius regulæ motus Nau. in d. c. non dicatis nu. 23. 12. quęſt. 1. dicit, poſſe Pręlatum, vel capitulum facere facultatem Religioſo vt in vita donet, vel diſponat aliqua in eos vſus, & eo modo, ĩ quos, & quomodo ipſi poſsent, & nõ amplius nec alio modo. Præſuppono .n. Reuerẽdiſſimũ poſſe per ſeipũ hoc facere quia ſi à regula S. Franciſci, vel per aliquam Conſtitutionem Pontificiã hæc facultas illi ꝓhibeatur, alijs dare illã nõ poteſt, cũ nemo dare poſſit ꝙ non habet, c. ꝙ autem de iur. patron. l. ſi vniuersè C. de legat.

4 Secundò facit, quia taciti & expreſſi eadẽ eſt virtus c. 2. de reſcript. l. cum quid ff. de reb. cred. gloſ. l. expreſsè, ff. de reg. iur. & ibi Dec. ſed ex expreſſa li-

cen-

centia ſui Reuerendiſſimi poſſet talem pecuniam retinere, vt modo prædicto expendat, vt ſupra probaui; ergo poteſt etiam ex tacita, ſaltem quò ad Deũ & forum conſcientiæ, quã præſumptam appellat S. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 8. ad primum, quã dicit etiã ſufficere Religioſo ad dandam eleemoſynã; & Nau. in d. c. non dicatis nu. 20. dicit, ſufficere ad retinendum aliquod propriũ quò ad vſum. Vnde ipſe dicit, pridem reſpondiſſe cuidã Monachæ, illam non fuiſſe obligatam reddere Abbatiſſæ quædam munera à quodam viro accepta, quorum accipiendorum licentiam iuſtè & libenter conceſſiſſet Abbatiſſa, ſi eam petijſſet ab ea, arg. l. inter omnes §. recte ff. de furt. quatenus habet non committere furtum eum qui clam capit alienum, quod ſcitum Domino placeret.

5 Tertiò, conceſſo principali videtur cõceſſum etiã acceſſorium, c. quo iure 8. diſt. c. ſi Monachus 16. q. 1. l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. quidam ff. de re iudic. c. cauſa de in integ. reſtit. At prædicto Adm. R. Conſulenti conceſſum eſt, vt iuxta ſuam voluntatem, ad vtilitatem tamen Monaſterij, expendat pecuniam illam, quod principale eſt: ergò videtur etiam conceſſum, vt poſſit interim eandem retinere.

6 Quartò facit, quia vno commiſſo omnia videntur cõmiſſa ſine quibus illud expleri non valet, c. prçterea, & c. prudentiam de offic. & poteſtat. iudic. del. l. ad rem mobilem & l. ad legatum ff. de procurat. l. cui iuriſdictio ff. de iuriſd. omn. Iudic. Sed Adm. R. Conſulens nõ valet explere dictam ſuã cõmiſſionẽ, niſi

niſi prædictã pecuniã retineat, quia ſi ſuo Correctori, & cõuentui illam conſignaret, certiſſimus eſt illã expendandam in alios vſus minus vtiles, & ſuæ voluntati contrarios, nec valeret tantũdẽ recuperare, tempore quo libros inueniret; ergò videtur ei conceſſum vt poſſit illam retinere. Quod firmatur per id ꝙ notabiliter voluit Felin. in c. de teſtib. col. 2. verſ. tertiò declara in fine, de teſtibus, vbi dicit quòd in diſpoſitione hominis commiſſo vno, cenſetur cõmiſſum aliud, ſine quo, licet actus expediri poſſet, tamen melius expeditur cum ipſo l. cuicunque §. ſed & ſi pecuniã ff. de inſt. not. gloſ. in l. 1. §. quę depoſiti ff. depoſiti. citat & ſequitur Philip. Prob. in c. vt animarum de Conſtit. num. 26. in addit. ad Io: Monac. vbi alios citat.

Nec contraria obſtant; Ad Primum enim reſpondeo, quòd & ſi præd. Adm. R. Concionator retineat apud ſe dictam pecuniam, non ideo retinet vſum & poſſeſſionem eius nomine ſuo, ſed nomine ſui Generalis tanquam obedientiarius ad nutum reuocabilis illius Monaſterij in quo degit, quòd licere omnibus notum eſt, & probant c. Monachi, & c. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach.

7 Ad ſecundum reſpondeo, Concilium Tridentinum intelligi locum habere in illis Religioſis, qui nomine Conuentus propria auctoritate vellent retinere, aut retinerent bona per ſe quoquo modo acquiſita, non autem in illis, qui retinent de licentia iuſta ſui ſuperioris, quia alioquin contradiceret d. c. Monachi editum in Cõcilio

cilio Lateranẽſi, & ideó expedit iura iuribus cócordare c.cũexpediat de elect. in 6. l. 1. C. de inoffic. dotib. Neque recedẽdũ eſt à iure antiquo, niſi quatenus cogit nouum l. fin. C. de appellat. & in d. princ. c. 2. Concil. Trident. non continetur ius nouum, ſed tãtum declaratio iuris antiqui, vt dicit Nau. in d. c. non dicatis. nu. 15. & tradidi in 1. 2. meæ Inſtitut. lib. 2. c. 17. q. 3. verſ. imò concurrente nu. 19. vbi de hoc latius. Firmum igitur remanet, poſſe tuta conſcientia prædict. Adm. R. Concionatorem talem pecuniam modo prædicto apud ſe retinere. Ad vitandum tamen ſcandalum doceat Adm. R. Monaſterij Correctoré, & Fratres alios, qui ſciunt ipſum retinere pecuniã, ſe hoc facere ex licentia Reuerendiſſimi Generalis, quam in ſcriptis habet. Saluó ſemper, &c.

CONS. XI.

DE VOVENTE RELIGIONEM, ſi à peccato præſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſum ſi ex culpa mea non ſeruo mihi eſt imputandum.*

2 *Votum emittens vt præſeruetur à peccato, ſi ſe voluntariè præcipitat in peccatũ nulla adhibita diligentia ad ſe abſtinendum quando obli-*

obligetur ad votum, vt in num. 5.

3 *Votorum condicionalium obligatio ceſſat ante conditionis euentum.*

4 *Vouens non obligatur vltra quam ſua verba & intentio ſe extendant.*

N. Sentiens ſe ad quodam peccatũ mortale inclinatum, cupiens ab illo liberari vouit ſe ingreſſurum Religionem ſi deinceps eũ Deus ab illo peccato præſeruet, firmiter propones cum Dei auxilio ſe amplius illud non commiſſurum. Sed poſtea nullã adhibens diligẽtiam vt à tali peccato pręſeruetur, pluries ex culpa ſua, poſt votũ, in illud ĩcidit, vnde aliq̃ cõfeſarij faciũt illi ſcrupulũ dicẽtes teneri ad ĩgreſsũ Religonis, ideo quęrit an hoc ſit verum?

1 In caſu propoſito, prima facie videtur dicendũ Confeſſarios præfatos iure Domino Conſulenti facere ſcrupulum Primo quia mihi eſt imputãdum, ſi per me ſtat quo minus faciam quod promiſi, arg. c. ſicut ex literis de ſponſ. ſed per D. Conſulentem ſtetit quo minus impleretur tale votum; cum facienti quod in ſe eſt, ſecundum vulgatam doctrinam D. Thom. Deus non deneget gratiã; ergò ſibi eſt imputandum, & ex conſequentia obligatur ad votum.

2 Secundò, quia hanc opinionẽ tenuit Ang. in ſumma verſ. votũ primo §. 10. vbi clarè affirmat quòd q̃ vouet aliquid vt Deus eũ pręſeruet ab aliquo peccato, ſi non facit quòd in ſe eſt vt præſeruetur, ſicut feciſſet ſi votum non emiſiſſet, vel ſicut intendebat facere quando votum emiſit, vel ſi voluntariè pręcipitauit in peccatum, tunc

ad votum nihilominus obligatur: ſed in caſu noſtro D. Conſulens non fecit ꝙ in ſe erat: ergò obligatur ad votum. Et hanc eandē opinionem ipſe Angelus putat tenuiſſe Richard. in 4. diſt. 38. art. 3. q. 3. ſed verè Richard. hoc non ità ſimpliciter affirmat vt Angelus refert: ſed vt refert Nau. in Man. c. 12. nu. 42. dicit, non eſſe liberum ab obligatione voti eum qui vouit Deo aliquid cū conditione ſi Deus ipſum ab aliquo peccato præſeruaret, poſtea verò non facit id quod feciſſet (aut deliberabat facere, ad ſe prę-ſeruandum ab illo peccato, quando promiſit) ſi non promiſiſſet: vel ſe in illud peccatum præcipitem dedit, ne ad implendum votum remaneret aſtrictus: & ſic patet, opinionem Richardi eſſe, vt tunc vouens obligetur ad votum quando ideo peccauit, vel non fecit quod feciſſet &c. ne remaneret aſtrictus ad implendum votum. Et hanc opinionem hoc modo limitatam ſequitur Nau. ſupra, & Lopez in 1. par. ſui Inſtruct. c. 44. §. qui vouit aliquid &c. vbi addit idem dicendum eſſe, ſi ideo occaſionem non vitauit, aut in illā ſe cōiecit. Vide etiā Roderiq. in ſumma 2. par. c. 100. nu. 2.

Tangit hunc eundem caſum Sylu. in ver. votum ſecundo q. 2. in ſumma, & diſtinguit, quòd aut ſic vouens intendebat obligari ſolum ſi Deus conferat ei gratiam maiorem ſolito, vt communiter fit, & non tenetur ad votum etiam ſi ſua culpa conditio non extet, quia intendebat quod per Dei gratiam ipſe ab ipſa ſua culpa pręſeruaretur: Aut de ſua intentione neſcit diſcernere, & tunc dicit

cit

cit procedere dictum Angeli ſupra, quem ipſe refert.

3 Quod autem non teneatur ad votum facit Primò quia votorũ cõditionaliũ obligatio ceſſat ante conditionis euentum arg. l. nõ omnis ff. ſi cert. petat. Sed D. Conſulens condicionaliter vouit, nempe intrandi Religionem ſi à Deo ab illo peccato preſeruabitur; ergò conditione non impleta Religionem ingredi non tenetur.

4 Secundò, vouens nõ obligatur ad plura quàm ſua verba & intentio ſe extendant, vt colligitur ex D. Thom. in hoc recepto in 2. 2. q. 189. ar. 3. & 4. quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum l. non omnis ff. de reb. credit. c. fin. de præben. ſed verba & intẽtio D. Conſulentis non extendebãtur ad aliud quàm ad ingreſſum Religionis, ſi eum Deus ab illo peccato præſeruaret; ſed illum nõ præſeruauit; ergò non tenetur intrare.

5 His pro vtraque parte adductis, mihi pro reſolutione caſus propoſiti, quia nõ declaratur qua intẽtione, & quo animo D. Conſulẽs prædictum votum emiſit, videtur eſſe dictinguendũ quòd Aut emiſit tale votũ animo nõ ſe obligandi, niſi Deus in vitando peccato gratiam maiorẽ ſolito cõferret, & talem vt prohiberet eum à mala volũtate peccandi, & tunc non obligabitur ad ingreſſum Religionis, per rationes ſupra poſitas pro parte negatiua, & per citatam doctrinam Syluestri. Aut emiſit tale votum ſimpliciter, nihil cogitando de prædicta ſpeciali gratia, & tunc ſub diſtinguendum eſt, quòd aut incidit in peccatũ præ-

dictum quia in illud ſe præcipitem dedit, occaſionem non vitauit, vel quia in illam ſe coniecit, ne voto remaneret aſtrictus, & tunc tenetur ingredi Religionem, quia per ſe ſtetit quo minus promiſsũ impleret, & ideò ſibi imputandũ eſt arg. d. c. ſicut ex literis; & fraus, & dolus nemini patrocinari debet c. ſedes de reſcript. Et in hoc caſu procedit opinio Richard. Nauar. & Lopez ſupra relata. Aut peccauit ex conſuetudine praua, vel ductus ab odio, ab amore, ab humana fragilitate, vel quid ſimile, & in his caſibus non tenetur ad votum, cum nõ ſit adimpleta cõditio: nec obſtat dicere, per ſe ſtetit, ergò ſibi imputandum eſt, quia dico ſibi imputandũ eſſe quò ad peccatum, non quò ad obligationem voti, quia ex vi voti, ſi nihil aliud cogitauit, ideò videtur vouiſſe q̃a erat inclinatus ad illud peccatũ, & ſic intelligitur promiſiſſe Deo ĩtrare Religionẽ, ſi p̃ ſpecialẽ gratiã à tali inclinatione liberaret, a qua cũ non ſit liberatus, neque peccet ponendo obicem data opera, ne teneretur ad votum, non videtur obligatus: & hæc colligi poſſunt à præcitata doctrina Richar. Nau. & Lopez. Idem dico cõtra Syluestrũ ſi neſcit diſcernere quam intentionem habuit vouẽdo, in quo caſu vtendum eſſet eadem ſubdiſtinctione ſupra facta, & ad hoc mihi fauet dictum Molinę in tract. 2. de iuſt. diſput. 232. nu. 3. quod retuli in meo Memoriali ver. votũ nu. 7. & faciunt ea quæ dixi ſupra in conſ. 7. in prima ratione. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XII.

DE POENIS QVAS incurrit Clericus aſſocians intendentem prouocare inimicum ad pugnam.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicationem incurrit qui prouocationi ad duellum quomodolibet ſe immiſcet.*

2 *Irregularitatem contrahunt qui prouocationi ad duellũ ſe immiſcent, eo quod infamiam incurrant.*

3 *Clerici prouocationi ad duellum ſe immiſcentes incurrunt pœnã priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda.*

4 *Irregularitatem procedentẽ ab infamia ſolus Papa tollere poteſt. Epiſcopus autẽ indirectè facere hoc valet in omnibus caſibus, in quibus diſpenſare poteſt, vt in nu. 6.*

5 *Irregularitas an ex infamia, vel ex delicto procedat, conijciendum eſt ex principio à quo originem ducit.*

7 *Diſpenſatio addità diſpenſationi non valet, niſi in ſecunda de prima diſpenſatione mentio fiat: ſed de ueritate vide in nu. 11.*

8 *Delictum pluries remittendum non eſt, & ſi remittatur in ſecunda remiſſione facienda eſt mentio de prima, alioquin non valet. Intellige de delicto eiuſ-*

dem generis vt in nn. 12.

9 *Diſpenſatio non valet quãdo ĩ ſupplicatione tacetur id quod redderet Pontificem difficiliorem ad diſpenſandũ, ſi explicaretur, ſi tamẽ de illis eſt, quæ iura iubent eſſe exprimenda, vt in nu.* 10. & 13.

10 *Diſpenſatio vt valida ſit ſufficit in eius impetratione exprimere illa, quę iura iubent exprimi, non autẽ alia etiã ſi difficiliorẽ redderent Papam ad diſpenſandum.*

CLericus in minorib' cõſtitutus, armatus armis offẽſiuis, ſimul cũ alijs ſcholaribus eodẽ modo armatis aſſociauit quendã, qui intẽdebat prouocare inimicũ ſuum ad ſingularem pugnã, eo animo vt defenderet, & auxilium prębęret prouocanti, ſi & quatenus opus eſſet, alioquin tãtum ei aſſiſteret; ſed ꝓuocatus aduertens prouocantẽ ita aſſociatum incedere, pugnare renuit, & ſic pugna effectum non habuit: vnde multa prædicto Clerico occurunt dubia. & Primò an ideo inciderit in cenſuram extrauag. Clem. Pap. viij. contra duellantes. Secũdò an ſit effectus irregularis. Tertiò, poſito ꝙ ſit irregularis, à quo poſſit diſpẽſatonẽ obtinere. Quartò an in diſpẽſatione petẽda teneatur manifeſtare aliàs ei fuiſſe diſpenſatum ſuper irregularitate ex homicidio voluntario proueniente.

Singulis dubijs à Domino Conſulente propoſitis breuiter reſpondebo, ea tamen quæ pro eorum vera reſolutione neceſſaria ſunt, non prætermittens.

1 Et ad primum dico, nulli dubium eſſe incidiſſe in cenſuram Papę reſeruatã, & in prędicta extrauagãti con-

contentamq; in ea enim cauetur ſubiacere cẽſuris & pœnis Eccleſiaſticis Bullæ Pij iv. & Greg. xiij. & Decreti Concilij Tridenti, & iterum excõmunicari per præfatam extrauagantem Clementis, non ſolum ad ſingularem pugnam prouocãtes, ſed eos etiam qui auxilium conſilium, operam, vel fauorem præſtiterint, aut quomodolibet tali prouocationi, aut alijs de q̃bus ibi, ſe immiſcuerint, etiam ſi neque pugna aliqua, neque certamen, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus; neque expreſſa & aperta prouocatio ſubſecuta fuerit, ſi per ſe non ſteterit quo minus fieret, vt patet in verſ. Quiue alijs ad ſingulare certamẽ &c. Sed præfatus Clericus prędictæ prouocationi ſe immiſcuit aſſociando prouocantem, ac operam & fauorem ei præſtando, nec per ſe ſtetit quo minus pugna ſequeretur; ergò in cenſuram incidit.

Ad ſecundum videtur dicendum in nullam incidiſſe irregularitatem, quia nemo fit irregularis, niſi in caſibus à iure expreſſis, c. is qui de ſent. excom. in ſexto; ſed nullibi in iure, neque etiam in hoc nouiſſimo huius extrauagãtis cauetur, vt aſſocians, vel fauorem præſtans, aut auxilium illi, qui intendit aliũ prouocare ad pugnam quando pugna cum occiſione, vel mutilatione non ſequitur; ergo non eſt irregularis.

2 Hoc tamen non obſtante, ego certiſſimũ eſſe cenſeo D. Conſulentem inciſſe in irregularitatẽ, ex eo quòd in Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reformat. ſtatuitur, vt qui pugnã in duello commiſerit, & qui

corũ Patrini vocantur excõmunicationis, & omniũ bonorũ ſuorũ pręſcriptionis, ac ꝑpetuę infamię pęnã incurrant. Et aduerte ꝙ ad eam incurrendã non requiritur ſententia Iudicis, quia infamia canonica etiam ante ſententiam oritur, vt ait Tolet. lib. 1. de inſtruct. ſacerd. c. 56. verſ. At infamia canonica &c. Quæ poena fuit à Clemente in pręfata ſua cõſtitutione extenſa etiam ad prouocãtes ad pugnam, & ad eos qui tali prouocationi, etiã non ſecuto effectu, ſe immiſcuerint, quibuſcunque mundanis & Eccleſiaſticis dignitatibus excellant; ſed qui pœnam infamię incurrunt efficiũtur irregulares iuxta c. infamibus, & ibi gloſa de reg. iur. in ſexto, & c. 2. & ibi gloſ. fin. de ordin. cogn. & c. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. quod etiã tradit Nau. in Man. c. 27. num. 204. ergo prædictus clericus, q prędictis ſe immiſcuit factus eſt infamis infamia iuris, & ex conſequentia irregularis, & ſic reſolutum remanet contrarium argumentum.

3 Idem videtur dicendum ex Bulla Pij iv. in qua, vt refertur in d. extrau. Clementis, non ſolum excõmunicantur cum reſeruatione perſonę eccleſiaſticę, ſingularia certamina, aut diffidationes faciẽtes, ac ad id iuuantes, prouocantes, auxilium, vel fauorẽ dantes, illiſque aſtãtes, & intereſſentes, cartas ſcribentes, aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes, ſed etiam voluit eas ſubire, & incurrere pœnas priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterũ obtinenda, à quibus

bus non niſi à Romano Pō tifice abſolui poſſunt, vt ibi cauetur, quarum pœnarum incurſus eſt maioris efficaciæ ipſa irregularitate, & qui eas incurrūt, cum priuentur executione officiorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitentur ad illa (qui effectus eſt proprius irregularitatis) videntur effici irregulares. At ſi veritas inſpiciatur, incurrentes præfatas pœnas irregulares non efficiūtur, quia irregularitas (vt definitur à Nau. in Man. c. 27. nu. 191. poſt alios quos citat) eſt impedimētū canonicū directè impediens ordinationē & vſum ordinum Eccleſiaſticorū, quatenus sūt ordines. Sed præfatæ pœnę non impediunt vſum, & acceptionē ordinum quatenus ſunt ordines, ſaltem directè, ſed quatenus ſunt officia Eccleſiaſtica; ergò propriè irregularitatem non inducunt. A pœnis tamen prędictis eſt etiam petenda remiſſio ad hoc vt D. Conſulens poſſit promoueri tā ad ordines quàm ad beneficia, & ad alias Eccleſiaſticas dignitates.

4 Ad tertium videtur reſpondendū hanc eſſe à Papa obtinendam, quia cum ſit irregularitas, quę oritur ex infamia iuris, in ea ſolus Papa diſpenſat iuxta Villad. de irreg. col. 5. quē citat & ſequitur Nau. in d. c. 27. nu. 202. & ante eos Innoc. Panor. & Hoſtienſ. in c. cum te de ſent. & re iud. Gemin. & Prępoſ. 2. q. 3. c. Euphemiā, quos citat & ſequit̄ Card. Tolet. lib. 1. de inſtruct. ſacerd. c. 56. verſ. De quo dico ſecūdo & dixi in 3. p. lib. 7. c. 3. num. 20. Nec Epiſcopus vigore Concil. Triden. in c. liceat ſeſſ. 25. Vbi conceditur ei facultas

diſpen-

diſpenſandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, poteſt diſpenſare in irregularitate, quæ oritur ex infamia, etiam ſi ocultum ſit delictum, ex quo infamia ipſa oritur, quia talis
5 irregularitas nõ ex delicto immediatè, ſe ex infamia naſcitur, quę defectus quidem & non delictum eſt. Et ad dijudicandum an irregularitas ex delicto ſit, vel ex defectu, cõſiderãdũ eſt principiũ vnde immediatè procedit, vt docet Tolet. lib. 1. de inſtruct. ſacerd. c. 56. in fine.
6 Verum cum Epiſcopus principaliter famam reſtituere non poſſit, vt tenet Panor. in c. At ſi clerici §. de adulterijs nu. 15. de Iudic. & in c. cũ te de ſent. & re iud. nu. 15. & poſt eũ Deci. in d. §. de adulterijs nu. 143. & ibi Aretin. & communiter moderni, hoc tamen in cõſequentia, ſeu indirectè facere poteſt in omnibus caſibus ſuper quibus poteſt diſpẽſare, veluti dixi in d. c. 3. nu. 21. quia alioquin facultas diſpenſandi nihil operetur, niſi infamia eſſet remota, vt ꝓbat Deci. loco ſupra citato, & affirmat Tolet. ĩ d. c. 56. verſ. Dico quarto. Vnde dicunt, poſſe Epiſcopũ indirectè tollere infamiã iuris, quę ex adulterio conſequitur, cũ poſſit in adulterio diſpẽſare; & idem dixi vbi ſuprá in infamia ꝓcedente à delicto occulto, & à quocumquè crimine adulterio minore. Et quia poteſt Epiſcopus diſpenſare cum Clerico pugnante in duello, ſi homicidium vel mutilatio inde non fuerit ſubſecuta c. 1. de cler. pugn. in duell. poteſt etiam infamiam iuris ex ipſo duello cõſequentẽ tollere, & ex conſequẽtiã & ipſa irregularitas erit

ſub-

ſublata. Vnde D. Conſulens pro petenda dicta diſpenſatione non tenetur ad Papam, ſed ad ſuum Epiſcopum recurrere.

7 Ad quartum & vltimũ quòd quęritur prima facie affirmatiuè reſpondendũ eſſe videtur Primò ex c. ſecundo de filijs Presbyt. in ſexto, vbi diſpenſatio addita diſpenſationi non valet, niſi in ſecunda diſpenſatione de prima mentio fiat, & ad hoc allegatur ille textus, vt notat ibi gloſſa: ſed in hoc caſu additur diſpenſatio diſpenſationi; ergò vt ſecunda valida ſit, in ea mentio de prima facienda eſt.

8 Secundò probatur ex l. 3. C. de Epiſcop. aud. vbi ſtatuitur ne crimẽ pluries quam ſemel remittatur, & ſic videtur tacitè exprimere, vt in impetratione ſecũdæ remiſſionis prima exprimatur, vt aduertit Nau. in Comẽt. de datis & pm. not. 32. n. 48. verſ. Nõ obſtat reſolutio. Vnde communiter recipitur dictum Guliel. de Cuneo relatũ à Bald. in d. l. 3. & ex ea deſumptum, nempe, remiſſionem ſecundæ pœnę homicidij non valere, niſi facta mentione de remiſſione alterius pręhabitę: ſic in caſu noſtro non facta mẽtione de prima diſpenſatione, ſecunda non valeret.

9 Tertiò, tacere in petitione diſpẽſationis illud, quo expreſſo Papa difficilius diſpenſaſſet, diſpenſatio impetrata non valet, arg. c. poſtulaſti de reſcript. ſed ſi in caſu iſto exprimeretur Conſulentem alias diſpenſationem impetraſſe, Papa vel Epiſcopus difficilius diſpenſaret, quia ex primo & ſecundo delicto cõijceretur Conſulentem eſſe hominem malæ vitæ;

ergò

ergò non exprimendo diſpenſatio non valeret.

10 His tamen non obſtantibus dico, in diſpẽſatione ab hac irregularitate petẽda neceſſariũ non eſſe manifeſtare aliàs ſuper irregularitate ex homicidio voluntario prouenienre ei diſpenſatum fuiſſe: ratio eſt, quia in impetratione diſpenſationis neceſſariò non eſt mentio faciẽda niſi de illis tantum, quę iura iubent exprimi, etiam ſi talia ſint, quibus expreſſis difficilius Papa diſpenſaret: ita expreſsè tenet Felin. receptus in c. poſtulaſti col. 3. verſ. Declara etiã notabiliter. de reſcript. Sed nullum ius iubet vt in impetratione vnius diſpenſationis vel gratię, mentio fiat de alia ex differenti capite pręhabita; cum enim diſpenſatio ſecunda circa idem non ſit, prioris mentio ad illam obtinendam neceſſariò facienda nõ eſt, & ita gratia facta de pœna adulterij, mentionẽ de gratia pœnę periurij nõ requirit, vt Nauar. ait in conſ. 12. de priuil. ex quibus ipſe ibi dixit validam eſſe diſpenſationem illius Subdiaconi occulti, qui eo quòd eſſet male ordinatus impetrauit à Papa diſpenſationem, vt vxorẽ ducere poſſit, deinde nulla de huiuſmodi dipenſatione mẽtione facta, vt affinem ducere poſſet ſecundo impetrauit, quia cum hę diſpenſationes res ſeparatę ſint, vna alteram non auget. ideo alterius ad alteram mentio nullo iure requiri videtur: Sic & in caſu noſtro cum 8 diſpenſatio ſuper irregularitate ex homicidio voluntario prouenienre res ſeparata ſit à diſpenſatione irregularitatis prouiniẽtis ex infamia, in impetratione ſecundę diſpenſatonis

neceſ-

neceſsarium nõ eſt de prima præhabita mentionem facere. Multas alias rationes vide apud Nauar. in conſ. 1. de Conſtitut. nu. 49. cum ſeq. lib. 1. in antiquis.

11 Et ad primum contrarium reſpondeo in d. c. 2. de fili. Presbyt. non haberi id ad quod textus ille citari ſolet, nempe diſpenſationem additam diſpenſationi nõ valere, niſi in ſecunda de prima mentio fiat, hoc enim ex textu illo commodè deduci non poteſt, niſi largo modo, & per contingentiam actus, cum ibi habeatur, ꝙ ſi ille, quocum diſpenſatum fuit, vt non obſtante illegitimitate poſſit beneficium etiam ſi curam animarum habeat obtinere, aliam poſtmodum diſpenſationẽ obtineat, vt plura beneficia ſimilem curam habentia poſſit recipere, prædicto defectu tacito, diſpenſatio nullius ſit momenti, quia non eſt veriſimile cum tali defectu ei voluiſſe ſedem Apoſtolicam ad pluralitatem beneficiorũ diſpenſare. Ex quibus deducendum eſt, ſecundam diſpenſationem nullam eſſe, non quia in ea de prima diſpẽſatione mentio facta non fuit, ſed quia defectus natalium tacitus fuit: nec immerito hoc factum eſt, quia cum in illa prima gratia non omnino natalibus reſtitutus fuerit, ſed tantũ ei diſpenſatum ſit vt poſſit beneficium obtinere etiã ſi curam animarum haberet, per talem diſpenſationem etiam illegitimus remanſit, ideò ſi aliud beneficium obtinere vult, de eadẽ illegitimitate diſpẽſationem petere tenetur, & licet mentio de prima diſpenſatione facienda ſit, hoc tamen non per ſe, ſed

per

per accidens eſt propter actus cõtingentiam, quare nihil textus ille contra nos facit; & hæc eſt vera & germana ad tex. illũ reſpõſio, licet illi alio modo reſpondeat Nauar. in d. conſ. 12. & in conſ. 4. & 5. de conſang. & affinit.

12 Ad ſecũdum reſpondeo, textum in d. l. 3. procedere in impetratione remiſſionis delicti eiuſdem generis, nempè vt in impetratione ſecundę remiſſionis homicidij, vel furti &c. fiat mentio de prima pręhabita, vt ibi Gulie. & Bald. dicunt, non autem in ſeparatis, in quibus vnũ non auget aliud.

13 Ad tertium reſpondeo procedere in illis quæ iura iubent exprimi ſecũdũ Felin. in d. c. poſtulaſti ſupra citato. Saluo ſemper, &c.

CONS. XIII.

AN VOTVM FACTVM impubertatis tempore poſſit à Patre irritari, ſi dubitatur filium illud, tranſacta tali ætate, confirmaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Vota in quacunque ętate emitti poſſunt, ſi vouens iudicio ſufficienti polleat, excepto vno ſolemni religionis, ad quod requiritur ætas 16. annorum, & probatio per annum.*

2 *Vota impuberum à Parentibus*

tibus & tutoribus irritari poſſunt.

Vota emiſſa ob timorem mortis obligant, niſi timor inferatur ad extorquendum votum; vel niſi vouentem à rationis vſu alienet.

3 *Caſtitatem qui vouit, & dubitat an ad omnimodam caſtitatem ſeruandam, vel tantum ad coniugalem ſe obligauerit, ad ſolã coniugalem obligatur.*

Vouentis cõditio potior eſſe debet cũ ſuam poſſideat libertatẽ. Declara vt in nu. 9.

4 *Vouens preſumitur ſe minus quam poſſit grauare velle.*

5 *Vota ſerui facti liberi Dominus irritare nõ poteſt. Vide rationem in nu. 7.*

6 *Vota impuberum irritari à parentibus, & tutoribus poſſunt etiam poſt pubertatem, niſi poſt illam fuerint confirmata cum ſcientia poteſtatis Patris, vel tutoris.*

8 *Vota impuberum parentes irritare poſſunt etiamſi emiſſa ſint cum conditione implẽdi illa poſt pubertatem, aut mortem Parentum.*

9 *Religioſi, & impuberes in materia votorum æquiparantur.*

10 *Votum inualidũ confirmans credens illud valere per confirmationem hanc votum non reddit validum.*

CVm N. impubes vano & puerili timore in lecto oppreſſus caſtitatis votũ emiſerit, & memoria non retineat, an de omnimoda caſtitate ſeruanda, an tantum de caſtitate coniugali; nec ſimiliter memoria retineat, an facto mane eiuſdem, vel alterius diei idem votum confirmauerit, ſed dubitet confirmaſſe, neſcit tamen an confirmauerit finita pupillari ætate, paulò poſt ad confeſſionem accedens interrogatus à confeſſario an caſtitatis

votum haberet, affirmatiuè reſpondit, cui confeſſarius dixit non potuiſſe in tali ætate abſque Patris cõſenſu votum emittere: Sed circa 25. ætatis ſuæ annũ, generalem ſuorum peccatorum confeſſionem alteri confeſſario fecit, qui cognita voti obligatione, caſum Patri vouentis manifeſtare voluit, quo facto vouenti dixit à voto liberum remanere, ſed quia vouens dubitat etiam poſt hoc, factum votum iterum confirmaſſe, vel indignatione, vel forſitã bono zelo motus (eſt enim conſcientię ſcrupuloſę) credit tamen caſu quo confirmauerit ſuppoſuiſſe confirmare cum conditione, ſi tali voto obligaretur, quia quantum in ſe erat voluiſſet non obligari; Ideo quęrit, an his ſic ſtantibus votum ſeruare teneatur?

Vt clarior pateat reſolutio propoſiti caſus, multa diſcutienda ſunt. Et Primò, an votum caſtitatis emiſſum à D. Conſulente impubere noctis tempore, vano & puerili timore in lecto oppreſſo, ipſum obliget?

Secundò, quid facere debeat cum memoria nõ retineat, an vouerit generaliter de omnimoda caſtitate ſeruanda, an verò tantũ de ſeruanda caſtitate coniugali?

Tertò, an fuerit ei bene reſponſum à confeſſario quodam, qui ei dixit, in tali ætate non potuiſſe abſq; patris conſenſu vouere?

Quartò, an tutus, & liber à tali voto remaneat D. Conſulens, cum fuerit votum ab alio confeſſario Patri ipſius D. Conſulentis manifeſtatum circa 25. annum ætatis ſuæ, & hoc peracto certũ eũ confeſſarius ille reddidit à voto libe-

liberum deinceps remanere?

Quintò an tali voto obligetur cum dubitet, an etiam poſt Patris irritationem iterum confirmauerit?

1 Quò ad Primum reſpõdeo, neque ætatem, neque timorem prædictum excuſare D. Conſulenté ab obſeruatione voti.

Non excuſat ætas, quia omnes qui tali iudicio pollét vt poſſint iã meritũ acquirere & peccare, quamuis ætate ſufficienti ad cõtrahendum matrimonium careant, poſſunt nihilominus quæcunquæ vota, ſiue realia, ſiue perſonalia emittere (excepto voto ſolemni Religionis, quo ſe non poſſunt aſtringere, etiam cum cõſenſu Parentũ, vel Tutoris, niſi 16. annũ expleuerint, & per integrũ annũ in probatione ſteterint, vt decretum eſt in Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. & illis obligantur iuxta ſingularẽ & ab omnibus receptam gloſam c. mulier 32. queſt. 2. & doctrinam Panorm. in c. 2. de voto.

2 Sunt tamen impuberũ vota talis conditionis vt ab eorum Parentibus, & Tutoribus irritari poſſint, iuxta c. puella 20. q. 2. & d. c. mulier 32. q. 2. Neque etiam ille timor excuſat, quia nullus timor etiam mortis violentæ, ſi nõ inferatur ad extorquẽdũ votũ, à voto excuſat c. Gõſaldus 17. q. 2. c. ſicut nobis de Regul. niſi tantus ſit vt vouẽtem a rationis vſu alienet, c. ſicut tenor de regul.

3 Quoad ſecundum (prętermiſſa Patris irritatione, de qua infra) Reſpondeo D. Conſulentem non teneri niſi ad coniugalem caſtitatem ſeruandam. Primò quia dubitat an de

omnimoda caſtitate ſeruã da vouerit, & in dubijs in materia votorũ, qa agitur de amiſſione poſſeſſionis libertatis vouentis, potior eſt poſſidentis conditio, & ita tenet Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 2. Bartholom. Medina lib. 1. ſui inſtruct. c. 14. §. 7. Graff. in prima par. ſuarum deciſ. lib. 2. c. 31. nu. 3. Quorum doctrina cõfirmari poteſt ex l. quoties ff. de reg. iur. vbi ex Vlpiano habetur ſic, *Quoties dubia interprætatio libertatis eſt ſecundum libertatem reſpondendum erit.*

4 Secundò quia in dubijs vouens præſumitur velle grauare ſe minus quã poſſit, & ideo S. Pontifex in c. ex parte de cẽſib. ſtatuit ne illi qui vouerãt dare Eccleſiæ quoſdam ſextarios frumenti cogantur ad maiores ſoluere, ſi in illo loco diuerſi ſextarij maiores & minores reperiãtur, & non conſtat de quibus vouerint; ſic in caſu noſtro, non eſt cogendus D. Conſulens vt omnimodã caſtitatem ſeruet, dum dubius eſt, & ei non conſtat de qua vouerit, ſed ſat ei erit ſi coniugalem caſtitatem ſeruet.

Ad tertium dico, reſpõſum illud longe à veritate fuiſſe alienum, (pace talis confeſſarij ſit dictum) cum certiſſimum ſit, ac omnibus in hac ſcientia mediocriter doctis notum, poſſe filiosfamilias impuberes tàm votum ſimplex caſtitatis, quàm quælibet alia vota, excepto ſolenni Religionis emittere, licet ea poſſint Parentes & Tutores irritare, vt ſupra dixi.

Ad quartum reſpondeo me deſiderare vt ſecundus ille cõfeſſarius expreſſiſſet D. Conſulẽti cauſam quare à voto liber remanebat, quod cum factum non ſit,

nec propter abſentiam interrogari poteſt, probabiliter præſumẽdum eſt fuiſſe propter Patris irritationem, quam ipſe procurauit; Quo enim alio fine votum Patri manifeſtare voluiſſet, niſi vt illud Pater irritaret? Et quare prius quam cum Patre ſermonẽ haberet, non dixit illi, à voto eſſe liberum, niſi quia cognouerat obligatũ? ſed cum hoc fecerit habito ſermone cum Patre, probabiliter, & tuta conſcientia credi poteſt ꝓcuraſſe prius Patris irritationem, arg. c. afferte de præſumpt. Sed hoc intellige in caſu quo confeſſarius ille reputabatur in Ciuitate doctus, & timoratæ conſcientiæ; & talis reputandus erit, ſi de contrario nõ conſtet; quia vnuſquiſq; præſumitur bonus, & idoneus, niſi probetur contrarium, c. dandum de præſumpt. c. viri. de ſcrut. in ord. faciend. gloſ. in c. bonæ memoriæ de elect. in ver. per rerum naturam.

5 Sed dicet aliquis Patrẽ votum prædictum irritare non potuiſſe Primò quia illa poteſtas irritandi limitata eſt vſque ad tempus pubertatis, facto enim filio pubere, non amplius talem poteſtatem Parẽtes, & Tutores habent; & ita videtur tenere Soto, lib. 7. de iuſt. q. 3. art. 2. in fine, & hoc probat à ſimili de ſeruo qui in ſeruitute votũ emiſit, ſi poſtea manumiſſus ſit, ad Dominum, vt illud irritet, recurrere nõ poteſt, & ſi recurreret, & de facto votũ irritaretur, nulla eſſet talis irritatio: Idem etiam affirmat Petrus de Arag. in 2.2. D. Th. q. 189. art. 5.

Secundò quia filius nõ meminit an confirmauerit anno 14. finito, quo expletur

tur tempus impubertatis in maſculo, vnde dubius circa hoc remanet, & in dubijs tutior via eligenda eſt, c. iuuenis de ſponſ. c. ad audiẽtiam de homicid. & ideo vt tutior via eligatur, Pater circa tale votum ſe intromittere non debet, etſi ſe intromiſerit, filius tali irritatione vti non debet.

6 His tamen non obſtantibus tutiſſimè teneri poteſt Patrem potuiſſe in prędicta ętate, & ſic impubertate expleta, votum irritare, iuxta egregiam Caietani ſententiam in 2. 2. D. Thom. q. 189. art. 5. receptam à Nau. in Man. c. 12. n. 71. & à Fratre Ludouico Lopez in ſuo inſtruct. lib. 1. c. 48. §. ſed oppoſitum; dicente opinionem hanc eſſe communem, & ſine ſcrupulo teneri poſſe. Caietani ratio eſt; quia ex quo natura talis voti habet conditionem illã implicitam, vt poſſit à Patre irritari, quãuis perſona quæ vouit mutata ſit, ſi votum non fuit poſtea alteratũ, ideſt in ætate legitima confirmatum, remanet in natura, & qualitate ſua, & conſequenter cum ſine præiudicio Paternę poteſtatis à principio fuerit, donec iterum approbetur, ſic ſemper perſeuerat. Nec dicitur approbatum & confirmatum, vt à Patre irritari non poſſit, ſi filius factus pubes, quia putauit non poſſe à Patre irritari, iterum conſenſit, vt ijdem citati doctores affirmant. Vnde non eſt verum, adueniente pubertate nõ amplius Patrem in votis filiorum, in impubertate emiſſis, poteſtatem habere.

7 Nec obſtat ratio à ſimili de ſeruo manumiſſo, quã Soto in contrarium adducit, quia alia ratione irritatur

tatur

itatur votũ ſerui, & alia votum impuberis; votũ enim ſerui, ſecundũ oẽs, vt teſtat Nau. in d. c. 12. nu. 64. in fine, irritatur à Domino quatenus eſt eius Dominij impeditiuum, & ideo omnia vouere poteſt, quę Domino pręiudicium non afferunt, vt dicit Sylu. ver. votum quarto q. 2. dicto 5. quæ ratio cum etiam in votis, quæ præiudicium afferunt ceſſet, ceſſante ſeruitute, ideo ſeruus manumiſſus ad præteritum Dominum recurrere nõ poteſt, vt votum irritet. Sed vota impuberum irritantur à Parentibus, quia vt ait Sylu. ſupra impubes ita ſubijcitur parentibus, vt non habeat voluntatem, ſed voluntas parentum ſit voluntas pueri.

8 Et ideò ipſe Sylu. dicit, vota impuberum à Parentibus irritari poſſe, etiam ſi cum conditione fiant, vt expleta poteſtate impleãtur, puta ſi voueant Religionem ingredi mortuo Patre, aut pubertate adueniente; & idem de voto Religioſi affirmat, quia in materia voti impuberi æquiparãtur, quod in aliorum ſubditorum votis nõ procedit; ſi enim alij taliter vouerint, eorum vota ſic emiſſa, ab eorum ſuperioribus irritari non poſſunt, & rationem aſſignat, nempè quia, talibus votis, finita poteſtate explendis, ſuperioribus præiudicium non affertur; vnde è contrario velle videtur, vota impuberum, & Religioſorũ præiudiciũ Parentibus, & ſuperioribus afferre, etiã cum cõditione facta, vt finita poteſtate impleantur, quod cum in ſeruis manumiſſis nõ procedat, neque etiam contrarium Soti argumentum à ſimili procedere debet.

9 Neque etiam obſtat ſecundum argumentum ſupra à me in contrarium adductũ, quia regula illa locũ habere debet quando non agitur de amiſſione poſſeſſionis alicuius rei, tunc enim in dubijs tutior via eligenda eſt; at quãdo agitur de amiſſione poſſeſſionis, quia in dubijs potior eſt conditio poſſidentis, iuxta l. in pari cauſa ff. de reg. iur. & gloſ. in c. afferte in ver. hæc eſt enim mater eius de præſumpt. non eſt propter illud dubium filij, Pater expoliandus iure quod habet irritandi filiorum vota in ætate pupillari emiſſa, & ex conſequentia, tutè filius tali irritatione vti poteſt, imò in tali caſu Patri præcipienti vt vxorem ducat, obedire tenetur, (ſi iterum vouere, vel voluntariam caſtitatẽ ſeruare non vult) & votum in illa ætate emiſſum non ſeruare argumento c. qui putatur 23. q. 1.

Ad quintum reſpondeo ex dictis reſolutionem in fauorem D. Conſulentis patere, ſed vt omnis ſcrupulus remoueatur dico, propter hanc dubietatem ad votum ſeruandum minimè teneri.

Primò quia D. Conſulens eſt conſcientię ſcrupuloſę, vt in facto aſſeritur, & ſcrupuloſorum proprietas eſt trepidare timore vbi timor non adeſt, & experientia teſte credere vouiſſe vbi nunquam vouerũt. Secundò quia vt ſupra dixi in dubijs melior eſt cõditio poſſidentis, & qui dubitat feciſſe, vel non feciſſe, confirmaſſe, vel nõ cõfirmaſſe votum, dum dubius eſt ſuam libertatem poſſidet, ergò in fauorem ipſius iudicandum eſt, & credere non confirmaſſe: & tanto magis hoc dici po

teſt, ſi ſic dubitanti conſcientiã ſcrupuloſã addas.

10 Tertiò quia, vt etiã in facto aſſeritur, quoties votũ adimplere cogitauit, aut confirmauit, ſuppoſuit, ſi validum erat; ignorabat enim filiorum vota in impubertate emiſſa, eam naturam implicitam habere, vt à Parentibus, vel Tutoribus irritari poſſent, & quantum in ſe erat voluiſſet Patrem potuiſſe irritare, vt ipſe à tali voto liber remaneret: & vt quis votum ſuum ratificaſſe cenſeatur, non ſat eſt credere voto obligari, & ideo proponere velle illud adimplere, & etiam confirmare, ſed oportet vt ſciat illius nullitatem, & velit illud denuò validare, quia errans non conſentit l. ſi quis per errorem ff. de iuriſd. om. iud. quin potius neceſſarium eſt, vt ita ratum habeat, vt velit quod votum antea factum ipſa ratificatione ſit validum, etiam ſi prius non valuiſſet, vt notabiliter animaduertit Nauar. poſt Caietanum in locis ſupra citatis, quę cum non concurrant in caſu D. Conſulentis, ſequitur illum tali voto non obligari: & ideo tuta conſcientia vxorem ducere poteſt. Saluo ſemper, &c.

CONS. XIIII.

DE NON MANIFESTANDIS ſcripturis priuatis Iudici interroganti etiam medio iuramento.

SVMMARIVM.

1 *EDere propria ſcripta reus non tenetur, ſed actor apud ſemetipſum probationes quærat.*

2 *Edere libros ſuarum rationũ ſoli vſurarij & ob cauſam vſurarum obligantur.*

3 *Edere non tenetur, qui libros rationum conficere non obligatur.*

4 *Edere quis non tenetur occultas ſcripturas, ſi edendo illas fama eius lædatur: etiamſi ſub pœna excõmunicationis ad hoc cogatur.*

5 *Mercatores quamuis ex cõſuetudine libros conficere teneãtur, eſt tamen hoc intelligẽdum de libris publicis, non autem de priuatis, quos ob propriam inſtructionem conficere ſolent.*

6 *Edere qui ſcripturam cogi nõ poteſt, nec cogi poteſt ad teſtificandum de illa.*

7 *Equiuocatione vti, & ſecundum propriam mentem iurare poteſt contra mentẽ Iudicis ille, qui iniuſtè etiã medio iuramento interrogatur.*

VErtitur in dubium, an teneatur reus edere actori priuatos libros rationis, & priuatas litteras cõcernentes negocium ſocietatis iam ſeparatæ, cõfectos, &

& ſcriptas reſpectiuè poſt dictam ſeparationem, ad dignoſcendum an ſocietas cum grauamine actoris ſeparata ſit? & vtrum reus prædictos libros & litteras manifeſtare teneatur, ſi a Iudice medio iuramento interrogetur an pœnes ſe haberet, maxime cum litterę contineant alia occulta negocia, & concernentia famam rei, nullumque ex eis leuamen actor perciperet poſſit?

1 Quia tempus intra quod à Domino Conſulente cogor reſpondere breuiſſimũ eſt, aliqua prius in contrarium adducere omitto, & ad caſus reſolutionem deueniens, dico nullatenus Reum prædictos priuatos libros, & litteras edere debere.

Primò per tex. in c. i. de probat. vbi expreſſe habetur quod reus non tenetur ſua propria ſcripta edere, ſed actor apud ſemetipsũ documenta reperire tenetur, & in medium proferre; Idemque habetur in l. qui accuſare C. de edend.

2 Secundò per tex. in Clement. ex graui §. ceterum de vſur. vbi ſoli fœneratores, & tantũ ex cauſa vſurarum libros rationum ſuarum edere tenentur, & cũ hoc ſit ſpeciale in vſurarijs; ergò in contrarium videtur ius commune in alijs vt poſt Bald. dicit Deci. in l. 1. C. de edend. num. 18.

3 Tertiò quia non tenebatur Reus retinere prędictas litteras, nec priuatos libros rationũ conficere, imò nec publicos, quia ad id ſolum tenentur Tutores, Curatores, Procuratores Mandatarij, ſocij & ſimiles, vt in l. quædam ff. de edend. & notat gloſa in d. §. ceterũ & latè Panorm. in c. 1. de probat. num. 7.

cum

cūm ſequentib. Si non tenebatur conficere, ergò nec edere, argumento eorum quæ dicit Panor. in d. c. 1. nu. 8. de probat. Nec in caſu noſtro valet dicere quod ad hoc tenebatur ratione ſocietatis, quia petuntur libri rationum confecti in tempore quo ſocietas erat iam diſſoluta, & quando D. Conſulens proprium negotium agebat; quāuis alter Socius fuiſſet in diuiſione grauatus, etiā vltra dimidiam, quia diuiſio ſociatatis fuit celebrata per viam emptionis partis alterius ſocij, & ideo valida eſt licet reſcindi poſſit ratione grauaminis iuxta l. 2. C. de reſcin. vend. ſi valida eſt emptio, ergò interim dum nō reſcinditur, emptor vtitur re empta tāquam propria, in qua quis quis eſt moderator & arbiter l. in re mādata C. mandat. & hoc non obſtāte D. Conſulens publicos libros confecit, & iam edidit, quamuis non teneretur. Si ergò publicos libros conficere, & edere non tenebatur, quanto minus tenebitur priuatos & priuatas litteras, ad quòd nunc cogitur.

4 Quartò, quia cum ex dictis litteris nulla actoris releuatio reſultet, & è cōtrariò maximum rei præiudicium circa alias materias altioris ordinis, cum in eis contineantur aliqua occulta, & famā eius concernentia, ideo non tenetur ſe propalare, quia hoc eſſet cōtra ius naturæ, quo vetamur tàm noſtra, quā aliorum occulta prodere, c. quis aliquando §. non tibi dico vt te prodas de pœnit. diſt. 1. quamuis actor releuaretur; & adeo eſt verum vt etiam ſi ſub pœna excommunicationis cogeretur ad manifeſtandum,

non

non teneretur, ꝑ ea quę do cet Nau. in Mā. c. 17. n. 100. poſt Caiet. tomo primo Opuſc. tract. 31. reſpon. 14. & eſt communis omnium Doctorum, & nouiſſimè Cardin. Tolet. lib. 1. Inſtruct. Sacerd. c. 8. verſ. quinto ex pręcedenti doctrina &c.

5 Quintò, adduco doctrinā Decij in d. l. 1. nu. 19. C. de edend. & in d. c. 1. nu. 28. de probat. Vbi ſequendo Abbatem dicit, quòd licet ex conſuetudine mercator libros rationis edere teneatur, hoc in libris publicis locum habet, non autem in libris quos mercatores pro eorum inſtructione domi ſecretè retinent. Et idem dicit tenere Card. in d. Clement. 1. §. ceterum, in quinta oppoſitione in fine, & facit quod notat Bald. in l. 1. §. rationis ff. de edend. Sed cum in caſu noſtro non publicos libros (quia iam editi ſunt) ſed priuatos pro particulari inſtructione cō fectos, & priuatas litteras aduerſarius quærat; meritò concludendum eſt nō teneri eos, & eas reus edere, præſertim in conſcientiæ foro, nec Iudici propalare pœnes ſe prædicta habere, etiamſi medio iu-

6 ramento interrogaretur. Nam qui cogi non poteſt ad aliquam ſcripturam edendam, nec videtur cogi poſſe ad teſtificandum de illa, Nauar. in conſ. 3. nu. 4. de cenſib. volum. 1. in antiq. quia iniuſtè in-

7 terrogaretur: & quando quis iniuſtè etiam medio iuramento interrogatur, ęquiuocatione vti poteſt, & ſecundum propriam mentē iurare contra mentem Iudicis, per ea quæ dicit Nauar. in c. inter verba num. 11. quæſt. 3. concl. 7. & in Man. c. 12. nu. 9.

num. 9. poſt D. Thom. in 2. 2. quæſt. 69. & 70. ar. 1. & ibi Caiet. & Maior. in quartum diſt. 15. quęſt. 18. tenet etiam Soto lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 6. ar. 2. Card. Tolet. ſum. de inſtruct. ſacerd. lib. 5. c. 58. & omnes DD. communiter. Saluo ſemper, &c.

CONS. XV.

DE SIGNIFICATIONE verborum: Declares legitimum: an intelligantur virtute ſubſeq. matr.

SVMMARIVM.

1 *MAtrimonium contrahere impediuntur adulteri etiam ſi cum copula fidem ſibi dederint de contrahendo poſt mortem coniugis.*

2 *Conſequens qui vult, videtur velle neceſſarium antecedens, ſine quo ad conſequēs peruenire nō poteſt.*

Declaratio nihil de nouo ponit in eſſe. & in nu. 4.

3 *Diſpoſitionis etiam odioſę debent verba impropriari ut teneant ſi inutilis eſſet intelligendo verba vt iacēt.*

5 *Priuilegia, & ſtatuta non ſunt ita ſtrictè accipienda vt accipi poſſunt; ſed ex pbabilibus cōiectu ris mens tacita diſponentis coniicienda eſt.*

6 *Eligendus in Epiſcopum etſi eſſe debeat ex legitimo matrimonio natus, eligi tamen poteſt etiam ille qui legitimus fuit declaratus.*

Qualitas, quę ad aliquod tempus refer-

referetur, eodem tempore interueniſſe debet.

Legitimi ex primęuo iure omnes naſcebantur.

7 *Princeps facile concedit rem ad primam ſuam naturam reuerti.*

8 *Matrimonium Deus fecit eò ipſo quod maſculum & feminē creauit, volens quòd vnus vni inhæreret ob vitandam parentum incertitudinem.*

9 *Fictionem retractum habētē Papa facere non poteſt.*

10 *Vnum & idem non debent diuerſo iure cenſeri. Limita vt in nu. 21.*

11 *Filij adulterini per ſubſequēs matrimonium nullo modo legitimari intelliguntur.*

Filij quando legitimantur per ſubſequens matrimonium, illud à principio contractum fuiſſe fingitur.

12 *Fictio contracti matrimonij locū habere non poteſt quādo matrimoniū à principio contrahi non poterat.*

13 *Fictio idē operatur in caſu ficto, q̀ veritas in caſu uero.*

14 *Matrimonium contrahere cū ſecunda viuente prima nō licet: nec in tali impedimēto Papa diſpenſat quando coſumatū eſt matrimoniū.*

15 *Filij nati ex quocunque coitu à beneficio legitimationis per ſubſequens matrimoniū de iure Ciuili excluduntur.*

16 *Sententia nouam cauſam non inducit, ſed à iure inductā eſſe declarat.*

17 *Principis mens ſemper præſumitur eſſe prout de iure eſſe debet.*

18 *Illegitimus legitimatus cenſetur à Papa, ſi mandat ordinario, vt illum declarat legitimum.*

Eccleſiam ex eo exēptem eſſe probamus, quod Papa illā eſſe exemptem declarauerit.

19 *Legitimatio eſt res odioſa, & reſtringenda.*

20 *Lagitimus à naturali non differebat priuſquam ſcriptæ leges proderentur.*

B. Matrimonij vinculo ligatus, pluries carnaliter
1 cognouit C. ſolutam, ex qua adulterinam prolem ſuſcepit, & mutuo ſibi promiſerunt ſimul matrimoniũ contrahere in euẽtu quo vxor B. ipſis viuẽtibus e vita migraret, prout paulò poſt euenit. Et ideo contrahere volentes, quia propter datam fidem cum copula impediebantur de iure canonico per c. ſignificaſti, & c. fin. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adulter. & c. relatum 31. q. 1. diſpenſationẽ à S. Pontifice petierunt, ſupplicantes etiam vt ſimul dignaretur ſuſceptam ex adulterio prolem, et in poſterum ſuſcipiendam legitimam declarare. Qui tandem poſt multas ſupplicantiũ preces, Apoſtolicas litteras expediuit, quibus loci Ordinario cõmmiſit, vt non obſtantibus Cõſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque, cum prædictis ſuper matrimonium contrahendum diſpenſaret, prolemque iam ſuſceptam, ſuſcipiendamque legitimam declararet. Et accipiens Ordinarius litteris, omnia iuxta formam prædictã exequutioni demandauit. Fuitque matrimonium in facie Eccleſiæ iuxta ſacri Concilij Tridentini formam cõtractum. Oritur modo dubitatio, an proles ex dicto adulterio ſuſcepta per ſubſequens matrimonium legitimata intelligatur, ita vt omnis macula ſublata ſit? iuxta c. tanta qui filij ſint legit.

2 In propoſito connſultationis articulo, videtur prima facie reſpondendũ eſſe affirmatiuè Primò qa dum ſummus Pontifex in prædictis litteris mandat,

vt ordinarius prædictã adulterinã ꝓlem legitimã declaret, videt̃ velle illã eſſe legitimã virtute matrimonij ſubſequentis; nam qui vult cõſequẽs, videt̃ velle neceſſariũ antecedens, ſine quo ad illud conſequens perueniri nõ poteſt, argumẽto l. illud ff. de acq. hered. c. preterea de offic. deleg. l. ad rẽ mobilẽ, & l. ad legatũ ff de ꝓcurat. l. cui iuriſd. ff. de iuriſd. om. iud. neceſſarium autẽ antecedens declarationis aliquẽ eſſe legitimum, & ſine quo ad declarationem perueniri non poteſt, eſt, eſſe legitimum, quia declaratio nihil de nouo ponit in eſſe l. heredes palam ff. de teſtam. ergò cum ante diſpenſationem & matrimonium prædicta proles non ſit legitima, & tamen Pontifex non legitimet, ſed mandet vt talis declaretur, neceſſariò videtur velle vt ſit talis ex matrimonio ſubſequenti, quia nulla alia ratio adeſt ex qua talis eſſe poſſit.

3 Secundò, quia vbi diſpoſitio, etiam odioſa, eſſet prorſus inutilis intelligendo verba vt iacent, debent verba impropriari vt diſpoſitio teneat, eſt doctrina Panor. in c. Paſtoralis nu. 2. de appellat. deſumpta ex tex. in c. ſi ſententia in fin. de ſent. excõ. lib. 6. & ad idem citat l. ſi ſtipulatus fuero per te ff. de verb. oblig. & l. ſtipulatio iſta §. ſed ſi ſeruus, & l. poſſidere ff. eod. & Archid. in c. 1. 14. q. 1. Sed intelligendo prout iacent illa verba DECLARES poſita in hac diſpoſitione, diſpoſitio eſſet prorſus inutilis, cum ibi Papa committat ordinario vt declaret prædictã prolem legitimam, quæ verè non erat legitima, ipſo Papa ſciẽte:

nec

nec ex declaratione efficie
batur talis.

4 Nam ex declaratione
nouum quid fieri nõ dici-
tur, vt dixi per d. l. here-
des palam ff. de teſtam. &
notatur. in c.cũ tu de vſur.
Panor. in c.ex parte nu.4.
de cõſuetud.ergò sũt pręd.
verba impropriãda, vt cũ
nõ poſſint intelligi ex cau-
ſa præterita, iuxta eorum
propriam ſignificationẽ,
intelligantur ex futura,nẽ-
pe ex ſubſequenti matri-
monio.

5 Tertiò, quia in Priuile-
gijs, ſtatutis, & ſimilibus
diſpoſitionibus verba non
ſunt ità ſtrictè intelligẽda,
vt intelligi poſſunt, ſed ex
probabilibus coniecturis
mens tacita diſponentis
conſiderari debet, Panor.
in clement. Pręſenti nu.7.
de Baptiſ. argumento il-
lius literæ iuncta gloſſa;
quam ſingulariter ad hoc
notandam eſſe dicit. Sed
ex probabilibus coniectu-
ris in hoc caſu conſiderare
poſſumus tacitam Pontifi
cis mẽtem fuiſſe vt prædi-
cta proles legitima decla-
retur per ſubſequens ma-
trimonium, quia cũ nulla
alia cauſa adſit, ex qua
legitima declarari poſſit,
& nihilominus Pontifex
mandat Ordinario, vt ſu-
per matrimonium diſpen-
ſet, & prolem ſuſceptam
legitimam declaret; ergo
tacitè velle videtur vt ma-
trimonium retrotrahatur,
vt legitima declaretur, ac
ſi à principio fuiſſet legiti-
mè nata.

6 Quartò, eligendus in
Epiſcopũ eſſe debet ex le-
gitimo matrimonio natus
c. cum in cunctis de elect.
& cum illa qualitas ad na-
tiuitatis tempus referatur,
eodem tempore interue-
niſſe dicitur, iuxta theori-
cã Bart. in l. ex facto ff. de
vulg. & pupillar. & in l.

pre-

præcipimus C.de appellat. & notat gloſa in c. ſtatutum in princ.ſuper ver.canonicus de reſcript. lib. 6. Sed ſi aliquem Papa legitimauerit, illũ antiquioribus reſtituendo natalibus, primæuoq; iuri ſecundum quod omnes legitimi naſcebãtur, Authent. Quib. mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis ergò, ita vt illum legitimum declarauerit, ac ſi fuiſſet legitimè natus, talis abſq; dubio eligi poteſt ſecundum Panor.in c.cum Vintonienſis num. 8. de elect. argumento d. Auth. Quib. mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis ergò. Sic & in caſu noſtro, ſimpliciter Papa committendo vt proles legitima declaretur, ne illa verba inania ſint, & fruſtatoria contra c. ſi Papa de priuil. in ſexto, ibi, *cum verba aliquid operari debeant*, tacitè videtur prius illam prolem iuri primæuo & natalibus antiquioribus reſtituiſſe, ac ſi fuiſſet le-

7 gitimè nata: cum facile Princeps concedat rem ad ſuam primã naturam reuerti c.ab exordio 35.diſt. l. ſi vnum §. pactum ne peteret, verſ.ſed quod in ſpecie dotis ff. de pactis. Sed in neutro caſu poteſt dici proles legitimè nata, niſi

8 mediante matrimonio, ꝙ Deus fecit eo ipſo quòd creauit maſculũ & fœminam, volens quod vnus vni inhæreret, ne aliàs totalis eſſet Parentum incertitudo, vt dixit Io. Andr. in Mercurial. ſuper illa regul. ſine culpa, niſi ſubſit cauſa &c. quã refert Bart. in l. 1. nu. 5. ff. de cõcubin. ergò videtur ex iuris fictione ad tempus conceptionis & natiuitatis matrimo-

9 nium retrotrahi. Et hanc fictionem retractum habẽtem Papa facere poteſt ſecũdũ gloſ.in clement. 1. de

immunit. Eccleſ. quam ſequitur & dicit notabilem Anchar. in conſ. 409. in fine nu. 4. ergò virtute matrimonij venit legitimata.

10 Quintò, vnum & idem non debet diuerſo iure cenſeri c. cum in tua de decim. c. quia circa de Priuil. c. cognouimus 12. q. 2. l. eum qui, in fine ff. de vſucap. ſed vnus & idẽ actus declarationis eſt ille, quo ĩ d. diſpoſitione declarat̃ legitima tã proles ſuſcepta quam ſuſcipienda. ergò cũ proles ſuſcipianda, vt nulli dubiũ eſt, virtute matrimonij legitima declaretur, idẽ dicẽdũ eſt de ſuſcepta. Ex his igitur videtur concludendum D. Cõſulentẽ, virtute dictę declarationis, per ſubſequẽs matrimoniũ legitimatum fuiſſe. Sed oppoſitũ nihilominus ego puto verius, nempè quod D. N. Greg. Papa XIII. felic. record. per d. declatione virtute ſubſequentis matrimonij eũ legitimare

11 noluit. Et vt clarè hoc conijciatur animaduertẽdum eſt in c. tanta Qui fil. ſint legit. ſtatui, vt filij adulterini nullo modo per ſubſequẽs matrioniũ legitimati intelligantur; quod fit non ſolum in odium parentum, ſed etiã quia quando filij per ſubſequens matrimonium legitimãtur, propter bonum matrimonij, ꝙ eſt fauorabile, matrimoniũ, à principio contractũ fuiſſe fingitur, vt docet Panor. in d. c. tanta nu. 2. Quę

21 fictio fieri non poteſt, q̃do à principio, propter impedimentũ alicuius legis diuinæ matrimonium contrahi non poterat, vt habes ex Panor. poſt Io. Andr. in c. per venerabilem nu. 22. Qui fil. ſint legit. & dixit etiã Petr. de Anch. ĩ d. cõſ.

13 409. num. 4. Neque hoc dictum ratione caret; nam

cum

cum idem operetur fictio, in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, vt notatur in l. ſi cum emptore ff. de vſucapion. & in l. Gallus §. & quid ſi tantum, & in l. filio ff. de liber. poſt. ſequitur vt cũ in caſu vero, propter impedimentum legis diuiuæ, non poſſit conſtare matrimonium, neque hoc fingi poſſit. Et quamuis fictio hęc poſſit habere locũ, quando adeſt impedimentum quod Papa tollere poteſt, quia fingitur tunc à principio, ex eius legitima diſpenſatione matrimonium fuiſſe contractum (quam fictionem habentem retractum Papam facere poſſe, ſupra probaui auctoritate gloſ. Clement. 1. de immunit. Eccleſ.) nihilominus quãdo adeſt impedimentum alicuius diuinę legis, quod Papa tollere non po-
14 teſt, neque retrofictioni erit locus. At vxoratus cũ alia cõtrahere viuente prima, lege diuina prohibetur, vt patet Matth. 19.
Vbi dicitur quod duo, & 1
non plures erunt in carne vna, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, & tradit Petr. de Anch. in d. conſ. 109. n. 4. circa medium, merito non poteſt Papa diſpenſare vt, tali impedimento non obſtante, contrahat cum ſecunda, vt dicit gloſ. in c. literas de reſtit. ſpoliat. in ver, non poteſt, (intellige tamen de matrimonio conſumato, quia ita intelligendum eſt illud Matth. 19. vt in c. ex publico de conuerſ. cõiugat. in fine, & in c. ſunt qui dicunt 20. q. 2.) & ex conſequẽtia retrofingi nõ poteſt, vt qui hodie, mortua prima vxore, contrahit cum ſecunda, cenſeatur hoc ſecundum matrimonium contraxiſſe tempo-

re quo prima viuebat; vnde ſequitur vt nec proles ex adulterio ſuſcepta, per ſubſequens matrimonium
15 legitimetur. Ideoque mirum non eſt ſi a d. c. tanta ſoli filij adulterini a beneficio legitimationis ꝑ ſubſequens matrimonium excludantur, quamuis de iure Ciuili, omnes filij nati ex quocunque coitu à iure reprobato, à dicto beneficio ſint excluſi, vt habetur in l. Paulus ff. de ſtat. hom. l. & ſi contra C. d. nupt. Auth. Quibus mod. nat. §. pen. & Auth. Licet C. de natur. liber.

His itaque ſic ſtãtibus, ex hac doctrina deducitur, prędictã prolẽ, de qua hic loqmur, nõ fuiſſe legitimã, nec potuiſſe per ſubſequẽs matrimonium legitimari, nihilque quo ad hunc effectum ei prodeſſe declationem ordinarij, ex commiſſione D. N. Papę facta, quia declaratio nouũ quid non inducit, vt in cõtrarijs argumẽtis dixi; nemoq; ꝑ ſententiã Iudicis declarari poteſt qualitatẽ aliquã habere, niſi prius illam à iure habuerit: nam ſentẽ-
16 tia etiam eiuſdem naturæ eſt vt ex ſe nouã cauſã non inducat, ſed à iure inductã eſſe declaret, l. ſicuti §. que ratur ff. de ſeru. vend. l. Põponius §. ſed is ff. de ꝓcurat. l. ex diuerſo §. 1. ff. de rei vẽdicat. Et cũ nullibi in iure cautũ ſit, vt filij adulterini per ſubſequens matrimoniũ legitimentur, immò cõtrarium in vtroque iure ſtatuatur, vt ex ſupra citatis conſtat: ergo talis declarari non potuit.

Nec argumenta in contrariũ oppoſita obſtãt. Ad primũ enim reſpondetur concedẽdo quòd dũ Papa mandat, vt quis declaretur legitimus, videtur velle vt ille ſit legitimus, imò etiã

hoc

hoc cõfirmo argumẽto c. ſi Papa, & ibi gloſ. de Priuil. lib. 6. ſed quod videatur velle vt ſit legitimus ex ſubſequenti matrimonio, hoc negatur; nam cũ tale matrimoniũ propter diuinum impedimentum ad tempus conceptionis, vel natiuitatis prolis per iuris fictionem retrotrahi non poſſit, vt ex ſupradictis cõſtat: nullo modo dicendũ
17 eſt Papam contra iuris diuini diſpoſitionem hoc voluiſſe; quia mens Principis ſemper pręſumitur eſſe pro vt de iure eſſe debet, vt dicit Bald. in l. ex facto ff. de Vulgar. & pupillar. & poſt eum Felin. in conſ. 31 nu. 7 Ideo dicendum eſt potius (ne prędicta verba inutilia remaneãt contra d. c. ſi Papa) Papam prius prædictam prolem ex adulterio ſuſceptam ſpeciali gratia legitimaſſe, deinde cõ-
18 miſiſſe ordinario, vt eam ſimul cum ſuſcipienda legitimam declaret. Nec dicendum eſt hoc eſſe diuinare cum de tali gratioſa legitimatione non cõſtet; nam optimè probari poteſt ex ipſa commiſſione facta ordinariò à D. N. Papa, vt declaretur talis, argumento eorum quæ dicit gloſ. in d. c. ſi Papa, vbi inter alios modos, quibus probari poteſt aliquam Eccleſiam eſſe exemptẽ, ponitur probari, ſi Papa in verbis diſpoſitionis alicuius litteræ dixerit: *Declaramus talem Ecclіſiam ſubiectã Romanæ Eccleſiæ*.

19 Ex his patet etiam reſpõſio ad ſecundum, nam pręſuppoſita gratioſa Papę legitimatione, poſſunt verba in tali ſignificatione accipi, videlicet, declares legitimam ex noſtra ſpeciali gratia. Et hanc legitimationem poſſe Papam facere in Ciuitate Bono-

niæ, nulli dubium eſt. Et tali modo intelligẽdo prędicta verba, diſpoſitio nõ erit inutilis; nec legitimatio, quæ eſt res odioſa & reſtringenda iuxta c. 1. de fil. presbyt. in ſexto & l. ſi quãdo in prin. C. de inoff. teſtam. veniet tam amplè intellecta, prout veniret ſi intelligeretur de legitimatione per ſubſequens matrimonium.

Patet etiam reſponſio ad tertium, nam cum Pontificis mens præſumatur eſſe prout de iure eſſe debet, & de iure in adulteris matrimoniũ retrotrahi non poſſit, vt ſupra dictũ eſt; ex nullis coniecturis conijcere poſſumus Pontificem illud voluiſſe retrotrahere, ſed potius legitimare ex gratia.

Ad quartum reſpondeo quod quamuis Papa legitimãdo reſtituat eum quẽ legitimat primæuo iuri, & antiquioribus natalibus; non tamẽ ideo efficitur ille legitimus virtute matrimonij; nam quamuis ſecundum illud primæuum ius omnes legitimi naſcerentur, & eſſet iam tempore illo inſtitutum matrimonium, attamen matrimonium neminem legitimabat, quia tunc natura hominibus ſanciebat, & leges nondum erant ſcriptæ; & antequam ſcriptæ
20 prodirent leges, nulla erat differentia inter naturalem & legitimum, vt habetur ĩ d. § ſi quis ergò: Et ideo neq; opinionem Panor. de legitimato eligendo in Epiſcopum puto eſſe veram, niſi fuerit ei ſpecialiter in legitimatione indultum, vt poſſit eligi. Et ſic manet reſolutum argumentum.

21 Ad quintum verò reſpondeo, quòd quamuis regulariter vnum & idẽ non

de-

debeat diuerſo iure cenſeri, nihilominus hoc limitandũ eſt, quando vnũ & idem tẽdit ad diuerſa, quæ impoſſibile eſſet eodẽ iure cenſeri, quia alias obligaremur ad impoſſibile, contra regulam iuris: & ideo quamuis vna & eadem declaratio dictæ diſpoſitionis habeat declarare legitimã tam prolem ſuſceptam, quam ſuſcipiendam, nihilominus quia, per ſupra dicta, impoſſibile eſt, vt proles ſuſcepta legitimetur per ſubſequens matrimonium, neceſſarium omnino eſt, ne diſpoſitio ſit inutilis, vt alia via declarata legitima cenſeatur, nempè ex gratia ſpeciali. Et hæc dicta ſint, ſaluo ſemper, &c.

CONS. XVI.

DE VOLENTE PERMVTARE beneficium Eccleſiaſticum principaliter pro terreno commodo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Eccleſiaſtica minora permutari poſſunt cum conſenſu Superioris; non autem ex propria auctoritate, dummodo adſit legitima cauſa.*

2 *Simoniam committit qui pro temporali commodo dat aliquod ſpirituale, vel illi annexum.*

Permutatio beneficiorum ſimoniaca eſt ſi fiat pro terreno com-

commodo vtriuſque, vel alterius commutantis, ſecus ſi pro ſpirituali.

3 *Ius patronatum fundans ea intentione vt poſſit illud commutare cum aliquo beneficio Eccleſiaſtico, mortaliter peccat, & permutare non valet ſine ſimonia mentali, excomunicationẽ tamen non incurrit.*

PEtrus cupiens acquirere vni ex ſuis filijs beneficium quoddam Eccleſiaſticum, quod ad præſens poſſidet Antonius Presbyter ſenex, & quia credit poſt mortem Antonij prędicti difficile fore illud ab ordinario impetrare, excogitauit ex proprijs bonis fundare Iuſpatronatũ, in quo in perpetuis futuris temporibus, ipſe, & poſt eum gradatim ſui hęredes valeant vnum de eorum familia præſentare, & facta hac fundatione præſentare primo loco dictum filiũ, ad hoc vt poſt inſtitutionẽ & expeditionem bullarum in ſuã perſonam, poſſit huiuſmodi Iuſpatronatũ permutare cum dicto beneficio Antonij, & hac via illud facilius obtinere, Antonio viuente.

Quæritur, an fieri hoc poſſit abſque peccato Simonię, & pœna excomunicationis?

1 Ad dignoſcendam verã prænarrati caſus reſolutionem notandum eſt Primò quòd quamuis omnes dignitates & beneficia minora poſſint adinuicẽ permutari, dummodo ſuperioris interueniat conſenſus, vt notat Panor. argumento illius tex. in c. cum olim nu. 2. de rer. permut. & argumento c. quæſitum eod. tit. & clem. vn. eod. tit. & c. 1 eod. tit. lib. 6. & c. ſcias, & c. Epiſcopus de loco 7. q. 1. nam qui pre-

pria permutant auctoritate, perdunt illa, vt in d. c. cum olim, etiam ſi fiat de duabus præbendis eiuſdē qualitatis in eadem Eccleſia, ſecundum Hoſt. & Io: de Lignano in c. fin. de rer. permut. quos ſeqtur Sylu. ver. permut. nu. 1. contra Innoc. in d. c. quęſitum & Card. in d. clem. 1. in tertia oppoſitione; permutari nihilominus legitimè non poſſunt, niſi vltra cōſenſum ſuperioris adſit etiam legitima cauſa, vt dicit Sylu. in d. ver. Permutatio nu. 3. per tex. in d. c. quæſitum.

2 Secundò Notandum eſt Doctrinam eſſe D. Thom. in quartum diſt. 25. q. 3. ar. 3. in corpore articuli ꝙ quicunquè pro aliquo temporali cōmodo dat aliquid ſpirituale, vel ei annexū, ſimoniam cōmittit, & ibidē in reſpōſione ad octauū argumentum aſſerit, ꝑmutationes beneficiorum ſimoniacas eſſe, ſi pro aliquo terreno commodo vtriuſque vel alterius cōmutantis fiant, ſecus ſi pro ſpirituali, puta vt in tali loco poſſit quis melius Deo ſeruire.

3 Ex his breuiter prænotatis deducitur, permutationē in caſu propoſito in foro cōſciētię fieri nō poſſe abſque mortali peccato ſimoniæ, non ſolum quia nulla adeſt legitima cauſa permutandi, ſed etiā quia principaliter fieret pro terreno cōmodo, nulla enim alia cauſa prætendit Petrus permutare præfatum iuſpatronatum cum beneficio Antonij, niſi pro terreno commodo acquirendi illud beneficiū pingue, & fruendi redditibus eius, ergò ſecundum dictam D. Thom. doctrinam, dubiū non eſt quin ſimoniaca eſſet permutatio. Nec obſtat

ſtat quod tam dādum quā accipiēdum ſint beneficia Eccleſiaſtica, & ex conſequēti quid ſpirituale, quia in foro conſcientiæ attenditur id quod prætenditur ſecundum finalem intentionem, quæ confert bonitatem & malitiam actibus humanis, vt dicit idē D. Thom. in pri. ſecundæ q. 18. ar. 4. & q. 19. ar. 7. & 8. Sed finalis intentio Petri non eſt acquirere ſpirituale pro ſpirituali, ſed acquirendi commodū temporale pro ſpirituali, & qui pro aliquo temporali commodo dat aliquid ſpirituale, vel ei annexum, ſimoniam committit, vt conſtat ex ſecundo notabili. Et hęc quò ad peccatum.

Quantum verò ad pœnam excommunicationis, reſpondeo, nullam ideò cenſuram illos incurrere, etiam ſi de facto abſque legitima cauſa, & conſenſu ſuperioris permutarēt: & ratio eſt, quia in hoc caſu intentio tantum eſt inordinata & ſimoniaca, quę cū ſit occulta, ab Eccleſia nō punitur, vt eſt tex. expreſſus ī c. ſicut tuis §. fin. & c. tua nos §. fin. de ſimō. actus vero exterior non eſt in ſe ſimoniacus, q̄a tā dādū quā accipiēdū ſunt ſpiritualia, & iura quæ loquuntur de permutatione rerū ſpiritualium, vel de eis annexis, nullam habēt annexam pœnam ſpiritualem ipſo facto incurrendā, vt aduertit Petrus de Aragon. in 2. 2. D. Thom. q. 100. ar. 6. & poſt eum Roderiq. in ſumma par. 2. c. 66. nu. 6. & Io. Baptiſta Corra. in reſponſ. caſuum conſc. q. 42. in princ. Additionis. Nec obſtare dicunt Concilium Conſtantienſe relatum in extrauaganti ſecūda de ſimon. nā

cum

cum ſit decretum pœnale, & loquatur de ſimoniacis, non eſt intelligendũ de his qui permutant beneficia, nam hi vere ſecũdum propriam nominis ſignificationę m non ſunt ſimoniaci, niſi alia malitia interueniat; exigitur enim vt vera ſit ſimonia aliquid ſpirituale pro temporali, veluti pretio in conuentionem, pactionemue adducere, quod non interuenit in permutatione beneficiorum, in qua tam datũ, quam acceptum eſt ſpirituale, Couar. lib. 1 variar. reſolut. c. 5. num. 3. & 4. quẽ ſequitur Roderiq. & Corrad. in locis ſupra citatis.

Et hæc dicta ſint, ſaluo ſemper, &c.

CONS. XVII.

DE PECVNIA DEPOSITATA apud Mercat. ad rationem octo pro cent.

SVMMARIVM.

1 Depoſitum eſt cõtractus gratuitus, & non obligat depoſitarium aliquid deponenti ſoluere, ſed potius poteſt ipſe depoſitarius pro cuſtodia à deponente aliquid exigere.

2 Depoſitum pecuniæ ea lege factum vt teneatur depoſitarius aliquid ſoluere, tranſit in contractũ mutui, & ratione illius nihil exigi poteſt etiam ſi depoſitarius negotiando ingens lucrum acquirat; niſi ratione lucri ceſſantis, damni emergen-

gentis, aut iuſtæ ſocietatis.
3 *Conſuetudo etſi facere nō poſſit licitum & iuſtū id quod in ſe illicitum, & iniuſtum eſt, tamen excuſat à peccato trāſgreſſionis legis, ſicut excuſat auctoritas viri docti & pij, non tamen à reſtitutione.*

IN multis Italię partibus ab immemorabili tempore vſu receptum eſt, vt tradantur pecunię Mercatoribus ſub depoſiti titulo, vt ipſi elapſo anno illas reſtituāt vna cum certo lucro, octo videlicet pro cētenario. Quæritur ergò num, ſuppoſita conſuetudine antiquiſſima, & recta intentione ſaltem implicita tradentis, ac eius bona fide, cōtractus in foro animæ fuerit rectus?

1 Reſpondetur ſub depoſiti titulo, vt narratur in facto, contractum non poſſe defendi, quia eſt contractus gratuitus, & conſequenter non tenetur depoſitarius ſoluere aliquid deponenti vltra pecuniā depoſitam, immò ipſe potius depoſitarius poteſt aliqd pro cuſtodia exigere, quia dignus eſt operarius mer-
2 cede ſua Luce 10. 13. q. 1. c. 1. Sed verè huiuſmodi deponentes dici non poſſunt deponentes, & conſequenter nec huiuſmodi cōtractus poteſt dici depoſiti, quia ea lege deponunt vt poſſint Mercatores pecunia vti, cum obligatione reddendi eam poſt annum, quod in effectu potius cenſetur mutuū quam depoſitum, vel tranſit in contractum metui, iuxta l. certi conditio §. fin. cum legibus ſequent. ff. de reb. credit. & l. quintus ff. depoſit. cuius ratione nihil iuſtè exigi poteſt, eo quod vſura eſſet, & contra illud Lucę ſexto, mutuum date nihil

nihil inde ſperantes, tranſlatum in c. conſuluit de vſur. etiamſi Mercator cũ ea pecunia negotiãdo ingens lucrum faceret, vt dicit Molin. lib. 2. de cõtract. diſput. 408. nu. 8. & ideò nullo modo ſequẽda eſt opinio illius Theologi, qui hic Bononiæ cõtrarium conſuluit, (quod cũ pace ſua ſit dictum) maximè quia nulla alia ratione ad hoc mouetur, vt ex eius ſcripto conſtat, niſi ex tex. in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. ex quo colligit, licere ſaltem aliquando ex nummis Mercatoribus traditis, lucrum honeſtum ſuſcipere; & cũ hoc tranſit faciendo deciſionem caſus noſtri; Sed illi reſpondeo, licere quidem aliquãdo, ſed hoc erit, vel in caſu lucri ceſsãtis, aut damni emergentis, vel contrahendi cum Mercatoribus ſocietatem; & de honeſto lucro ex ſocietate proueniente loquitur ibi ille textus, vt colligit ex illis verbis, videlicet *vt de parte honeſti lucri*, &c. & ita illũ intelligit ibi gloſa, & nullo modo extendẽdus eſt ad caſus, qui de ſua natura ſunt vſurarij.

3 Qui verò actenus prędicto modo, bona fide contraxerunt, credentes hoc licere, eo quòd couſueuit cõmuniter & impunè fieri, nõ ſunt arguẽdi peccati ſaltem mortalis; quamuis enim quod in ſe eſt illicitũ & reprobatum non poſſit per cõſuetudinẽ fieri licitum, ac iuſtum, vt patet ex Clemẽt. 1. de vſur. & ex c. quia in omnibus extra eod. tit. tamen quia conſuetudo tantę, vel maioris auctoritatis videtur quãtę alter doctor argumento l. 2. C. quæ ſunt long. conſuet. ſicut auctoritas vnius viri docti, & valde pij excuſat

cuſat à peccato tranſgreſſionis legis, c. cappellanus, & ibi gloſ. de ferijs, & tradit ſanctus Antoninus p.1. tit.3. c.10. §.1. ita etiã ipſa conſuetudo excuſare debet; & ita in caſu conſimili conſuluit Nau. conſ. 20. de vſur. nu.8. lib.5. Ad reſtitutionẽ nihilominus, qui tali bona fide contraxit, tenetur, non quidem ratione iniuſtæ acceptionis, ſed ratione rei acceptæ: ſicut enim qui capit indebitum bona fide putans ſibi deberi, non peccat accipiendo, & tamen reſtituere tenetur ſimul ac ſciuerit fuiſſe indebitum, toto tit. ff. de condit. indebit. ita & qui recipit aliquid vltra ſortem ex contractu quem putabat iuſtum, ſed verè erat vſurarius, reſtituere tenebitur illud tanquam indebitum, quãuis non peccauerit recipiendo illud quod bona fide credebat eſſe debitũ. Tenebitur autem propter bonam fidem, quæ ſupponitur, ſecundũ regulã bonæ fidei poſſeſſoris, id eſt, ad id in quo factus eſt locupletior, ſi fructus non extant, ſed ſunt bona fide conſumpti. Poteſt nihilominus à reſtitutione excuſari, ratione lucri ceſsãtis, ſeruatis his quæ in lucro ceſſanre concurrere debent; nam res, quæ culpa caret, nõ debet in dãnum reuocari, c. 2. de cõſtitut.

Et hęc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XVIII.

DE PACTO, VT ECCLESIA teneatur ſoluere onera impoſita, & imponenda ex rebus emptis.

SVMMARIVM.

1 *VEndens rem propriam Eccleſiæ, tuta conſcientia petere poteſt ut illa obligetur ſoluere onera non ſolum certa & impoſita, ſed etiã incerta & imponenda.*

In re ſua unuſquiſque eſt moderator & arbitrer.

Eccleſiaſtici a contractibus non ſunt immunes.

2 *Eccleſiaſtici non poſſunt abſque conſenſu Romani Pontificis bona Eccleſię acquirere cum onere, ut teneãtur ſoluere laicis onera incerta, & inuariabilia.*

3 *Eccleſiaſtici abſque conſenſu Romani Pontificis nunquã collectas ſoluere debent, nec ſolutionem promittere.*

Promiſſionem facere, uel ſoluere paria ſunt.

4 *Exceptionis ea eſt uis, ut præter caſum exceptum omnia excludantur.*

Onerum ferendorum ab Eccleſiaſticis materia aliam exceptionem non patitur, niſi conſenſus Romani Pontificis.

5 *Bona Eccleſiaſtica laicis ſubijcere, ſub pœna ſuſpenſionis Prælati non poſſunt, ſine conſenſu Capituli, & licentia Sedis Apoſtolicæ.*

6 *Bona Eccleſiaſtica acquiſita, & acquirenda quo ad impoſitionem onerum diſtin-*

diſtinguenda non ſunt.

7 *Pacto priuatorum iuri publico derogari non poteſt.*

DVbitatur, an vẽdens fundum alicui Eccleſiæ poſſit cum ea paciſci, vt teneatur pro tali fundo ſoluere communitati omnia onera, nõ ſolum impoſita, ſed etiam imponenda? Viſis allegationibus cuiuſdam Excellentiſſimi Iuriſcõſul-
1 ti ſuper hanc materiã, reſpondeo, me cum illo non dubitare, vendentem rem propriam Eccleſiæ, tuta conſcientia petere poſſe, vt illa obligetur ſoluere onera non ſolum certa & impoſita, ſed etiam in poſterum imponenda, & variabilia, cum poſſit vnuſquiſque rei ſuæ legem indicere, cum in ea ſit arbiter & moderator, l. Caius ff. de manu. l. 2. & 3. C. ſi manc. ita ven. ne proſt. quibus accedunt c. verum de condit. appoſ. c. cum dilectus de donat. l. ſi quis ita C. de pact. int. empt. & vẽd. Iaſ. in l. placet C. de ſacroſanct. Eccleſ. nu. 21. Hyeron. Albanus Cardin. in tract. de immunit. Eccleſ. num. 5. Soccinus in conſ. 12. nu. 6. vol. 4. & Thomatus de Collect. §. non obſtat num. 19. vbi alios citat: nec ideo dici poteſt quãtũ in ſe eſt clericorum immunitatem lędere, veluti poſt hæc ſcripta, dixi in 1. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. nu. 115. cũ Eccleſiaſtici à cõtractibus non ſint immunes, vt dicit Cardin. Albanus in d. tract. de immunit. Eccleſ. num. 85.
2 Sed difficultas tota conſiſtit: An e contrario liceat Eccleſiaſticis abſque conſenſu Rom. Pontificis tali contractui aſſentire, talique oneri Eccleſiã ſubijcere; & hic punctus, de quo ipſe Iuriſconſultus nihil dicit,

dicit, nec de eo aliquis alius Doctor, quē hucuſquè vidi, verba fecit. Ego autem non dubito reſpondendū eſſe negatiuè, moueor his rationibus.

3 Prima, qa Eccleſiaſtici abſque licētia Romani Pōtificis, nec debent, nec poſsūt vllo caſu collectas ſoluere, vt patet ex c. aduerſus de immunit. Eccleſiar. & docet Card. in clement. vn. eod. tit. Et eſt communis: ſi non poſſunt ſoluere, ergò certiſſimum eſt neque poſſe ſe obligare ad ſoluēdum; nam promiſſionem facere, vel ſolutionem, paria ſunt, l. fin. C. ad leg. falcid. Dec. in conſ. 116. num. 2. par. 1. conſilior. Nec valet dicere, tex. d. c. Aduerſus, propriè verba non facere in caſu de quo agimus, in quo vendens rem Eccleſiæ quærit tale pactum, alias non venditurus, quia reſpondetur, quod cum ibi quæcunque ſolutiones prohibeantur, nulla prorſus ſolutio excipitur, c. ſolitæ de maiorit.

4 & obed. Et prçterea, exceptionis ea eſt vis, vt præter caſum exceptum, omnia excludantur, in eiſque regula firma permaneat. l. quæſitum §. denique ff. de fund. inſtruc. ſed ibi ſolus caſus Papæ conſentientis à regula eſt exceptus; ergò in hac materia onerum ferēdorū nulla eſt alia faciēda exceptio, vel diſtinctio, niſi iſta ſcil. conſentiat ne Pontifex an non, vt dixit Card. Alban. in d. tract. de immunit. Eccleſ. nu. 18.

5 Secunda ratio quæ me mouet eſt, quia in c. 2. de reb. Eccl. non alien. in ſexto, Prælati Eccleſiaſtici ſub pœna ſuſpēſionis prohibentur immobilia bona, vel iura ſuarum Eccleſiarum ſine conſenſu capituli, & licentia Sedis Apoſto-

ſtolicæ, ſubijcere laicis; ſed in hoc caſu Eccleſia ſubmitteretur, & obligaretur ad quoddã perpetuũ miniſteriũ ſoluendi laicis, non ſolũ onera ordinaria, ꝑpetua, & inuariabilia Cõmunitatis, ſed etiam temporalia, incerta, & variabilia, contra quæ omnia iura clamant; ergò abſquè licentia Papę fieri non poteſt. Sed ſi quis hic etiam obijceret, quòd textus ibi loquitur de bonis acquiſitis, & non de acquirendis ab eo qui non vult aliàs in Eccleſiam alienare; tu re-
6 ſponde quò ad onerũ impoſitionem inter bona Eccleſiæ iam acquiſita, & in poſterum acquirenda diſtinguendum non eſſe, per tex. in c. ea enim 10. q. 2. Ex quo apertè colligitur nullum inter iſta eſſe diſcrimen, & tam acquiſita, quam acquirenda intacta & inuiolabiliter eſſe cuſtodienda: Sed nemo eſt qui concedat poſſe Clericos, & inferiores Pręlatos, abſquè conſenſu Romani Pontificis, obligare bona Eccleſiæ iam acquiſita, vt ſęculares poſſint ex eis talia onera exigere; ergò idẽ de acquirendis erit dicendum.

7 Tertia eſt, quia pacto priuatorum iuri publico derogari non poteſt, c. ſi diligenti de foro compet. cum eius concordantibus. Sed priuilegium conceſsũ Eccleſiaſticis bonis, nę ſubijciantur collectis & oneribus laicorũ, fuit inductum pro iure publico, nempe fauore totius Collegij Eccleſiaſtici, vt certiſſimum eſt: ergò pacto priuatorum Clericorum, abſq; conſenſu capitis totius Eccleſiæ, derogari nõ poteſt. Et hęc breuiter dicta ſint, Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XIX.

DE MISSIS QVÆ CELEBRANTVR ad Altaria priuilegiata pro animabus viuentium.

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ ſacrificium abſolutè ſumptum prout eſt ſacrificium, & opus ſatiſfactorium ita ſatisfacit pro viuente, ſicut pro mortuo qui detinetur in pœnis purgatorij: nec eſt neceſſe effectum ſuſpendere vſque ab horam mortis.*

2 *Satisfactio oblata etiam pro peccatis venialibus nõ prodeſt niſi ſit prius culpa remiſſa.*

3 *Miſſæ ſacrificium eſt in poteſtate ſolummodo dum offertur, ſicut ſacramentum dum conficitur, & ideo ſecundum aliquos eius effectus ſuſpendi non poteſt, ſed ſi ſtatim nõ applicatur, remanet in theſauro Eccleſiæ.*

5 *Et idem de alijs operibus dicitur in nu. 4. Sed quò ad ſacrificium Miſſæ nonnulli cõtrarium probabiliter docent.*

6 *Miſſæ ſacrificium non abſolute ſumptum prout ſacrificium eſt, ſed prout celebratur in tali Altari priuilegiato pro defunctis, uiuentibus prodeſſe non poteſt, niſi in conceſſione de viuentibus mentio ſit.*

7 *Indulgentiæ tantum vtiles ſunt eis ad quos directe referuntur, nec ſunt extendendæ ad perſonas,*

actiones, vel caſus ſimiles.
8 *Indulgentiarum effectus ſuſpendi non poteſt niſi exprimatur.*

AN Miſſæ, quæ celebrãtur ad Altaria priuilegiata pro animabus defunctorum, ſicut liberant à pœnis Purgatorij animas defunctorum, ita etiã liberare valeant animam viuentis, ſi pro ipſa celebrentur? Et vtrum ſtatim ſequuta morte Paradiſum ingrediatur virtute dictarum Miſſarum, an verò neceſſariũ ſit vt prius Purgatorium ingrediatur, & deinde ſtatim virtute prędicta libera egrediatř, remanente interim effectu earum in ſuſpenſo?

Illuſtriſſime & Reuerẽdiſſime Dñe; vt facilè reſoluatř difficultas propoſita, dico duo eſſe conſideranda in Miſſis quæ celebrantur ad Altaria priuilegiata pro animabus Defunctorum:
1 Primum eſt ſacrificiũ Miſſæ abſolutè ſumptum pro vt eſt ſacrificium, & opus ſatisfactoriũ: Et hoc modo ſumptum, eodem modo ſatisfacit pro viuente, & eum liberat à pœnis Purgatorij illi debitis, ſi pro ipſo celebretur, & non habeat obicem, ac ſatisfacit celebratum pro iam defuncto, qui detinetur in pænis Purgatorij, ita vt ſi viuens, mediante tali ſacrificio omnimodè ſatisfecerit, ſequuta morte ſtatim ingredietur Paradiſi gloriam abſque pœnis Purgatorij. Nec eſt neceſſe effectum huius ſatisfactionis ſuſpẽdi vſque ad horam mortis eius, ſed habebit effectum ſuum eo ipſo quo fuerit celebratum ſacrificium, ſi viuens pro quo offertur erit in ſtatu gratiæ, & culpa, pro cuius pœna offertur, fuerit re-

remiſſa, tanquam res clara & certiſſima apud omnes Theologos.

2 Dixi, *& culpa, pro cuius pœna offertur, fuerit remiſſa,* quia ſatisfactio oblata pro iuſto, qui ſolum habet culpas veniales nondum remiſſas, ſine alio reatu pœnæ, neq; illi tunc prodeſt, neque illi reſeruatur in acceptatione Diuina, vt poſt remiſſam culpam veniale incipiat illi prodeſſe ad ſolutionem pœnę tali debitę culpæ non dum remiſſæ; nam ſatisfactio pœnæ fieri nō poteſt, niſi remiſſa culpa; Imò multi probabiliter affirmant quòd ſi quis vellet effectum prędicti ſacrificij pro viuo oblati vſque ad horam mortis eius ſuſpendere, vtique non poſſet, quia ſicut ſacramẽtum ſolum eſt in poteſtate miniſtri pro tempore, & momento quo conficitur, & tunc habet effectũ, qui

3 nòn poteſt a miniſtro ſuſpendi, ita ſacrificium eſt ſub poteſtate, & intentione miniſtri ſolum dum offertur, & tunc debet applicari, & habere effectũ, qui non debet ſuſpendi arbitrio, vel incuria ipſius; & ideo dicunt quod ſi hac de cauſa ſemel careat effectu, iam nō eſt in poteſtate miniſtri, & multo minus alterius, applicare illud: quia non eſt inſtitutum vt operetur, niſi dum fit, ſeu exiſtit ſuo modo; & ſi dum fit non applicatur alteri, nec virtualiter ſibi, remanet in theſauro Eccleſię; & ita cum Corduba tenet, Suarez in 3.p.tom.3.q.83. art. 1. diſput. 79. ſect. 9. verſ. Tertio requiri poteſt &c.

4 Et quod dicitur de ſacrificio Miſſæ, idem etiam videtur dicendum de alijs operibus bonis, vt neque poſſit earum effectus ſuſpen-

ſpendi, vt applicetur alio futuro tempore; quia alias ſequeretur abſurdiũ, nempè poſſe quem dum eſt in ſtatu peccati mortalis celebrare multas Miſſas, & facere multa alia opera bona, & ſuſpendere applicationẽ donec eſſet in ſtatu gratiæ; & idem poſſe reſpectu alterius, dum eſſet etiam ille in ſtatu peccati mortalis; quæ dicere abſurdum eſſet; nam daretur caſus in quo opera facta in ſtatu peccati mortalis, ex genere ſuo mortua, viuificarentur, quod eſt contra mentem omniũ Theologorum, & magnũ abſurdum, & ideo non dicendum c. dudum de Præben. in ſexto l. nam quod abſurdum ff. de bon. liberor.

5 Non deſunt tamẽ Theologi, qui contrarium etiam probabiliter docent; namque Petrus de Arag. de iuſt. & iur. q. 85. art. 3. col. 36. Petrus Nauar. l. 2. de reſtitut. c. 2. a nu. 373. vſque ad num. 380. Roderiq. 1. p. ſummæ c. 250. art. 5. affirmant licere reſeruare fructum Miſſæ, vel alterius boni operis in poſterum pro tempore quo indigebit: Et tunc tantũ ad Eccleſiæ theſaurũ pertinere, quando operanti ſuperſunt, vel ſine vlla intentione, & applicatione illa facit; ea ratione moti, quia talis fructus quamuis ſit præteritus reſpectu noſtri, tamen in Dei acceptatione, & æternitate præſens manet, ac ſi eo momento offerretur, atque ideo eundem habet valorem, quẽ ante habebat, & erit velut ĩ depoſito vſque ad tempus applicationis: Et ſicut Euchariſtia quę reſeruari poteſt, & reſeruata cum applicatur habet effectũ, ita fructus Miſſæ, vel

vel alterius operis boni reſeruari poteſt ad applicandum cum opus fuerit. Nec refert, Euchariſtiam eſſe permanentem, & fructū Miſſę, vel alterius operis boni eſſe ſucceſſiuum, & præteritum, nam reſpectu Dei nec præterita prætereunt, nec futura expectantur vt veniant, ſed illi omnia recentia & præſentia ſunt. Nec eis obſtat abſurdum ſuperius adductum, nam quò ad ſacrificium Miſſę, nullum eſt abſurdum, quia cum eius fructus ex opere operato ꝓueniat, etiā ſi fiat ab exiſtenti in peccato mortali, & quamuis dum celebrās eſt in tali ſtatu, illi prodeſſe non poſſit, tamen nullū eſt abſurdū quod illi profuturum ſit, cum redierit in gratiam.

Quò ad alia verò opera, dico reſeruari non poſſe ab eo qui eſt in peccato mortali, pro tempore quo fuerit in gratia, nam cùm à principio mortua ſint, tractu temporis reuiuiſcere non poſſunt.

6 Secundum, quod eſt conſiderandum in prædictis Miſſis, eſt ſacrificium Miſſæ non abſolutè ſumptum prout ſacrificium eſt, & opus ſatiſfactorium, de quo iam ſupra diximus, ſed tātum prout celebratur in tali altari à Summo Pontifice priuilegiato: & hoc modo ſumptū, nullo modo viuenti prodeſſe poteſt, quia cum hoc ſit quaſi priuilegium perſonale, & indulgentia cōceſſa pro animabus, quę detinentur in pœnis Purgatorij, vt ex forma talium conceſſionū patet, non poteſt in viuētem transferri, niſi ſpeciali facultate in ipſamet cōceſſione expreſſa hoc cōcedatur, vt patet ex D. Thoma in quartum diſtin. 20. art. 5.

7 art. 5. quæſtiunc. 3. ad ſecundum. Indulgẽtię enim eis tantum vtiles ſunt, ad quos directè referuntur,& ſicut non plus valent, quã ſonant, ita etiam non pluribus proſunt, quam exprimunt, vt poſt alios dixit Suarez tom. 4. diſput. 53. ſect. 1. in fine; Et ſunt ſtrictè interpretandę iuxta tenorem verborum, vt patet ex Nau. Commentar. de Indulg. notabil. 9. nu. 9. & ex Palud. in quartũ diſt. 20. q. 4. & ideò non ſunt extendendæ ad perſonas, vel actiones, aut caſus ſimiles, vt dicit idem Suarez in d. to. 4. diſput. 50. ſect. 3. ccluſ. 2. in principio.

8 Et pręterea dato quod prędictum Priuilegium, & prædictę Indulgantiæ poſſint etiam prodeſſe viuenti, earum tamen effectus nõ poſſet ſuſpẽdi ad aliud tempus extra illud, quo fit opus ex quo acqrũtur, cũ cõcedantur in ipſo inſtanti in quo opus cõſumatur, niſi aliud exprimant, per dicta à Suarez in d. tom. 4. diſput. 52. ſect. 2. Et ratio eſt, quia Indulgentiæ non plus operãtur quam exprimunt, vt dictum eſt, ſi ex forma earum non conſtat intentionem concedentis fuiſſe vt effectus ſuſpendatur vſque ad tempus mortis, ſi aliquis vellet ſuſpẽdere nihil operaretur; ſed formæ omnium indulgentiarum de huiuſmodi ſuſpenſione verba non faciunt; ergò nõ eſt affirmãda.

Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XX.

DE DISPENSATIONE SVPER taxam panis, An poſſit Princeps illam concedere tuta conſcientia?

SVMMARIVM.

1 *LEx naturalis nec ex toto, nec ex parte per humanam legem abrogari poteſt.*

Princeps diſpenſare nõ poteſt vt res vendatur alterato iuſto pretio, nec venditionem huiuſmodi diſſimulare.

Tolerantia Principis in caſu à iure prohibito, diſpenſationem inducit.

2 *Pretium iuſtum non alteratur ex modico defectu, vel exceſſu bonitatis rerũ.*

3 *Vendentes vltra pretium iuſtum peccãt, & reſtituere tenentur.*

4 *Pretium iuſtum rerum non eſt cõſiderandum ex lucro, vel damno mercatorum, ſed ex cõmuni æſtimatione.*

5 *Princeps ex iuſta cauſa concedere poteſt vt res vendantur vltra taxam quãdo res excedunt in bonitate res taxatas, dummodo cõceſſio fiat intra limites exceſſus bonitatis.*

6 *Pretia rerũ alia legalia, alia naturalia.*

7 *Pretia rerum ſunt in triplici differentia.*

Pretium naturale non tollitur à pretio legali.

SEreniſſimus Dux Piſtori ſuę domus permitit vt in ſeruitium multorum Nobilium

bilium & aliorum, qui ſponte volunt panem ab ipſo emere, illũ cõficiat albũ, & melioris cõditionis illo quẽ cõficiũt cæteri Piſtores Ciuitatis, nec non & vt illũ vẽdere valeat aliquãtulo vltra iuſtam taxã poſitam à Rectoribus Cõmunitatis pro cõmuni vẽditione panis, ex eo quòd pro conficiendo tali bono pane, multos ſuſtinet labores & diſpendia, & vltra quam ſuſtinent cæteri Piſtores, vertitur in dubium An poſſit hoc tuta conſcientia permittere?

1 Pro parte negatiua facit Primo quia lex naturalis nec ex toto, nec ex parte, per humanam legem abrogari poteſt, iuxta communem Theologorũ ſententiam, quam docet D. Thom. 1. 2. q. 64. art. 5. Sed vt res pretio iuſto vẽdantur eſt iuris naturalis; ergò non poteſt Sereniſſimus Princeps diſpenſare, vt prædictus panis, aut res quęlibet, contra ius naturale venundetur, alterato iuſto pretio, nec cõſequẽter tolerare, & diſſimulare talem venditionem, cum tolerantia & diſſimulatio Principis in caſu à iure prohibito diſpenſationem inducat ſecundũ gloſ. notabilem in c. quia circa de conſang & affin. Probatur minor; nam quicquid eſt iuris naturalis, eſt per ſe bonum aut malum; ſed, vendere rem iuſto pretio eſt per ſe bonum, & vendere pretio iniuſto eſt per ſe malum; ergò iuris eſt naturalis, vt res iuſto pretio vendantur.

2 Secundo quia modicus exceſſus, aut defectus bonitatis alicuius rei non poteſt ex natura ſua alterare iuſtum, & taxatum pretiũ eius, quoniam parum pro nihilo reputatur; & alioquin nulla ferè eſſet res, quæ

quæ vendi taxato pretio poſſet, cum ferè nulla inueniatur, quæ comparatione alterius non ſit melior aliquantulum, aut peior; ſed prædictus panis modicum excedit bonitatem aliorum; ergò permitti vt venundetur vltra taxam non poteſt.

3 Tertio quia, vel pretium panis alijs piſtoribus taxatũm ex natura rei eſt iuſtũ, vel non; ſi eſt iuſtum, ſequitur ꝙ omne id quod Piſtor in venditione inſuper accipit eſt vltra pretium ex natura rei iuſtum, ac ideo peccat contra iuſtitiam, remanetque reſtitutioni obnoxius, ac conſequenter peccaret Sereniſſimus Dux, ſi id permitteret. Si verò pretium taxatum ex natura rei nõ eſt iuſtum, poſſent etiam cæteri Piſtores in foro conſcientiæ vltra taxam vendere; ſed illis non eſt hoc permittendum, quia iuſtiſſimum eſt pretium; ergò neque huic.

4 Quarto quia iuſta rerum pretia, iuxta quę vnuſquiſque de iure naturali & diuino tenetur vendere, non ex lucro mercatorum ac damno metienda ſunt, ſed ex communi earum æſtimatione l. pretia ff. ad legẽ Falcid. Idque ſiue mercatores parum lucrentur, ſiue multum, quia merces eis quorum ſunt pereunt, aut accreſcũt, vel vileſcũt in pretio, non Reipublicę cui exponuntur vẽdendæ: eſt communis Doctorum ſententia, quam refert & ſequitur Molina de Contract. diſput. 348. num. 7. poſt Corradum, Sotum, & alios quos citat, qui communiter etiam improbant ſententiam Scoti in quartum diſt. 15. q. 2. ad fin. ar. 2. & Maior. in ead. diſt. q. 4. aſſerentium iuſtum pre-

pretiū eſſe in manu Mercatorum &c. Sed communis æſtimatio panis in Ciuitatæ eſt illa quæ eſt à Rectoribus Ciuitatis taxata; ergò iuxta talē taxā vnuſquiſquè tenetur vendere.

5 His tamen non obſtantibus dico Sereniſſimū Ducem, ſi ex aliquo ſuo contractu, vel iuſta capitulatione, aut promiſſione Ciuitati facta nō impeditur, poſſe tolerare, immo & concedere prædicto Piſtori, vt poſſit in venditione ſui panis excedere communem taxam in tanta ſummæ quantitate, quanta arbitrio expertorum æſtimari poteſt ille exceſſus bonitatis panis, laborum, & diſpendij, dummodo talis æſtimatio contineatur intra limites pretij rigoroſi quod ex natura rei haberet panis in Ciuitate, remota taxa, vltra quos limites nullo modo eſt egrediendum, quamuis aliter dānificaretur Piſtor, quia læderetur ius naturale ſuper q Sereniſſimus Dux nō habet poteſtatē diſpēſandi, vnde eſſet reus peccati, & obnoxius reſtitutioni Piſtor, qui venderet, & Sereniſſimus Dux, qui toleraret & concederet. Nec æſtimatio dictorum exceſſuum, & pretij panis arbitrio ipſius Piſtoris eſt remittenda, vt in conſimili caſu dixerūt Aragon. in 2. 2. D.Tho. q.78. ar.4. & Ban. ſuper ead. q. art. 1. quia nemo eſt bonus Iudex in propria cauſa; ſed Sereniſſimus Dux curare debet vt de tempore in tēpus aliqua iuſta taxa ab expertis viris ei præfigatur.

Probatur dictum ex communi omnium Theologorū, & iuris Canonici & Ciuilis Doctorum ſententia, aſſerētium auctoritate Principis poſse aliquos legibus

bus ſolui, quamuis ſecundum veriorem opinionem iuſta cauſa requiratur, vt Princeps hoc faciat abſque peccato; ita D. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 4. Couar. de matrim. p. 2. c. 6. q. 9. nu. 7. & 10. Soto lib. 1. de Iuſt. q. 7. ar. 3. verſ. In his autem. Caiet. 1. 2. q. 96. ar. 5. quos citat & ſeqtur Azor. lib. 5. inſtitut. moral. c. 15. circa prin. in prima par. qui aſſerit ſufficere quamlibet iuſtam & rationabilē cauſam; quæ quidem non deeſt in caſu noſtro, nam cum multi ſint, qui volunt à prædicto Piſtore bonum panem emere, pro quo cōficiēdo, (vt aſſeritur) ipſe multo maiores labores & diſpēdia ſuſtinet quā cętери Piſtores Communitatis, iniquū eſſet ſi illis ſic inſer uiret cum proprio damno, vt docet l. aſſiduus C. qui potior. in pign. habeant. & l. planè ff. de pret. heredit. quibus conſonat ius illud naturale explicatum à D. Paulo prima ad Corint. 9. quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? ad obuiandum igitur huic iniquitati, iuſtè poteſt Sereniſſimus Dux circa taxam diſpenſare.

6 Nec obſtāt argumenta in contrarium, Ad Primum enim reſpondetur, Iuſtum pretium rerum eſſe in duplici differentia, legitimū vnum, & eſt illud quod eſt à lege taxatum, & naturale alterū, & eſt illud quod ex ipſiſmet rebus, multis conſideratis, conſurgit, quacunque lege humana ſecluſa. ſuper primū Princeps diſpenſare poteſt; ſuper ſecundum non poteſt; diſpenſando autem ſuper primum non ideò concedit vt res iuſto ſuo naturali pretio non vendatur, ſed tantum vt non vendatur pretio legali, ſuper quod auctoritatem habet.

Ad

Ad ſecundum reſpondetur procedere ſtante taxa, ſed nos loquimur in caſu quo fuit conceſſa diſpenſatio.

7 Ad tertium reſpondetur, cōcedendo pretium taxatum eſſe ex natura rei iuſtum, ſed quia quælibet res vltra pretium taxatum habet in ſe pretium naturale quod ſuas habet latitudines, rigoroſi, medij, & infimi, & infra has latitudines vendere, ſemper ſeruatur iuſtitia pretij, ideo tuta conſcientia poſſunt Rectores Communitatis imponere taxam rebus vendendis pretio infimo, & erit iuſta taxa, at nihilominus remanet vt res ſic taxata poſſit ex natura ſua iuſtè plus vendi vſq; ad pretium rigoroſū, taxa abſtracta; ſed in caſu noſtro Piſtor eximitur à taxa; ergò liberum ei remanet vt poſſit licitè vendere excedendo vſque ad latitudinem pretij rigoroſi, quod cęteri Piſtores facere nō poſſunt, quia ſubduntur taxæ; & pretium per taxam poſitum eſt iuſtum, conſiderato pretio infimo.

8 Ad quartum reſpondetur quod quamuis, poſita taxa, communis ęſtimatio panis ſit illa taxata, attamen quia taxa nunquam tollit naturale pretium rerum], quod naturale pretium cum habeat ſuas latitudines rigoroſi, medij, & infimi, conceſſa exemptione à taxa ꝯ exēptibus ſtatim licet infra has latitudines vendere. Saluo ſemper, &c.

CONS-

CONS. XXI.

DE ABSOLVTIONE AB HÆRESI à Prelato Regulari non bene data.

SVMMARIVM.

1 *HÆreſis dicitur ab adhęrendo, & adhæſio fieri debet cum pertinacia, ſine qua hæreticus dici quis non poteſt.*

2 *In dubio nō præſumitur quis delinquere ex actu quem facit, ſeu ex uerbo quod dicit, niſi delictum ſit illi fauorabile.*

3 *Interpretatio propria Confeſſionis ad partem pertinet.*

4 *Minor ſi confitetur ſe feciſſe delictum, de quo per ſolam ſuam Confeſſionem conſtat, tanquam læſus reſtituitur in integrum etiam non probata læſione. Et illi Confeſſio non nocet ſi curatore carens deliquiſſe fatetur. Sed vide in num. 14.*

5 *Pueri doli capaces pro iniectione manus in Clericum ab Epiſcopo abſolui poſſūt. Rigor manſuetudine eſt temperandus. Prælati habentes ſubditos pleno iure ſubiectos, omnia iura Epiſcopalia in illos exercere poſſunt.*

6 *Prælatus Regularis abſoluere ſubditū ab hæreſi nō poteſt. Purgatorium inueniri eſt de fide affirmandum. Eccleſia nō iudicat de occultis, ſed ſolos externos actus punit. Abſoluentes ab excommunicatione Bullæ Cænæ Domini, excommunicantur in eadem bulla, à qua Papa ſe-*

ſolus abſoluere hodie valet.

7 *Abſoluentes ab excommunicatione bullæ in Cœnæ Domini ſine præſumptione, excommunicationem non incurrunt.*

8 *Hæreticus nō eſt ille, qui aliquid contra fidem iocosè affirmat.*

9 *Hæreticalia dicens aut faciens, hęreticus eſt, aut de hæreſi valde ſuſpectus.*

Pueri promiſſimi ſunt ad falſas excuſationes, & pręſumũtur de facili dicere mendacia.

10 *Metu aliquo fidem abnegãtes, ſunt de hęreſi ſuſpecti.*

11 *Religioſi hæretici, vel de hęreſi ſuſpecti, denunciãdi ſunt Inquiſitoribus abſque aliqua conſultatione cũ Superiori, ſub pœnis contentis in Bulla Paul. V. Nec in huiuſmodi cauſis ſe poſſunt Superiores intromittere.*

12 *Actus humani ſunt in triplici differentia.*

Actus per ſe mali fieri boni non poſſunt, ſed ex fructibus eorum cognoſcuntur.

Actus dubij in meliorem partem ſunt interpretandi.

13 *Voluntatis quæſtio non admittitur in verbis non ambiguis.*

VErtitur in dubium An Pręlatus cuiuſdam Religionis licitè in exteriori foro abſoluere potuerit Nouitium ſuæ domus minorẽ quatuordecim annis, qui pluries coram alijs Nouitijs negauerat īueniri Purgatorium, & pluries correptus perſiſtebat in ſententia, quare fuit caſus ad Prælatum delatus, qui acceſito nouitio digna eum reprehẽſione correxit: ſed quia Nouitius excuſauit ſe, aſſerẽdo verba illa protuliſſe iocosè, Prælatus eũ abſoluit, ideo queritur An hæc abſolutio ſit valida?

Et videtur reſpondendũ affir-

affirmatiuè Primo quia p̄ Priuilegium conceſſum à Paulo III. Societati Ieſu, vt habetur in eorum compendio. tit. Abſolutio, & refert Peregrin.in Cōpēd. noſtrorum priuilegiorum in primo ſchol. tit. abſolutio quò ad fratres; quod Priuilegium cum participet Religio prædicti Prælati, poſſunt in ea Nouitij ante profeſſionem abſolui à ſuis ſuperioribus ab omnibus peccatis, & cenſuris ante vel poſt ingreſsū Religionis commiſſis, exceptis reſeruatis in Bulla Cęnę Domini: At hic caſus nulla alia cauſa poteſt eſſe reſeruatus in prędicta bulla, niſi quatenus eſt caſus hęreſis; ſed non videtur

1 talis, quia hęreſis dicitur ab adhærendo, hęc autem adhęſio fieri debet cū pertinaci adhæſione, vt habetur in Direct. Inquiſit.p.2. q.1.n.2. Et patet ex his quę dixi in 3.p.lib.3.c.1.nu.8. Et ideo ſi talis adhæſio cū pertinacia non eſt, hęreticus per eam quis dici non poteſt, vt patet in c.Dānamus, in fin. de Sum. Trin. & fid. Cath. & ibi gloſ. finalis; & ratio eſt, quia hęreſis nunquam perficitur, niſi pertinax conſenſus accedat; nec hęreſis conſiſtit in dictis, aut factis, ſed in ītellectu, & volūtate, vt dicit Pegna in cōment. 24. primæ par.direct. Inquiſit. ſuper q. 9. Sed quamuis prædictus Nouitius negauerit Purgatorium inueniri, quod eſt dictum fidei noſtrę contrarium, attamē non negauit cum pertinacia, & cōſenſu voluntatis, quia poſtea cōfeſſus eſt ea verba protuliſſe iocosè, quod perinde eſt ac ſi diceret, ſe contrarium mēte ſentire; ergò non eſt caſus hęreſis: ergò licitè Prælatus abſoluit.

2 Secundò quia in dubio non prȩſumitur quis delinquere ex actu quem facit, ſeu ex verbo quod dicit, niſi delictũ ſit illi fauorabile, vt notabiliter colligunt Doctores ex gloſa iuncto tex. in l. qui iuraſſe §. ſi Pater ff. de iureiurãd. & Ludouic. Rom. in conſ. 340. incip. Plura ſunt, & Deci. in l. ſi emancipati col. 4. C. de collat; ſed cũ prædictus minor negauerit Purgatorium inueniri, & poſtea affirmet, dicendo negaſſe iocosè, ex hac affirmatione, & negatione, dubij ſumus an deliquerit nec ne: ergò præſumendum eſt non deliquiſſe, maximè quia delictum nõ eſt illi fauorabile; ergò à ſuo Prælato licitè abſolui potuit.

3 Tertiò quia ad partẽ pertinet interpretatio propriȩ confeſſionis l. ſi quis intentione, vbi Bald. ff. de Iudic. & Bart. in l. is qui reus, 1 pen. col. ff. de Publ. Iudic. & cõſequenter eius interpretationi erit ſtandum; ſed in caſu noſtro pars interpretatur ſuam confeſſionem fuiſſe iocoſam; ergò eius interpretationi erit ſtandum; ergò prȩdictus Nouitius legitimè abſolutus erit iudicandus.

4 Quartò quia ſi minor cõfitetur ſe feciſſe delictum, de quo aliter non conſtabat niſi per confeſſionem ſuam, tunc tanquam lȩſus reſtituitur in integrum, etiam nõ probata lȩſione, quia ſatis lȩſus prȩſumitur ex ipſa confeſſione, vt notabiliter dixit Angel. in l. certum §. in pupillo ff. de Confeſſ. quem referunt, & ſequuntur Domin. Alex. & Iaſon in l. nam & poſtea §. ſi minor ff. de iniur. & pro dicto ſingulari reputat, & ſequitur Hyppolit.

Mar-

Marſil. in not. 445. ver. minor; ſed in caſu noſtro ex ſola confeſſione minoris conſtat delictum cum tantum in verbis cõſiſtat; ergò tanquam læſus, eſt in integrum reſtituendus; q̄ eſt dicere, minoré eſſe ponendum, in eo ſtatu ac ſi nunquam negaſſet Purgatorium. Imò vt tradit Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cent. 3. caſu 268. num. 2. Confeſſio minori non nocet, ſi curatore carens deliquiſſe fateatur, cum iudicium ſit nullum l. cum & minores C. ſi aduerſ. rem iudic. & l. clarum C. de auct. præſt. ergò non eſt quod abſolutioni obſtet.

5 Quintò quia pueri doli capaces excõmunicati pro iniectione manuũ ab Epiſcopo abſolui poſſunt, vt habetur in c. fin. de ſent. excommunicat. & rationé aſſignat ibi textus, quia rigor eſt manſuetudine temperandus, cũ propter defectum ætatis fuerit commiſſus exceſſus; ſed eadem ratio militat ĩ caſu noſtro; ergò ex iuris vulgata regula debet eadem militare iuris diſpoſitio; ergò poteſt à ſuo Pręlato abſolui: cũ Prælati inferiores, qui habent ſubditos pleno iure ſubiectos, poſſint in illos exercere omnia iura Epiſcopalia, quæ tamen ſunt iuriſdictionis, & non ordinis Epiſcopalis, vt notat Panor. in Clem. 1. de reb. Eccleſ. nõ alien. nũ. 8. & huiuſmodi eſt hæc, de qua eſt nunc ſermo.

6 His tamen non obſtantibus Ego cenſeo prædictũ Prælatum nullo modo abſoluere potuiſſe prędictum Nouitium in caſu propoſito, quia eſt caſus reſeruatus in Bulla Cęnę Domini; eſt enim hęreſis, eò quod de fide tenemur credere inueniri Purgatorium, &

contrarium aſſerere eſt hęreticum, & contra doctrinam Patrum, & Conciliorum præſertim Florentini in decreto vnionis, & Trid. in ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 25. in decreto de Purgatorio, & in ſeſſ. 12. c. 2. & can. 3. ſed prędictus Nouitius contrarium pertinaciter aſſeruit; nam, vt in facto aſſeritur, pluries à ſocijs correptus, in negatione perſiſtebat, aſſerens legiſſe in quibuſdã libris; ergò tanquã hęreticus iudicãdus eſt ſaltem in foro fori; & in eodem foro prędicta cenſura ligatus, quoniam hominibus verba patent, non mentis affectus, & ſolus Deus de animo iudicat, Eccleſia vero de ſermone quem nouit, veluti probatur ex c. ſicut tuis §. fin. de ſimon. & ex c. tua nos §. fin. eod. tit; & ideo non punit ipſa actus internos, ſed externos ſcienter & voluntariè factos; ergò cum profertur ab Eccleſia excõmunicatio contra hęreticos, eos comprehendit, qui aliquid data opera cõtra fidẽ affirmant; ſed in caſu noſtro data opera Nouitius affirmauit Purgatorium non inueniri, vt patet ex prima ſua pertinacia; ergò comprehẽſus eſt in dicta bulla ſaltem in foro fori; ergò non abſoluendus, & Pręlatus ille qui de facto abſoluit, excommunicationis ſententiam incidit, quæ in calce prædictę bullæ infligitur cõtra eos, qui de facto abſoluere pręſumpſerint; quia à prędicta Bulla ſolus Papa abſoluere hodie poteſt; nã etiã Epiſcopis eſt ſublata facultas, quam in caſu occulto, vigore Conclij Tridentini habebant, vt declarauit Pius v. Greg. xiij. & Clemen. viij. & refert Nau. in man. c. 27. n. 260.

& 276. & in conſil. 15. de ſent. excom. Et Marcus Antonius Genuenſ. in ſua praxi Archiep. c 66. nu. 10 Et ita ſæpè pronunciauit Prætorium Sanctæ Generalis Inquiſitionis Romanæ, vt refert Pegna in Direct. Inquiſ. coment. 141. p. 3. q. 92. addens quod nec Inquiſitor poteſt abſoluere niſi tantum à ſe excõmunicatos, iuxta Locatũ in opere Iudic. verſ. abſolutio num. 10. per Bullam Alex. 4.

7 Verum quia in Bulla Cęnæ Domini adſunt verba illa, prçſumpſerit, excuſatur prædictus Prælatus in foro Poli, ſi abſoluit per obliuionem, incogitantiam, ſimplicitatem, aut ignorantiam inuincibilem. Et ratio eſt, quia lex imponens pœnam præſumenti facere aliquid, non comprehendit enumeratos caſus, iuxta ſingularem doctrinã Cardin. in Clem. 1. de Priuil. q. 38. communiter receptam, de qua Nau. in c. accepta de reſtit. ſpoliat. oppoſit. 8. & in c. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 62. Et in man. c. 27. nu. 73.

8 Et excuſaretur etiã in eodẽ foro Prçlatus ſi Nouitius verè verba illa ꝓtuliſſet iocosè; nam qui per iocum aliquid contra fidem temerè affirmat, quamuis peccet, attamen in cõſciẽtia hęreticus nõ eſt cẽſendus, vt dicit Azor. in 1. par. lib. 8. inſtit. Moral. c. 9. q. 9. nec in prædictam excommunicationem incidit ſecundum eundem, in q. 10. ceſſat enim pertinacia.

9 Quç excuſatio in foro fori, de quo nos loquimur, admitti non poteſt; nã duo ſunt ea quæ aſſeruit prædictus Nouitius, & inter ſe diſtincta in eſſentia, & in tempore, vt patet: nam

primum cũ ſocijs pluries aſſeruit non inueniri Purgatorium,& hoc adeò pertinaciter, vt correptus reſipiſcere noluerit , imò iterũ affirmauerit; in quo vera pertinacia conſiſtit, vt ex Archid. dicit Sylu. in ver. hæreſis primo q. 2. in fine; ex quo ſufficienter ſe hæreticum eſſe oſtendit, vel ſaltem de hæreſi valdè ſuſpectum reddidit; nam qui aliqua hęreticalia dicit, aut facit, hęreticus eſt, vel ſaltem de hęreſi valde ſuſpectus, vt ait Pegna in comment. 24. Direct. Inquiſit. in 1. p. q. 9. Secũdũ ꝙ aſſeruit prædictus Nouitius fuit, ea verba protuliſſe iocosè, quod dixit nõ ſpontè, ſed poſt aliquod tempus à ſuperiore accerſitus, & obiurgatus. Sed quis eſt homo ſanę mentis, qui in rebus fidei admittat tam friuolam excuſationẽ cum prædictis circunſtantijs, in perſona pueri, cum hi proniſſimi ſint ad falſas excuſationes, & præſumãtur de facili dicere mendacia, vt habetur in l. ex libero §. pri. ff. de queſtion. Quomodo præſumi quæſo poteſt iocosè dixiſſe, qui monitus pertinaciter reſiſtebat? imò potius præſumẽdus eſt malitia plenus, & à Catholica fide alienus.

10 Præterea, qui metu aliquo fidem abnegant de hęreſi ſunt cenſendi ſuſpecti, vt dici Azor. in d. c. 9. q. 9. ergò multo magis cẽſendus eſt ſuſpectus, qui abſque metu pertinaciter negat; ergò ex hoc, & ex ſupra dictis ſatis conſtat,

11 Nouitium prędictum fuiſſe de hęreſi valde ſuſpectũ: ſed hęreticali labe infectos, vel ſuſpectos profeſſores ac Religioſos ſuos vnuſquiſque alicuius Monaſterij Prælatus non ſolũ non poteſt abſoluere, & in

hac

hac eorum cauſa ſe intromittere, ſed abſque cõſultatione cum ſuo ſuperiore facienda, tenetur Inquiſitoribus, vel ordinarijs locorum reſpectiuè denunciare, iuxta ea quæ habẽtur in Conſtitutione Sanctiſſimi D.N. Pauli Papę V. quæ incipit: *Romanus Pontifex*, data Romę kalen. Septemb. 1616. & publicata ibidẽ die 3. Octob. eiuſdẽ anni: quod ſi non paruerint eo ipſo incurriſſe cẽſentur pœnam priuationis quarumcunque dignitatum, ſeu Prælaturarum, vel officiorum ſui ordinis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ cum perpetua inhabilitate ad eaſdem, nec non contra fautores hęreticorum, & impeditores officij Sanctæ Inquiſitionis, ac alias Eccleſiaſticas pœnas, ac etiam excommunicationis maioris latę ſententię à ſolo Papa abſoluendæ. Et quia prædictus Prælatus nullo pacto denunciationẽ prædictã fecit, ſed potius abſoluit, dubitandum nõ eſt in prædictas illum pœnas incidiſſe.

Nec contraria obſtant, nam quò ad Primum patet reſponſio ex dictis; duo enim, vt ſupra dixi, inter ſe diſtincta dixit talis Nouitius, ſcilicet, primò negauit cum pertinacia: & ſecundò ſe excuſauit ſub prætextu ioci. Vnde ſi cõſideramus primũ eius dictum, cenſendus eſt hæreticus pertinax, & ideo per Bullam Cænę Domini excommunicatus, vt patet ex dictis. Si verò cõſideramus ſecundũ dictũ, negari non poteſt quin ex circunſtantijs eius remaneat Nouitius de hęreſi valdè ſuſpectus, & hoc ſufficit vt non poſſit abſolui per Bullã Pauli V. ſupra citatam, cum in ea ſtatutum ſit, vt

Superiores Regulariũ nullo modo ſe in cauſis hęreſis, vel de hęreſi ſuſpectis intromittant.

12 Ad ſecũdũ reſpõdetur deſtinguendo inter actus, nã actus humani, ĩter quos etiã verba cõprehẽdimus, aut ſunt ꝑ ſe boni, aut per ſe mali, aut fortè indifferẽtes; ſed prætermiſſis bonis, quia iſti non pertinent nũc ad ſermonẽ noſtrũ: ſi nos loquimur de per ſe malis, cuiuſmodi eſt hæreſis, blaſphemia, fornicatio & ſimilia, in eis nunquã poſſumus eſſe dubij an quis deliquerit, quando ſumus certi de actu, quia nunquã poſſunt bono animo fieri, aut dici, quia ſunt manifeſtè mali, & ideo ex fructibus eorum cognoſcũtur, vt habetur in reg. ſecunda extra de reg. iur. At ſi ſermo erit de indifferentibus actibus, tunc cõcedo quod in dubio non præſumitur quis delinquere; nam cũ actus ſit indifferens poteſt eſſe bonus & malus, & ideo iudicandus eſt bonus iuxta prædictam reg. ſecundam extra de reg. iur. quatenus habet, ea facta quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorẽ partẽ interpretari debere; ſed nos non ſumus in caſu dubio, ſed in caſu manifeſtè malo, qualis eſt hęreſis.

13 Ad tertium reſpõdetur hahabere locum quãdo oratio alicuius confeſſionis fuit ambigua, & ita loquitur tex. in d. l. ſi quis intẽtione, quia, cum in verbis non ſit ambiguitas, nõ admittitur volũtatis quęſtio l. ſi non conuitij C. de iniur. l. labeo ff. de ſupellect. leg. l. ille aut ille ff. de leg. 3. At in caſu noſtro oratio non fuit ambigua, ſed plus ſatis expreſsè nouitius in prima confeſſione negauit Purgatorium inueniri:

nec

nec redditur ambigua ex ſecunda confeſſione, quæ prorſus eſt ſeparata à prima: argumento l. Papinianus ff. de minoribus.

14 Ad quartum reſpondetur locũ habere quando confeſſio fuit iudicialis, tunc enim verè dicitur minor, læſus, & debetur ei reſtitutio in integrum, ſi illam petierit, vt habetur in d. l. certum §. vlt. ff. de confeſſ. At in caſu noſtro prædicta confeſſio Nouitij eſt potius dicẽda delictum, quã confeſſio delicti: Sed dato quod ſit confeſſio talis ꝙ ideo ſit reſtituendus in integrum, attamen non erat abſoluendus, niſi facta cũ effectu dicta in integrum reſtitutione; nam nõ eſſet nulla confeſſio, ſed valida, attamen beneficium reſtitutionis prædictæ cõcederetur ei petenti propter minorem ętatem, quę præſumeretur læſa; Vnde ante reſtitutionem ſemper diceretur confeſſus. Nec eſt concedenda à quocunque, ſed à proprio Iudice ipſius Nouitij, cuiuſmodi non eſt Pręlatus Monaſterij in hac cauſa, ſed Inquiſitor vel Ordinarius iuxta prædictã Bullã Pauli V. Et de confeſſione iudiciali loquitur Menochius.

Ad quintum reſpondetur quod tunc militat eadem iuris diſpoſitio in caſu quo militat eadẽ ratio, quando ab aliqua alia iuris diſpoſitione non impeditur militare, alioquin multa ſequerentur inconuenientia; ſed prędicta iuris diſpoſitio impeditur in caſu noſtro, tum per Bullã in Cæna Domini, tum etiã per dictam Bullam Pauli Papæ V. ergò non poteſt habere locum. Et hæc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXII.

DE MATRIMONIO NVLLO ob impedimentum ſornicariæ affinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſubſequens impeditur & dirimitur per fornicationẽ precedentem in primo & ſecundo affinitatis gradu.*
2 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*
3 *Impedimentum matrimonij quando non conſtat in foro fori, cogendi ſunt interim cõtrahentes vt cohabitent, ſcilicet poſt deſponſationẽ, niſi fama impedimenti obſtaret.*

1 Contraxit Titius ignorãter matrimonium cum Berta, cum qua ipſius Titij Pater fornicationẽ commiſerat, ſed diuulgato impedimento, priuſquã Titius matrimonium conſumaret, propria auctoritate e domo Bertam dimiſit, & quamuis Pater Paracho auctoritatem diſpenſandi à ſacra pœnitentiaria poſt hæc impetrauerit, attamen non vult Titius iterũ matrimonio conſentire, quæritur quid faciẽdum? Reuerendiſſime Domine. Matrimonium in caſu iam propoſito eſſe nullum, dubitandi locus non adeſt, nam fornicationem præcedentem, matrimoniũ ſubſequens impedire, ac dirimere in primo & ſecundo affi-

affinitatis gradu, expreſsè decernitur in Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de reform. quare Titius à Berta tanquam à non ſua, quò ad habitationem minimè, ſed quò ad torum iure merito ſe ſeparauit. Nec cogi poteſt vt iterum in matrimoniũ cõſentiat, immo ſi conſentire ſponte vellet, & impedimentum eſſet notorium maiori parti viciniæ vbi prædicti habitant, admittendus non eſſet, niſi à Sũmo Pontifice diſpenſationem in foro fori prius obtineret; nam Bullæ Sacræ Pœnitentiariæ pro delictis occultis, & in foro conſciẽtiæ tantum conceduntur, ac ideo clauſula illa ſemper apponi ſolet, ſcilicet. *Et cum premiſſa occulta ſint;*
2 Item & illa: *In foro conſcientiæ tantum*, quæ cauſę quia ceſſant propter præcedentis fornicationis famã, & effectus ceſſare debet, per c. cũ ceſſante de appellat. l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. Hæc in foro conſcientię dicta ſint; nam
3 in foro fori, in quo de matrimonio cõſtat, de impedimento autem iudicialiter non conſtat, cogendus eſſet Titius vt cum Berta cohabitet iuxta determinationem c. porro & c. ſignificaſti de Diuort. niſi fama fornicariæ affinitatis obſtaret; illa namq; vrgente ad Epiſcopum pertinet, etiam nullo accuſante, impedimentum inquirere, & ſcientes ad veritatem denunciandũ compellere, & cauſa cognita matrimonium diſſoluere, vt patet ex textu & gloſſa in ver. Sed publica in d. c. porro; Ideoque exiſtimarem interim non eſſe Titium cogendum ad Bertam recipiendã, niſi ipſa reſtitutionem peteret: Tum quia tantum de vxo-

re

re reſtitutionem petente eſt ſermo in dd. cc. porro, & ſignificaſti. Tum quia ex ſententia ferenda contra matrimonium, cum maiori ſcandalo & dedecore noua ſeparatio fieret. Hęc dicta ſint ſaluo ſemper, &c,

CONS. XXIII.

DE DONATIONE AD PIAM cauſam, quæ cum impleri non poſſit applicanda eſt ad ſimilem cauſam.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio eſt irrita quando ad certam cauſam facta eſt, cauſa nõ ſequuta. Sed quando hoc erit vide in nu.* 11.

Heredes ſuccedunt in vniuersũ ius defuncti tẽpore mortis.

2 *Eleemoſyna ob ſimulatã paupertatem acquiſita, eſt donatori reſtituenda ſecundum Sotum. Sed pauperibus eſſe dandã, uel ad piũ vſum expẽdẽdã dicitur in n.* 12.

3 *Donationis vis pendet ex intentione donatoris.*

4 *Matrimonio non ſequuto repetitur conditione ex cauſa data id quod actum eſt vt in dotem detur. Sed dandum eſt pauperibus, ſi pauper erat puella nubenda, ut in num.* 14.

5 *Donatio ad pias cauſas facta poteſt repeti priuſquam ſit acceptata.*

6 *Mandatum etſi morte mandantis re integra expiret, excepio fauore piæ cauſæ,* ab

ab ipſo tamen mandante reuocari poteſt, ſed vide in nu. 16.

7 *Pœnitentia licita eſt in contractibus innominatis etiã ad pium opus celebratis, illa tamen heredibus non eſt licita, vt in nu. 17.*

8 *Relicta ad pium vſum; ſi ad illum non ſufficiant, expendenda ſunt in alium cum conſenſu Eccleſiæ in cuius beneficium fuerunt donata. An verò requiratur conſenſus heredis vide in nu. 9.*

Ciuitas & Eccleſia in ſimilibus parificantur.

Fideicommiſſi, & legati eadem eſt natura.

10 *Pia legata quando in alium vſum ſunt conuertenda, eſt hoc cum Epiſcopi cõſenſu faciendum, conuertenda que ſunt in vſum proximiorẽ voluntati teſtatoris.*

15 *Donationem ad pias cauſas quilibet priuatus acceptare poteſt.*

DN. dum eſset in humanis tradidit ſcuta centũ Titio conſanguineo ſuo, ea lege vt illa applicaret ad ornatum cuiuſdam capellæ ipſius teſtatricis, ſitæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Paradiſo Mutinæ, quæ D. N. re adhuc integra, ceſſit e vita. Sed cum dicta centũ ad conueniens ornatũ dictæ capellę non ſufficiant, quęritur an teneatur in conſcientia Titius ea hęredibus dictæ D. N. reſtituere? & videtur reſpondendũ affirmatiuè.

1 Primo quia quando aliquid ad certum finem, ſeu certã cauſam donatur, fine, ſeu cauſa non ſequuta irrita erit donatio, vt patet ex multis Iuribus ff. de condit. cauſa data non ſequut. & C. de condit. ob cauſ. Sed dicta D. N. dicta centum Titio dedit ad finem ſeu cauſam ornandi capellam in d. Eccleſia

S. Ma-

S. Marię de Paradiſo;ergò cum non fuerint expenſa ad dictum ornatum, nec expendi poſſint, quia non ſufficiunt, irrita erit donatio, & conſequenter illa centum erunt heredibus donatricis reſtituenda,qui ſuccedũt in vniuerſum ius ꝙ defuncta habebat tempore mortis, vt in l. nihil
2 ff. de verb. ſign. Quod cõfirmatur ex Soto lib. 9. de Iuſt. q. 7. art. 3. ad 4.quatenus ait, obtentũ à paupere ob ſimulatam paupertatem, donatori eſſe reſtituendum, quia hic non intendit donare Chriſto, niſi quatenus huic pauperi donare intendit; ita à ſimili in caſu noſtro dicta centũ erunt heredibus D. N. reſtituenda, quia eatenus ipſa ad piam causã ea applicauit, quatenus ad ornatum dictæ capellę expendenda erant.
3 Secundo, Tota vis donationis pendet ex intentione donantis vt notum eſt: ſed qui dat ad certum finem; ſeu ad certam cauſam, limitat intentionem ſuam ad illum finem; ſeu ad illam cauſam; ergò fine, ſeu cauſa illa non ſequuta, irrita erit donatio.
3 Tertio, ſicut qui rem, vt ea in dotem detur, alicui traderet, matrimonio non ſequuto, haberet ad rem petendam cõditionem ex cauſa datà l. ſi ergò ĩ prin. ff. de iure dot. quamuis donatio cauſà dotis ſit cauſa pia, vt habetur in l. cum is §. ſi mulier ff. de condit. indebiti, ita qui traderet aliquid ad capellam ornandam, quamuis ſit cauſa pia, competere ei deberet eadem conditio, capella non ornata, ſed cum donatrix ſit iã defuncta, talis conditio ad heredes eius pertinere debet ad dicta centum petẽda;ergò dicta cen-

centum ipſis heredibus in foro conſcientiæ erunt reſtituenda.

5 Quarto, liberalis promiſſio, ſiue donatio ad pias cauſas facta, reuocari poteſt priuſquam ab aliquo ſit acceptata, vt colligitur ex gloſsa in c. quoties cordis, verſ. & pte .i. q. 7. quam cõmunem eſse opinionẽ affirmat Clar. in §. Donatio. q. 12. Et Gama in deciſ. 381. num. 3. & Ruin. conſ. 132. Et eam cõfirmãt ex gloſ. in l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ. in ver. alia cauſa, communiter recepta, & probat Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 14. nu. 16. Sed prędicta traditio à D. N. Titio facta, non fuit ab aliquo acceptata; ergò reuocari poteſt à prędictis heredibus tãquã ſucceſoribus ad iura d. D. N.

6 Quinto, mandatum quãuis regulariter morte mãdantis re integra expiret, vt in l. mandatum C. mandati, fallit tamẽ fauore pię cauſę, pro qua durat etiã re integra poſt mortẽ mãdantis, vt cõmuniter Doctores fatentur, vt refert Couar. lib. 1. var. reſol. c. 14. nũ. 16. argumento tex. in l. ſi ergò §. 1. verſ. ſed benignius ff. de iure dot. & probatur clarius ex l. ſi pater in prin. ff. de matrim. vind. vbi mãdatũ fauore libertatis morte mãdantis non expirat. Et notat Bald. in Auth. ſi qua mulier n. 37. C. de Sacroſ. Eccleſ. & citat tex. in c. exiui §. in eo vero caſu col. 13. de verbor. ſignifi. in ſexto. Sed mandatum etiã ad pias cauſas factũ reuocari poteſt ab ipſo mandante, vt patet ex l. hoc iure §. ſi quis dederit ff. de donat. & ex l. 4. ff. de ſeru. export. & l. 1. C. ſi mãcip. ita fuer. alien. vt manumitt. & l. ſi pecuniam §. 1.

ff. de condit. cauſ. data. & ibi Alex. in n. 15. ergò heredes qui in eius ius ſuccedunt tale mandatum, quod poſt mortem teſtatoris durat, reuocare poſſunt.

7 Sexto, in contractibus innominatis, etiam ad pium opus celebratis, licita eſt pœnitentia, vt tradit Roman in d. l. ſi pecuniam nu. 11. quā ibidem ſequitur Iaſon in col. 1. & facit tex. in d. l. ſi pecunia §. 1. & in l. 4. §. 1. ff. de condit. cauſ. data. Sed dicta traditio pecuniæ à D. N. Titio facta, fuit contractus innominatus, do vt facias; ergò reuocari potuit à prædicta D. N. ergò etiam heredes tanquam ſucceſſores in eius ius, poſt eius mortem reuocare poſſunt.

8 His tamen non obſtantibus ego reſpondēdum eſſe exiſtimo prædicta centū non eſſe à Titio heredibus D. N. reſtituenda ſed omnino applicanda ad ornatum dictæ Capellæ; nam ſemel Deo dicatum, nō eſt ad vſus humanos vlterius transferendum c. ſemel de reg. iur. in 6. Verum quia cum ad id non ſufficiant, dictus Titius tenetur cum conſenſu Eccleſię vbi erat ornanda capella, ad aliud opus pium in eadem Eccleſia applicare, iuxta tex. in l. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertin. vbi legata pecunia Ciuitati, ad certum vſum expendenda, ſi pro illo vſu minimè ſufficit, expendenda eſt in alia facta Ciuitatis, in quæ Ciuitas velit erogari; Ita etiam dicendum erit in caſu noſtro, vbi tradita fuerunt centum fidei Titij ad ornandam capellam D. N. ſitam in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Paradiſo; ſed cum dicta centū ad id minimè ſufficiant, du-

dubitãdum non erit quin
ſimiliter ſint expendenda
in alium eiuſdem Eccle-
ſiæ ornatum , ſecundum
eius voluntatem ; nam in
ſimilibus Ciuitas & Eccle
ſia parificantur , vt patet
ex l. illud & ibi gloſ. in ver.
Ciuitatem, & in l. vt inter
diuinum C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. & fideicõmiſſi, ac le-
gati eadẽ eſt natura §. ſed
non vſq; Inſtitut. de legat.
l. 1. & 2. C. commun. de
leg. Et quamuis in d. l. le-
gatum , heredis & Ciui-
tatis conſenſus requiratur
ad legatum relictum Ciui-
9 ti in alium vſum applican
dum , quando pro vſu illo
pro quo fuerat relictũ non
ſufficit, in caſu tamen no-
ſtro exiſtimo conſenſum
heredum non eſſe neceſſa-
rium ; ſed loco illius adhi-
bendũ eſſe cõſenſum dicti
Titij fideicommiſſarij , vt
patebit ex his quę infra di-
cam ad obiecta in contra-
rium reſpondendo. Et vltra
cum conſenſu dicti Titij
adhibendum eſse conſen-
ſum Eccleſiæ prædictæ nõ
ſolum patet ex d. l. legatũ,
ſed etiam ex alia l. legatum
ff. de vſufructu legat. &
tradit. Petr. de Vbald. de
Canon. Epiſ. in 7. c. prin.
vt refert Marc. Ant. Genu-
enſ. in praxi Archiepiſc.
Neap. c. 24. nu. 4. Et vl-
tra Eccleſiæ & fideicom-
miſsarij conſenſum, adhi-
bendum etiam eſse exiſti-
mo conſenſum Epiſcopi ,
quamuis in d. l. legatum
ff. de admin. rer. ad Ciuit.
pertin. tantummodo he-
redis & Ciuitatis conſen-
10 ſus requirat . Et ratio quę
me mouet eſt, quia vbi in
iure pia legata in aliũ vſũ
ſunt conuertenda ex eo ꝙ
ad vſum, pro quo fuerunt
deſtinata, deſeruire nõ poſ
ſunt , conuerſio hęc Epi-
ſcopi auctoritate eſt faciẽ-
da , vt patet ex c. nos qui-

dem de teſtam. & ex Côcil, Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 8. Ex quo textu apertè etiam colligitur, commutationẽ hanc faciẽdam eſſe in alios pios vſus proximiores voluntati defunctę, cuiuſmodi eſſe exiſtimo eiuſdẽ Eccleſię ornatũ. Et caſu quo dictus Titius cõſentire nolit, tunc conſenſus Epiſcopi & Eccleſiæ ſufficit, p ea quę dicit dictus Genuenſ. in d. nu. 4. quod puto verum, finito anno à die mortis dictę D. N. per tex. in d. c. Nos quidem.

11 Nec obſtant in contrarium adducta, nam ad Primum reſpondetur q quando aliquid donatur ad certum finem, ſeu certã cauſam, tunc fine, ſeu cauſa illa non ſecuta, irrita erit donatio, quando finis ille, ſeu illa cauſa pia non fuit, at quando pia cauſa fuit, non eſt irrita donatio; nam in donationibus ad pias cauſas duplex finis adeſt, vnus primarius, alius ſecundarius: finis primarius eſt fauor animæ: finis verò ſecundarius eſt vt opus illud impleatur, ac ideo quamuis opus ad cuius finem ſecundarium donatio fit, impleri non poſſit, nihilominus donatio valet, nam ſemper ſubeſt finis primarius, & ceſſante fine ſecundario, non ceſſat diſpoſitio, vt patet ex §. affinitatis Inſt. de nupt. Quare prędicta centum hęredibus reſtitui non poſſunt, ſed fauore animę dictę donatricis, in aliũ piũ vſum ſunt expendenda.

12 Ad Confirmationẽ verò ex Soto negatur eius aſſumptum, ſcilicet quod qui dedit eleemoſynã pauperi ficto, non intẽdit donare Chriſto, niſi quatenus huic pauperi donare intendit; & ratio negationis eſt, nam cauſa princi-

palis pro qua eleemoſyna datur eſt amor Dei, impulſiua verò hic vel ille pauper, & cauſa principalis eſt potius attendenda quam impulſiua, vt contra Sotũ optimè dicit Nau. in ſumma c. 17. nu. 107. & fuit etiam ſententia Scoti in 4. diſt. 15. queſt. 2. art. 3. & Adriani in 4. tract. de reſt. q. 5. & Medinæ in Cod. de reſtit. queſt. 23. qui omnes ideo docent dictã eleemoſynã in alios pauperes vel pios vſus eſſe erogandam; ac ideo cum prædicta ratio locũ habeat in quibuſcunque ad piam cauſam datis, dubitandum nõ eſt, quod cum in caſu noſtro cauſa impulſiua donationis dict. centum capellę ornatus ſit, cauſa verò principalis Dei amor, cum applicari nõ poſſint ad capellæ ornatũ, eo quod ad illud non ſufficiunt, ad alium piũ vſum applicanda erũt.

Ad ſecundum reſpondeo ad minorem, & dico procedere quoad donationes ad non pios vſus; in donationib' enim ad pios vſus nunquã ita limitatur intentio ad certum finem, ſeu ad certam cauſam, vt donans primariè & magis principaliter nõ reſpiciat Deum.

14 Ad tertium fateor quidem id quod pro matrimonio contrahendo datum eſt, matrimonio non ſequuto ad heredes pertinere, attamen dico, ad eos pertinere cum onere expendendi illud datum ad aliã piã cauſam, ſi puella nubenda erat pauper, vt tradit Bal. Nouell. de dote par. 6. prin. n. 77. quẽ citat & ſequitur Couar. in c. nos quidem de teſtam. nu. 11. Et ratio ea eſt, nam cum ſit tũc datum ad cauſam piã, nõ poteſt ad alios vſus cõuerti; quæ ratio cum mili-

litet in hoc caſu, ergò idē erit dicendum, ſed cum vna aduertentia, ſcilicet; quod cum in caſu noſtro res tradita ſit pecunia ad heredes tranſire nō poteſt, vt dicit gloſ. in d. l. ſi ergò in verbo fauore dotium: nam eius dominium in Titium translatum fuit, vt patet ex l. 2. §. ſi pecunia ff. de donat. ac ideo ab ipſo Titio ad alium pium vſum eſt applicanda, cum conſenſu tamen dictæ Eccleſiæ, & Epiſc. vt ſupra dixi.

15 Ad quartū negatur prędictam donationem non fuiſſe acceptatam, nam ab ipſo Titio acceptata fuit, & hoc ſufficit, nam ob fauorem piæ cauſę quilibet priuatus acceptare poteſt, vt patet ex dictis gloſſis c. quoties cordis, & l. illud, & tradit Couar. in d. c. 14. & Rebell. de obligat. iuſt. lib. 18. q. 3. num. 2. vbi alios citant, & conſequēter acceptata fuerunt non ſolum ad ornatum dictæ Capellę, ſed etiam ad ornatum totius Eccleſię Sāctæ Mariæ de Paradiſo.

16 Ad quintum reſpondetur non valere conſequentiam, ſcilicet, mādatum ad pias cauſas reuocari poteſt ab ipſo mandante; ergò cum mandatum duret poſt eius mortem, re integra, ab heredibus reuocari poteſt; nam fruſtratoriū & vanum eſſet priuilegiū pię cauſę, vt re integra, duret mandatum etiam poſt mortem mandantis, ſi ab ipſo herede reuocari ſtatim poſſit; eſſetque hoc valde abſurdum, & ideo non dicendum l. nam quod abſurdum ff. de bon. liberor. c. dudum de præben. in ſexto. Quare merito Couar. in d. l. 1. variar. reſolut. c. 14. nu. 15. affirmat ſimile mandatum ab heredi-

redibus reuocari non poſſe, quod ante eum dixerat Bald. in d. Auth. ſi qua mulier nu. 37. C. de ſacroſ. Eccleſ. & expreſsè hoc dicit textus in d. c. exiui de Paradiſo de verb. ſignif. in ſexto §. in eo vero caſu, quē §. inueniens in 13. col. circa medium, & nota quia Bald. dicit quod alias non reperitur.

17 Ad ſextum reſpondetur quod quãuis in contractibus innominatis licita ſit pœnitentia contrahenti, attamen poſt eius mortem hoc heredibus eius nō licere probat idem Couar. in d. c. 14. num. 17. poſt alios Doctores quos citat, & probatur ex tex. in l. 3. ff. de ſeru. expor. Et hæc dicta ſint ſaluo ſēper, &c.

CONS. XXIIII.

DE IMPONENTIBVS noua tributa.

SVMMARIVM.

1 *Domini tēporales ex iuſtitia tenentur populos regere, ius eis dicere &c.*

2 *Domini temporales vt tributa exigere poſſint duo præcipuè ſeruare tenentur, & quæ illa ſint.*

3 *Æs modicum quod à ſubditis colligitur, tributum appellatur.*

Tributi imponēdi auctoritas eſt in ſolis Dominis, qui in regimine ſuperiorē non cognoſcūt.

Et illa imponētes ſine legitima poteſtate, aut exigentes furtum committunt.

4 *Tributum ita impoſitum, vt ipſimet ſubditi qui grauātur ad militiam, grauentur etiam ad ſoluendum ſtipēdia capitaneis eſt contra iuſtitiam diſtributiuam.*

Iuſtitiæ diſtributiuæ ratio poſcit, vt onera publica ſecundū conuenientem proportionē ſubditis imponantur.

Iuſtitiæ diſtributiuæ offenſio ex genere ſuo eſt mortalis.

5 *Iuſtitiæ diſtributiuæ violatio etſi ad reſtitutionem nō obliget, obligat tamen quādo coniungitur cum violatione alicuius iuris iuſtitiæ commutatiuæ.*

6 *Excommunicationem nō incurrunt illi, qui aliquid faciunt inculpabiliter exiſtimātes nō eſſe contra legem prohibentem ſub pœna excommunicationis.*

7 *Exigentes noua tributa ab aliquibus perſonis alicuius terræ, etſi aliqui exiſtimēt illos non incurrere excommunicationem bullæ Cœnæ Domini, hæc tamē ſētentiæ nō eſt tuta, ſed dubia nimis.*

8 *Subditi nō omnib⁹ dominis, ſed illis ſolūmodo q ab aliorū adminiſtratione nō depēdēt neceſſarios ſumptus debent pro adminiſtratione reipublicæ, niſi regalia habeant.*

ILluſtriſſimi DD. Comites Caſtri N. ex eorum ſubditis idoneis ad ferēdum arma, militiam quandā cōſtituerūt ad cuſtodiam territorij dicti Caſtri, cogentes eos, vt ſinguli eorū q dictæ militię sūt adſcripti, quolibet anno ſoluāt ſolidos quatuor in ſtipendiū Capitanei dictæ militiæ. Quæritur an eos poſſint tuta conſcientia ad id cogere?

1 Pro parte affirmatiua facit: Quia ſicut tenentur Domini temporales ex iuſtitia eorum populos regere, ius eis dicere, hoſtes arcere,

cere, & tranquillitatem, & proſperitatem eorũ pro prijs viribus procurare: Ita viciſſim tenentur populi neceſſarios sũptus ad hęc prębere, vnde ſi opus eſſet ab ipſis Dominis ad hoc etiam cogi poſſent; ſed ad tranquillitatem populi dicti Caſtri ſæpè ſępius neceſſarij ſunt milites qui territorium cuſtodiant; ergò ſicut tenẽtur dicti Domini Comites eos paratos habere, ita tenentur ſubditi ſtipendium eis ſoluere, ſi opus ſit; ſed quia talibus militibus non ſolent ex conſuetudine ſtipendia tribui, tempore quo actu militię nõ ſeruiunt, ſed tãtum ſtipendium tribuitur Capitaneis; ergò tãto magis tenentur, & cogi poſſunt dicti ſubditi ad ſtipendium ſolis Capitaneis tribuendum.

2 Pro parte verò negatiua facit: Quia ſecundũ omnes, vt Domini temporales ſuis ſubditis huiuſmodi tributa iuſtè imponere poſſint, duo inter cætera neſſariò requirũtur, quorum vnum ſi defecerit, iniuſta erit impoſitio, vt patet ex Sylu. ver. Gabella 3. q. 2. Caiet. in ſumma ver. vectigalia iniqua, Medin. C. de reſtit. q. 13. quẽ ſequitur Leſ. de iuſt. lib. 2. c. 33. dub. 1. ĩ fine, & latius dixi in 1. 2. lib. 2. c. 17. q. 3. & 7. Primũ eſt, vt ſit auctoritas in imponente, Secundũ, vt cũ conuenienti proportione imponãtur, ſecundum rationem iuſtitiæ diſtributiuæ; ſed in caſu noſtro vtrumque deficit; ergò iniuſta eſt impoſitio dicti tribui; ergò cogi non poſſunt milites ad illud ſoluendum.

3 Minor probatur primo quò ad illam partem, ſcilicet quatenus habet nõ adeſſe auctoritatem in impo-

1. c. 3. num. 49. & 70. & lib. 1. c. 2. nu. 30. & 31.

7 Tum etiam quia ſecundum aliquos impoſitio talis tributi non videtur reſpicere terram, ſeu Caſtrum prædictum vniuerſaliter, ſed potius tantùm perſonas dictorum militũ, ac ideo dici poteſt illos nõ commiſiſſe contra cenſurã dictæ Bullę, quæ tractat de imponentibus tributa in terris ſui. Verum quia hęc vltima ratio non eſt tuta, ſed dubia nimis, vt ſenſit etiam Suarez in d. ſect. 2. nu. 40. & ignorantia nũc ceſſat, omnino in futurum à prædicta exactione abſtineant. Nec obſtat ratio in contrarium adducta, Tum quia in impoſitione talis tributi, non ſeruatur iuſtitia diſtributiua, quę ſaltẽ ſeruãda eſſet p ſupra dicta.

8 Tum quia ſubditi nõ tenentur omnibus Dominis neceſſarios ſumptus præbere ob rectã Reipubl. adminiſtrationem, ſed illis tantum qui in adminiſtratione ab alio ſuperiore nõ dependent, nam qui ab alio ſuperiore in adminiſtratione dependent, non à populo, ſed ab eo à quo cõſtituti ſũt ſtipẽdia accipere debent; nec ius habẽt à populo quidquã exigẽdi, niſi ꝙ à ſuperiore conceſsũ fuerit, vt tenet Bertachin. de gabell. p. 1. q. 3. poſt Salic. in l. vectigaliũ C. de noui vectiga. & Leſſ. i d. c. 33. dub. 2. nu. 13. qui expreſsè hoc affirmat de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui à Principibus abſolutis dominiuum aliquod acceperunt, quos dicit non habere poteſtatem noua vectigalia imponendi, cùm in ſua adminiſtratione ſuperiorem agnoſcãt. Intellige niſi huiuſmodi feudatarij habeãt regalia, per ea quæ poſt

hęc

hæc ſcripta dixi in 1. 2. lib. 2. cap. 17. q. 3. nu. 20.

Et hęc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS. XXV.

DE COMMVTATIONE VOTI promiſſorij in melius propria auctoritate facienda.

SVMMARIVM.

1 *PRomiſſio in cauſis pijs abſenti ius acquirit vt promiſſam rem exigere poſſit, ſi tamen promiſſio fuit ab aliquo acceptata vt in num. 7.*

2 *Semel quod placuit diſplicere amplius non poteſt.*

3 *Vota propria vnuſquiſque propria auctoritate in melius commutare poteſt.*

4 *Votum de intrinſeca ſua natura habet, vt non ſit impeditiuum maioris boni.*

5 *Melius an aliquid ſit in commutatione votorum, conijciendum eſt non ſolum à quantitate rei, ſed etiam, & multo magis à maiori Dei gloria.*

6 *Vota emiſſa in fauorē vnius Eccleſiæ non poſſunt faciliter cognoſci an in melius commutentur in fauorem alterius Eccleſiæ.*

8 *Vota in melius commutantes eis non diſplicet quod ſemel placuit, ſed abundantius hoc illis placet.*

9 *Locus in quo votum eſt implendum nō cadit ſub voto, ſed eſt circunſtantia rei promiſſæ ſicut tempus, & quantitas.*

Fran-

dem de teſtam. & ex Cōcil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 8. Ex quo textu apertè etiam colligitur, commutationē hanc faciēdam eſſe in alios pios vſus proximiores voluntati defunctę, cuiuſmodi eſſe exiſtimo eiuſdē Eccleſię ornatū. Et caſu quo dictus Titius cōſentire nolit, tunc conſenſus Epiſcopi & Eccleſiæ ſufficit, ꝑ ea quę dicit dictus Genuenſ. in d. nu. 4. quod puto verum, finito anno à die mortis dictę D. N. per tex. in d. c. Nos quidem.

11 Nec obſtant in contrarium adducta, nam ad Primum reſpondetur ꝙ quando aliquid donatur ad certum finem, ſeu certā cauſam, tunc fine, ſeu cauſa illa non ſecuta, irrita erit donatio, quando finis ille, ſeu illa cauſa pia non fuit, at quando pia cauſa fuit, non eſt irrita donatio; nam in donationibus ad pias cauſas duplex finis adeſt, vnus primarius, alius ſecundarius: finis primarius eſt fauor animæ: finis verò ſecundarius eſt vt opus illud impleatur, ac ideo quamuis opus ad cuius finem ſecundarium donatio fit, impleri non poſſit, nihilominus donatio valet, nam ſemper ſubeſt finis primarius, & ceſſante fine ſecundario, non ceſſat diſpoſitio, vt patet ex §. affinitatis Inſt. de nupt. Quare prędicta centum hęredibus reſtitui non poſſunt, ſed fauore animę dictę donatricis, in aliū piū vſum ſunt expendenda.

12 Ad Confirmationē verò ex Soto negatur eius aſſumptum, ſcilicet quod qui dedit eleemoſynā pauperi ficto, non intēdit donare Chriſto, niſi quatenus huic pauperi donare intendit; & ratio negationis eſt, nam cauſa princi-

pa-

palis pro qua eleemoſyna datur eſt amor Dei, impulſiua verò hic vel ille pauper, & cauſa principalis eſt potius attendenda quam impulſiua, vt contra Sotũ optimè dicit Nau. in ſumma c. 17. nu. 107. & fuit etiam ſententia Scoti in 4. diſt. 15. quęſt. 2. art. 3. & Adriani in 4. tract. de reſt. q. 5. & Medinæ in Cod. de reſtit. quęſt. 23. qui omnes ideo docent dictã eleemoſynã in alios pauperes vel pios vſus eſſe erogandam; ac ideo cum prædicta ratio locũ habeat in quibuſcunque ad piam cauſam datis, dubitandum nõ eſt, quod cum in caſu noſtro cauſa impulſiua donationis dict. centum capellę ornatus ſit, cauſa verò principalis Dei amor, cum applicari nõ poſſint ad capellæ ornatũ, eo quod ad illud non ſufficiunt, ad alium piũ vſum applicanda erũt.

Ad ſecundum reſpondeo ad minorem, & dico procedere quoad donationes ad non pios vſus; in donationib' enim ad pios vſus nunquã ita limitatur intentio ad certum finem, ſeu ad certam cauſam, vt donans primariè & magis principaliter nõ reſpiciat Deum.

14 Ad tertium fateor quidem id quod pro matrimonio contrahendo datum eſt, matrimonio non ſequuto ad heredes pertinere, attamen dico, ad eos pertinere cum onere expendendi illud datum ad aliã piã cauſam, ſi puella nubenda erat pauper, vt tradit Bal. Nouell. de dote par. 6. prin. n. 77. quẽ citat & ſequitur Couar. in c. nos qui dem de teſtam. nu. 11. Et ratio ea eſt, nam cum ſit tũc datum ad cauſam piã, nõ poteſt ad alios vſus cõuerti; quæ ratio cum mi-

litet in hoc caſu, ergò idē erit dicendum, ſed cum vna aduertentia, ſcilicet; quod cum in caſu noſtro res tradita ſit pecunia ad heredes tranſire nō poteſt, vt dicit gloſ. in d. l. ſi ergò in verbo fauore dotium: nam eius dominium in Titium translatum fuit, vt patet ex l. 2. §. ſi pecunia ff. de donat. ac ideo ab ipſo Titio ad alium pium vſum eſt applicanda, cum conſenſu tamen dictæ Eccleſiæ, & Epiſc. vt ſupra dixi.

15 Ad quartū negatur prędictam donationem non fuiſſe acceptatam, nam ab ipſo Titio acceptata fuit, & hoc ſufficit, nam ob fauorem piæ cauſę quilibet priuatus acceptare poteſt, vt patet ex dictis gloſſis c. quoties cordis, & l. illud, & tradit Couar. in d. c. 14. & Rebell. de obligat. iuſt. lib. 18. q. 3. num. 2. vbi alios citant, & conſequēter acceptata fuerunt non ſolum ad ornatum dictæ Capellę, ſed etiam ad ornatum totius Eccleſię Sāctæ Mariæ de Paradiſo.

16 Ad quintum reſpondetur non valere conſequentiam, ſcilicet, mādatum ad pias cauſas reuocari poteſt ab ipſo mandante; ergò cum mandatum duret poſt eius mortem, re integra, ab heredibus reuocari poteſt; nam fruſtratoriū & vanum eſſet priuilegiū pię cauſę, vt re integra, duret mandatum etiam poſt mortem mandantis, ſi ab ipſo herede reuocari ſtatim poſſit; eſſetque hoc valde abſurdum, & ideo non dicendum l. nam quod abſurdum ff. de bon. liberor. c. dudum de præben. in ſexto. Quare meritò Couar. in d. l. 1. variar. reſolut. c. 14. nu. 15. affirmat ſimile mandatum ab heredi-

redibus reuocari non poſſe, quod ante eum dixerat Bald. in d. Auth. ſi qua mulier nu. 37. C. de ſacroſ. Eccleſ. & expreſsè hoc dicit textus in d. c. exiui de Paradiſo de verb. ſignif. in ſexto §. in eo vero caſu, quē §. inueniens in 13. col. circa medium, & nota quia Bald. dicit quod alias non reperitur.

17 Ad ſextum reſpondetur quod quāuis in contractibus innominatis licita ſit pœnitentia contrahenti, attamen poſt eius mortem hoc heredibus eius nō licere probat idem Couar. in d. c. 14. num. 17. poſt alios Doctores quos citat, & probatur ex tex. in l. 3. ff. de ſeru. expor. Et hæc dicta ſint ſaluo ſēper, &c.

CONS. XXIIII.

DE IMPONENTIBVS noua tributa.

SVMMARIVM.

1 *Domini tēporales ex iuſtitia tenentur populos regere, ius eis dicere &c.*

2 *Domini temporales vt tributa exigere poſſint duo præcipuè ſeruare tenentur, & quæ illa ſint.*

3 *Æs modicum quod à ſubditis colligitur, tributum appellatur.*

Tributi imponēdi auctoritas eſt in ſolis Dominis, qui in regimine ſuperiorē non cognoſcūt. Et illa imponētes ſine legitima poteſtate, aut exigentes furtum committunt.

4 *Tributum ita impoſitum, vt ipſimet ſubditi qui grauãtur ad militiam, grauentur etiam ad ſoluendum ſtipẽdia capitaneis eſt contra iuſtitiam diſtributiuam.*

Iuſtitiæ diſtributiuæ ratio poſcit, vt onera publica ſecundũ conuenientem proportionẽ ſubditis imponantur.

Iuſtitiæ diſtributiuæ offenſio ex genere ſuo eſt mortalis.

5 *Iuſtitiæ diſtributiuæ violatio etſi ad reſtitutionem nõ obliget, obligat tamen quãdo coniungitur cum violatione alicuius iuris iuſtitiæ commutatiuæ.*

6 *Excommunicationem nõ incurrunt illi, qui aliquid faciunt inculpabiliter exiſtimãtes nõ eſſe contra legem prohibentem ſub pœna excommunicationis.*

7 *Exigentes noua tributa ab aliquibus perſonis alicuius terræ, etſi aliqui exiſtimẽt illos non incurrere excommunicationem bullæ Cœnæ Domini, hæc tamẽ sẽtentiæ nõ eſt tuta, ſed dubia nimis.*

8 *Subditi nõ omnib⁹ dominis, ſed illis ſolũmodo q ab aliorũ adminiſtratione nõ depẽdẽt neceſſarios ſumptus debent pro adminiſtratione reipublicæ, niſi regalia habeant.*

ILluſtriſſimi DD. Comites Caſtri N. ex eorum ſubditis idoneis ad ferẽdum arma, militiam quandã cõſtituerũt ad cuſtodiam territorij dicti Caſtri, cogentes eos, vt ſinguli eorũ q dictæ militię sũt adſcripti, quolibet anno ſoluãt ſolidos quatuor in ſtipendiũ Capitanei dictæ militiæ. Quæritur an eos poſſint tuta conſcientia ad id cogere?

1 Pro parte affirmatiua facit: Quia ſicut tenentur Domini temporales ex iuſtitia eorum populos regere, ius eis dicere, hoſtes arcere,

cere, & tranquillitatem, & proſperitatem eorũ proprijs viribus procurare: Ita viciſſim tenentur populi neceſſarios sũptus ad hęc prębere, vnde ſi opus eſſet ab ipſis Dominis ad hoc etiam cogi poſſent; ſed ad tranquillitatem populi dicti Caſtri ſæpè ſępius neceſſarij ſunt milites qui territorium cuſtodiant; ergò ſicut tenẽtur dicti Domini Comites eos paratos habere, ita tenentur ſubditi ſtipendium eis ſoluere, ſi opus ſit; ſed quia talibus militibus non ſolent ex conſuetudine ſtipendia tribui, tempore quo actu militię nõ ſeruiunt, ſed tãtum ſtipendium tribuitur Capitaneis; ergò tãto magis tenentur, & cogi poſſunt dicti ſubditi ad ſtipendium ſolis Capitaneis tribuendum.

2 Pro parte verò negatiua facit: Quia ſecundũ omnes, vt Domini temporales ſuis ſubditis huiuſmodi tributa iuſtè imponere poſſint, duo inter cætera neſſariò requirũtur, quorum vnum ſi defecerit, iniuſta erit impoſitio, vt patet ex Sylu. ver. Gabella 3. q. 2. Caiet. in ſumma ver. vectigalia iniqua, Medin. C. de reſtit. q. 13. quẽ ſequitur Leſ. de iuſt. lib. 2. c. 33. dub. 1. ĩ fine, & latius dixi in 1. 2. lib. 2. c. 17. q. 3. & 7. Primũ eſt, vt ſit auctoritas in imponente, Secundũ, vt cũ conuenienti proportione imponãtur, ſecundum rationem iuſtitiæ diſtributiuæ; ſed in caſu noſtro vtrumque deficit; ergò iniuſta eſt impoſitio dicti tribui; ergò cogi non poſſunt milites ad illud ſoluendum.

3 Minor probatur primò quò ad illam partem, ſcilicet quatenus habet nõ adeſſe auctoritatem in impo-

nentibus: Nam huiuſmodi modicũ ęs quod à ſubditis colligitur tributum appellatur, vt in l. ager ff. de verb.ſignif. Tributi autem imponendi auctoritas eſt in ſolis illis Dominis, qui ſuperiorem in regimine nõ cognoſcunt, Nau.in man. c.27.nu.61.& cõſ.7. de cẽſib.nu.2.Suarez to.5. diſput.21. n.36. Leſ. ĩ d.c. 33 dub. 2.& dixi vbi ſup. nã ſolis Principibus cõuenit,vt habetur in l. nõ ſolet C.noua vect.inſt. non poſ. & tradunt Doctores in c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.Sed Domini prędicti Caſtri cognoſcunt in regimine ſuperiorem Sereniſſimũ Ducẽ Mutinẽſem; ergò huiuſmodi tributum imponere non potuerunt; & hucuſque exactum reſtituere tenentur, vt docet Sylu. in d. ver. Gabella 3. nu. 7. Et ratio eſt, quia vt ait Leſſius in d.dubio 2.in fine, qui ſine legitima poteſtate huiuſmodi tributa imponunt, vel impoſita exigunt rapinam committunt, alienum ſine legitima poteſtate extorquẽtes,

4 Probatur etiam eadem minor quo ad aliam partẽ, ſcilicet, quod dictum tributum impoſitum non ſit cum conuenienti proportione ſecundum iuſtitiam diſtributiuam. Ratio enim iuſtitię diſtributiuę poſtulat vt onera publica ſecũdũ cõuenientẽ proportionem ſubditis imponãtur, à prædictis autem Dominis Comitibus nulla fuit ſeruata proportio; nam eoſdẽ quos grauãt ad ſoluẽdum dictum tributum, grauant etiam ad militandum quando opus fuerit; grauant etiã ſubditos milites ad ſoluendum dictos ſolidos quolibet anno pro ſtipendio Capitanei, alios vero ſubditos militię non

aptos ab hoc onere omnino eximunt; quod eſt cõmittere peccatum acceptionis perſonarum, contra dictam diſtributiuam iuſtitiam; eſtquè ex genere ſuo mortale, iuxta ea quæ docet D. Th. in 2. 2. q. 59. art. 4. & Salon. de Iuſt. q. 63. art. 1. concluſ. 1. ĩ prin. & Doct. cõmuniter.

5 Et quamuis violatio Iuſtitiæ diſtributiuæ obligationẽ reſtituendi non inducat, attamen ſi cum violatione iuſtitiæ diſtributiuæ ſimul violatio alicuius iuſtitiæ commutatiuæ coniungatur, ad reſtitutionẽ obligat, vt colligitur ex D. Thom. in 2. 2. q. 62. art. 1. ad tertium, & ex Caiet. ibidẽ, & tradit Rebell. de obligat. iuſt. lib. 1. q. 3. ſect. 3. nu. 18. Ac ideo cũ dicti Domini Comites nõ ſolum violiauerint iuſtitiã diſtributiuam accipiendo perſonas, ſed etiam iuſtitiam commutatiuam, cogendo dictos milites vt ſoluant ex proprijs eorum bonis quod erat ſoluendũ ex bonis omnium incolarũ dicti Caſtri, exactum reſtituere tenentur.

6 His tamen addo, prædictos Dominos Comites ob impoſitionem talis tributi in excõmunicationem Bullæ Cænæ Domini non incidiſſe; nam quamuis in excommunicatione Quinta excommunicentur illi qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas imponũt, tamẽ q̃a prædicti Domini inculpabiliter exiſtimabant hunc caſum nõ eſſe comprehenſum in illa excommunicatione, hęc ignorantia à pæna excommunicationis in foro conſcientiæ illos excuſat, p̃ ea quæ dicit Nau. in d. c. 27. nu. 61. & per ea quæ poſt hæc ſcripta dixi in 3. par. meæ Inſtit. Peregrinæ lib. 1. c.

1. c. 3. num. 49. & 70. & lib. 1. c. 2. nu. 30. & 31.

7 Tum etiam quia ſecundum aliquos impoſitio talis tributi non videtur reſpicere terram, ſeu Caſtrum prædictum vniuerſaliter, ſed potius tantùm perſonas dictorum militũ, ac ideo dici poteſt illos nõ commiſiſſe contra cenſurã dictæ Bullę, quæ tractat de imponentibus tributa in terris ſui. Verum quia hęc vltima ratio non eſt tuta, ſed dubia nimis, vt ſenſit etiam Suarez in d. ſect. 2. nu. 40. & ignorantia nũc ceſſat, omnino in futurum à prædicta exactione abſtineant. Nec obſtat ratio in contrarium adducta, Tum quia in impoſitione talis tributi, non ſeruatur iuſtitia diſtributiua, quę ſaltẽ ſeruãda eſſet ꝑ ſupra dicta.

8 Tum quia ſubditi nõ tenentur omnibus Dominis neceſſarios ſumptus præbere ob rectã Reipubl. adminiſtrationem, ſed illis tantum qui in adminiſtratione ab alio ſuperiore nõ dependent, nam qui ab alio ſuperiore in adminiſtratione dependent, non à populo, ſed ab eo à quo cõſtituti ſũt, ſtipẽdia accipere debent; nec ius habẽt à populo quidquã exigẽdi, niſi ꝙ à ſuperiore conceſſũ fuerit, vt tenet Bertachin. de gabell. p. 1. q. 3. poſt Salic. in l. vectigaliũ C. de noui vectiga. & Leſſ. ĩ d. c. 33. dub. 2. nu. 13. qui expreſsè hoc affirmat de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui à Principibus abſolutis dominiuum aliquod acceperunt, quos dicit non habere poteſtatem noua vectigalia imponendi, cùm in ſua adminiſtratione ſuperiorem agnoſcãt. Intellige niſi huiuſmodi feudatarij habeãt regalia, per ea quæ poſt

hęc

hæc ſcripta dixi in 1. 2. lib. 2. cap. 17. q. 3. nu. 20. Et hęc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS. XXV.

DE COMMVTATIONE VOTI promiſſorij in melius propria auctoritate facienda.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio in cauſis pijs abſenti ius acquirit vt promiſſam rem exigere poſſit, ſi tamen promiſſio fuit ab aliquo acceptata vt in num. 7.*

2 *Semel quod placuit diſplicere amplius non poteſt.*

3 *Vota propria vnuſquiſque propria auctoritate in melius commutare poteſt.*

4 *Votum de intrinſeca ſua natura habet, vt non ſit impeditiuum maioris boni.*

5 *Melius an aliquid ſit in commutatione votorum, conijciendum eſt non ſolum à quantitate rei, ſed etiam, & multo magis à maiori Dei gloria.*

6 *Vota emiſſa in fauorē vnius Eccleſiæ non poſſunt faciliter cognoſci an in melius commutentur in fauorem alterius Eccleſiæ.*

8 *Vota in melius commutantes eis non diſplicet quod ſemel placuit, ſed abundantius hoc illis placet.*

9 *Locus in quo votum eſt implendum nō cadit ſub voto, ſed eſt circunſtantia rei promiſſæ ſicut tempus, & quantitas.*

Fran-

FRanciſcus votũ fecit ſol-uendi decem Eccleſiæ Sancti Petri, Quæritur an propria auctoritate poſſit illud in melius commutare, nimirum ad ſoluendũ quindecim Eccleſiæ ſancti Auguſtini?

1 Et pro parte negatiua facit Primo quia in cauſis pijs per promiſſionem abſenti ius acquiritur, vt poſſit rem promiſſam exigere l. illud, & l. vt inter C. de Sacroſ. Eccleſ. Sed votum dandi Eccleſiæ Sãcti Petri decem eſt cauſa pia; ergò ita eſt Eccleſiæ Sancti Petri per promiſſionem dicti voti ius acquiſitũ, vt poſſit eam exigere, & conſequẽter ita vt non poſſit vouẽs talem promiſſionem in fauorem alterius Eccleſiæ quamuis in melius commutare.

2 Secundo quia iuris regula ſe habet: Quod id quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt, de reg. iur. in ſexto. Sed qui vouit dare Eccleſiæ Sancti Petri decem, ſemel hoc illi placuit, ergò amplius hoc ei diſplicere non poteſt. Quibus rationibus motus Archidiac. & alij Canoniſtę quos citat Sylu. ver. votũ quarto q. 7. §. quartum, affirmarunt hoc adeo eſſe verum, vt nec Epiſcopus ſine rationabili cauſa poſſit ſimilia vota cõmutare.

3 Pro parte vero affirmatiua facit, quia generaliter vnuſquiſq; proprium votum auctoritate propria in melius commutare poteſt: Sed qui vouit dare Eccleſiæ Sãcti Petri decẽ, & loco illarũ dare vult quindecim Eccleſię Sancti Auguſtini, proprium votum in melius commutat; ergò auctoritate propria hoc facere poteſt. Maior probatur auctoritate Maior. in quartum diſt. 18. q. 3. Ang. ver.

votum quarto q. 2. Caiet. in 2. 2. q. 88. art. 12. Sot. lib. 7. de Inſt. q. 4. art. 3. Nau. in ſūma c. 12. nu. 75. Couar. in c. quamuis pactum prima par. relect. §. 3. nu. 4. quos citat & ſequitur Leſſ. de Iuſtit. lib. 2. c. 40. dub. 11. num. 87.

4 Probatur etiam ratione. Nam votum de intrinſeca ratione habet vt nō ſit impeditiuum maioris boni cum neceſſario habere debeat vt ſit de meliori bono: Sed ſi vouens non poſſet auctoritate propria proprium votū in melius cōmutare, hoc eſſet impedire maius bonum; ergò vouens proprium votum auctoritate propria in melius commutare poteſt.

Minor verò videtur manifeſta, nam melius eſt ſoluere quindecim, quam decem. Attamen eſt minor hęc maxima cōſideratione & animaduerſione digna.

5 Nā an aliquid ſit melius necne, conijciendum eſt nō ſolum à quantitate rei, quæ voto eſt promiſſa, ſed etiam, & multo magis à maiori Dei gloria, quæ ante omnia in votis emittendis, & perſoluendis attendi debet; fieri enim ex multis poteſt, vt maior Dei gloria reſultet ex ſolutione decem Eccleſiæ Sācti Petri, quam ex ſolutionē quindecim Eccleſię Sācti Auguſtini.

6 Quare exiſtimo in votis, in fauorem vnius Eccleſiæ emiſſis, non ſine maxima difficultate conijci poſſe an in melius cōmutentur, ſi commutatio in alterius Eccleſiæ fauorem fiat, ac ideo vouētibs cōſiliū darē vt à ſimilibus votis auctoritate propria commutandis abſtinerent, vel cōmutationem ab Epiſcopo, vel à cōfeſſario aliquo regulari ex priuilegio ad id auctori-

toritaté hebẽte quærerẽt, qui partim commutando, partim diſpenſando omné dubietatem tollere poſſet. At ſi daretur caſus in quo manifeſta eſſet in melius commutatio, ab ipſomet vouente fieri poſſe concedere per ſupradictã rationem, vt poſt Caiet. in d. opuſc. 11. affirmat Leſſius in d. dub. 11. nu. 90.

7 Nec obſtant ea quæ pro contraria parte adducta ſunt, ad Primum enim reſpondetur: tunc in cauſis pijs per promiſſionem abſenti ius acquiri, quando talis promiſſio ab aliquo fuit acceptata ſecundum gloſ. in d. l. illud in ver. alia cauſa, & gloſ. in c. quoties cordis 1. q. 7. in ver. & per te. & talis eſt communis opinio, vt affirmat Clar. in §. donat. q. 12. & alij quos citat, & ſequitur Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 14. nu. 16. ſed in prędicto voto nulla facta fuit acceptatio ex parte Eccleſiæ Sancti Petri, ac ideo nullum eſt ei ius acquiſitum.

8 Ad ſecundum reſpondetur quod qui votum in melius cõmutat, ei non diſplicet quod ſemel placuit, ſed potius confirmat, immo abundantius illi placet, & ſatisfacit; nec dici poteſt adeſſe diſplicẽtiã reſpectu Eccleſiæ in cuius fauorem fuerat votum emiſſum: nã

9 in huiuſmodi votis locus in quo votũ eſt implendũ non cadit ſub voto, ſed eſt circũſtãtia rei promiſſę, vt affirmat Caiet. ĩ d. opuſc. 11. nam per explicationẽ loci nihil aliud agitur niſi ꝙ promittitᷣ Deo talis res, tali tẽpore, & tali loco offerẽda; quare ſubſtantia voti cõſiſtit ĩ ꝓmiſſione Deo facta; ac ideo q plusquã ꝓmiſit Deo ꝑſoluere vult, verè ei votũ nõ diſplicet. Et hęc dicta ſint ſaluo sẽper, &c.

CONS.

CONS. XXVI.

DE HIS QVI INTERSVNT Comoedijs in quibus turpia repręſentantur.

SVMMARIVM.

1 *Comoedijs intereſſe quã graue ſcelus ſit ex ſententia D. Io. Chriſoſt. & idem habes in num. 2. ex ſententia eiuſdem, ac Caiet. & Syluest. ſed an ſit mortale vide in nu. 6. & 7. vbi prædictorum ſententia explicatur.*

2 *Facientes non ſolum, ſed etiã cõſentiẽtes sũt morte digni.*

3 *De ſcenicis & hiſtrionibus quid ſit ſentiendũ ex c. ſcenicus de conſecrat. diſt. 2. ſed vide melius in nu. 8.*

4 *Hiſtrionibus, & magicis communio ſacra prohibetur, ſed quomodo ſit hoc intelligendum vide in nu. 9. Hiſtrionibus res ſuas donare, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, vitium eſt immane.*

5 *Comoedijs intereſſe ex genere ſuo non eſt mortale, etiam ſi in illis turpia repręſententur, & dicantur, ceſſante periculo peccati mortalis.*

6 *Comoedias recitantes, & repręſentantes ex natura rei non peccant mortaliter.*

7 *Conſenſus in rem, qua non eſt intrinſecus mala, & quam quis ſine mortali facere poteſt, nõ eſt mortalis.*

AN ſit peccatum mortale Comoedijs intereſſe, in quibus turpia repręſentãtur & dicuntur?

Pro

1 Pro parte affirmatiua facit Primo, nam grauiter contra charitatem peccāt non ſolum, qui proximos ad peccandum inducunt, ſed etiam qui eorum peccata impedire poſſunt, & non impediũt: ſed qui Comoedijs, ĩ quib⁹ turpia repręſentantur, & dicuntur, interſunt, quamuis repręſentantes ad peccandum non inducant, quia ad id paratiſſimi inueniũtur, attamen eorum peccata non vitant, cum poſſint: Nam vt Chriſoſt. ait homilia 6. in 2. c. Matth. prope finē: *Si nullus eſſet talium ſpectator, ac fautor, non eſſent quidem, qui aut dicere illa, aut agere curarent, & idcirco ipſi potius propter hæc merentur ſubire ſupplicium*. Et paulò inferius: *Non enim tam ille delinquit, qui illa ſimulat quã tu qui hoc fieri iubes, ſed etiã exultatione, riſu, plauſu adiuuas, quæ geruntur, omnibus prorſus modis hanc diabolicã confoues officinam*. Hæc ille: ergò qui comedijs interſunt grauiter contra charitatis ordinem peccant, proximorum peccatũ non vitantes.

2 Secundo quia digni sũt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiũt, vt Paul. ad Rom. 1. ait, & habetur in c. 1. de offi. deleg. & c. error. & c. conſentire 83. diſt. & tradit D. Thom. 1. 2. q. 68. art. 8. & 2. 2. q. 154 ar. 4. Sed qui faciunt, ſeu repręſentant dictas comoedias grauiter peccant; ergò, & qui audiendo cõſentiunt. Probatur minor; nam cum in eis repręſententur, & dicantur turpia, & luxurioſa, bonis moribus aduerſantur, & inductiua ex natura ſua ſunt ad mortalia vitia, vt patet ex eodem D. Chriſoſt. in hom. 6. vbi paulò inferius; his quæ

ſupra

ſupra retuli verbis hęc adiungit: *Nequè verò iſtud mihi opponas, quod iam quicquid ibi fit, imitatio ſit iocorum, nō etiam veritas rerum. Etenim ſimulatio iſta plurimos adulteros facit, & multas domos ſubuertit. Proptereaquè maximè gemo quod tā grāde malū hoc, malum eſſe non creditur.* & paulò inferius: *& nondum dico quantos adulteros faciant, qui hæc adulteria ſimulatione committunt, quemadmodum etiam impudentes horum imitatores efficiant:* Hęc Chriſoſt. cui etiam conſentit Caiet. in 2. 2. q. 167. a. 2. & hęc verba ſubiungit: *Grauius peccant uiri graues, ratione ſcandali, & mali exempli, grauiſſime autem Clerici, religioſi, Sacerdotes, aut Pontifices, qui in hoc delinquerent:* Hæc Caiet. Sed ea, quę ex natura ſua inducunt ad mortalia, ex natura ſua mortalia ſunt; ergò qui talia repręſentant mortaliter ex natura rei peccant: ergò etiā qui conſentiunt interueniendo, ex natura rei mortaliter peccāt, vt ait Caiet. ſupra, & clarius in ver. ſpectaculum, in ſumma, vbi expreſsè hoc eſſe mortale affirmat; & idem affirmat Sylu. ver. ludus q. 8. per hæc verba: *Si repręſententur multum turpia, mortale eſt exercere, & voluntariè videre, cum ſit delectari turpibus, tum etiam quia eſt exponere ſe periculo tentationis.*

3 Tertio in c. ſcenicis de cōſecrat. diſt. 2. ex Cocil. Carthaginenſi quarto ita habetur. *Scenicis, atquè hiſtrionibus, cæteriſque perſonis huiuſmodi, vel apoſtatis conuerſis, vel reuerſis ad Dominum, gratia, vel reconciliatio non negetur:* Si ergò quando ſcenici, & hiſtriones cōuertuntur gratia & reconciliatio nō negatur, ergò arguendo ab oppoſito, dum perſeuerant, gra-

tia, & reconciliatio eis denegatur; ergò dum non conuertuntur ſunt in ſtatu peccati mortalis, quia eis ſolis gratia & recõciliatio denegatur.

4 Quarto in c.pro dilectione ead.diſt.hiſtrionibus,& magicis Sacra Communio prohibetur, eo quod infames ſunt ſecundum iura, vt patet ex l. 2. §. ait Prętor ff.de his qui notant.infam. Et D. Auguſtinus in tract.100. parum ante medium ſuper Io: dicit,quod donare res ſuas hiſtrionibus vitium eſt immane; niſi fortè aliquis hiſtrio eſſet in extrema neceſſitate, in qua eſſet ei ſubueniendum; ergò &c.

5 His tamen non obſtantibus, ego cenſeo non eſſe ex genere ſuo mortale comoedijs intereſſe, quãuis in eis turpia repręſententur, & dicantur, ſi audiantur ob ſolam vanam curioſitatem, abſq; probabili periculo lapſus in aliquod p. m. quod etiam affirmat Sanchez de matrim. to. 2. lib. 9. diſput. 46. num. 41. & ratio eſt nã turpiloquia, & minus honeſta geſta, dicta, vel facta, vt alijs tantum delectationẽ, quę carnalis nõ ſit, ingerant, quãuis grauia ſint, & fugienda valdè, non tamen ex genere ſuo mortalia ſunt, niſi ſint inuitatoria ad adulterium, vel fornicationem, vel niſi fiant animo ſe oblectandi rebus ipſis narratis, & repręſentatis tanquã turpibus, & præſentibus, nam tunc eſſet peccatum mortale, ſicut eſt ipſa delectatio moroſa, cuius cauſa fiũt: Vel niſi fiant animo excitandi ſe, vel alios ad turpia, vel cum periculo in illa conſentiendi, etiamſi animus iſte deſit: At ſi dicantur, aut repręſententur facta, vel verba ex ſe non

inuitatoria ad fornicationẽ, & hoc fiat ob ſolã voluptatem, quæ præcisè ex ipſa repręſentatione, & narratione capitur, abſquè vlteriori intentione, peccatum eſt veniale, vt affirmat Caiet. ĩ d. 2. 2. q. 168. art. 3. §. ad euidentiam. Toletus lib. 5. Inſtr. ſacer. c. 14 & Leſſ. lib. 6. de iuſt. c. 3. de ſpecieb. lux. dub. 8. fugienda tamen ſunt, & à caſtis Chriſtianorum animis abominanda. Dixi: nõ eſſe ex genere ſuo mortale: quia poteſt eſſe mortale, ſi quis eis intereſſet cum animo, vel periculo ſe oblectandi aliquo ex iam dictis modis.

6 Nec obſtant contraria, ad Primum enim reſpondetur quòd cum huiuſmodi recitantes, & repręſentantes ex natura rei nõ peccent mortaliter, vt affirmat D. Thom. in d. 2. 2. q. 168. art. 3. ad tertiũ, cũ eorum officium ordinetur ad ſolatium hominibus exhibendum, non eſt ſecundum ſe illicitum, niſi verba, vel facta, quæ aſſumũtur ad tale ſolatium exhibendum, ſint de ſe peccata mortalia, cuiuſmodi ſunt inuitatoria ad mortalẽ laſciuiam, & ad cætera, quæ ſupra numeraui, non autẽ ea, quæ ſimpliciter alijs delectationem non carnalem ingerunt; nam tunc tantum eſt veniale graue, vt ſupra dictum eſt; & ita declarat intelligendam eſſe doctrinam D. Th. Caiet. ibidem; ac ideo ſicut poſſunt non peccare mortaliter repręſentantes, ita poſſunt etiam audientes: & de peccato veniali graui intelligi etiam poteſt D. Chriſoſt. in d. homil. 6. cũ non dicat eſſe mortale, ſed graue ſcelus, ac fugiendũ.

7 Ad ſecundum reſpondetur, nõ eſſe malum mortale

conſentire in rem, quæ nõ eſt intrinſecus mortaliter mala, & quam qui eam facit, poteſt ſi vult, abſque mortali facere: Prædicti autem repręſentantes poſſent, ſi vellent dictas comoedias nõ ſolum abſquè mortali, ſed etiam abſquè peccato repræſentare, quia nõ ſunt ex natura ſua ad mortalia inducẽtes, niſi ad id ſpecialiter fiãt, vel niſi de ſe ſint inuitatorię ad mortalẽ laſciuiã, iuxta ſupradicta; quando autem ad id fiunt, ex genere ſuo mortale eſt illas facere, & audire, vt dicit Caiet. ſupra in d. q. 168. ar. 3. & ita intelligendus eſt loqui in d. q. 167. ar. 2. & in ſumma ver. ſpectaculum, nam alioquin eſſet ipſe ſibi contrarius, & ita etiam intelligendi ſunt D. Chriſoſt. & Sylu. ſupra.

8 Ad tertium reſpondetur c. ſcenicis eſſe intelligẽdũ de his ſcenicis, & hiſtrionibus q̃ officiũ ſuũ cũ mortali exercẽt, iuxta ſup. dicta.

9 Ad quartum reſpõdetur c. ꝙ dilectione eſſe tex. D. Cypr. in Epiſtola 15. lib. 1. qui nõ loquitur de hiſtrione tãtũ, ſed de illo q̃ ſimul erat hiſtrio & Magus. Vel dic quod ideo hiſtrionibus nõ cõceditur Euchariſtia, quia tales ꝑſonę infames ſunt de iure Ciuili, vt ſup. dictũ eſt, & ideo congruũ non eſt, vt tam excellẽs, & reuerentia dignum Sacramentũ, tã vilibus perſonis concedatur, non autẽ quia in mortali eſſe pręſumant, nam hęc infamia contrahi poteſt abſq; mortali, cũ à Ciuili iure ꝓueniat. Nec peccant qui moderatè eis ſubueniũt, ſed iuſtè faciũt, mercedem miniſterij eorũ eis tribuẽdo, vt ait D. Th. in d. art. 3. ad tertium. Et hæc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXVII.

DE INTERPRETATIONE legati de Miſſa celebranda.

SVMMARIVM.

1 *Locutio indefinita equipollet vniuerſali.*

2 *Legatũ obligans haredes vt teneãtur facere celebrare Miſſam aliquam per annũ, eſt intelligendum de vna Miſſa in qualibet die.*

Voluntas teſtatoris ambigua, ex præcedentibus, & ſubſequentibus declaratur.

Legatum pro anima large eſt interpretandum.

Anima cunctis rebus eſt preferenda.

3 *Legata ad pias cauſas latè ſunt interpretanda.*

4 *Miſſe peculiares ita ſunt celebrandæ, vt non impediant acceſſũ ad ſolẽnem.*

5 *Feria ſexta & ſabbato hebdomade ſanctæ Miſſa dici non poteſt.*

TEſtator quidã grauauit heredes per hæc verba: *Item uoluit dictos heredes ſuos ſibi celebrare facere vnum officium in Eccleſia N. per ſeptẽ annos cõtinuos à die obitus, in ſuffragium, & beneficium animæ ſuæ, & per unum annum ſibi celebrare facere Miſſam Sanctiſſimi Roſarij cum interuentu illorum Sacerdotum, qui heredibus magis placuerint.* Quæritur an ex vi prædicti legati obligentur heredes ad celebrare faciendũ Miſſam Sanctiſſimi Roſarij qualibet illius anni die?

1 Reſpondetur affirmatiuè, & moueor Primo quia teſtator in dicta diſpoſitione indefinitè loquitur, & locutio indefinita equipollet vniuerſali, vt notatur in c. vt circa de elect. in 6.

2 Secũdo q̃a ex præcedenti legato ita colligitur mẽtem fuiſſe teſtatoris, nam ſicut in illo grauat heredes vt ſibi celebrare faciãt per ſeptem annos continuos à die obitus ſui vnũ officium, & dubitandum non eſt quin per illam indefinitam locutionem intelligat de vno officio in quolibet anno; ita ſimiliter quando dicit quod per vnum annum ſibi celebrare faciant Miſſam Sanctiſſimi Roſarij, dubitandum non eſt, quin per iſtam indefinitam locutionem, intelligat de vno officio in qualibet die, quia ex vicinis ſcripturis, hoc eſt ex illis, quæ præcedunt, & quæ ſubſequuntur ambigua volũtas teſtatoris declaratur l. heredes palam §. ſed & notandum ff. de teſtam. l. ſi ſeruus plurium §. vlt. l. qui filiab⁹. in prin. ff. de leg. 1. Paul. Caſtr. in d. l. heredes palm. §. 1. n. 5. Roman. in l. ſi verò §. de viro nu. 75. ff. ſol. matrim. Anchar. in conſ. 152. n. 2. & 3. Et cum ſit legatum relictũ ad pias cauſas, & pro anima ipſius teſtatoris largè debet interpretari, q̃a cunctis rebus, & perſonis anteponi debet l. ſãcimus C. de Sacroſan. Eccl. c. cũ infirmitas de pænit. & remiſſ. Roman. in l. ſi mulier num. 17. ff. ſolut. matrim. Soc. in conſil. 145. nu. 6. vol. 2.

3 Tertio quia quamuis legata ſint ſtricti iuris, legata tamen in Dei honorem, & ad pias cauſas latè interpretanda, & ad id quod

maius

maius eſt extendenda eſſe volunt Bart. & Doctores per illum textum in l. Titia §. ſeia ff. de aur. & arg. legat.

4 Dices, Miſſæ peculiares ita ſunt celebrandæ, vt nõ impediant acceſſum ad ſolemnem c. & hoc de conſecrat. diſt. 1. Sed cum ex vi dicti legati prędicta Miſſa Sãctiſſimi Roſarij ſit cũ cantu celebrãda, vt patet ex illis verbis legati ſcilic. *cum interuentu illorum Sacerdotum, &c* neceſſariò impediet acceſſum ad ſolemnem; nam cum ſolemnis poſt tertiã cantari debeat, maxima pars populi ſciẽs tempeſtiuius aliam Miſsã eſſe cantandam, facilè ſolemnẽ omitteret, & ad peculiarem concurreret; ergò dicta Miſſa peculiaris in diebus ſaltem ſolemnibus, in qbus ſolẽnis Miſſa cantatur, cãtanda nõ erit. Reſpondetur facile remedium ad hoc adhiberi poſſe vt etiã ſi in diebus ſolẽnibus cantetur, ſolemnem miſſam non impediat, cãtando ſcilicet dictam peculiarem Miſſam ſine inuocatione populi, & ſine pulſatione ſignorum.

5 Excipiendos tamen eſſe dico dies feriæ ſextæ, & Sabbati hæbdomadę Sanctæ in quibus Miſſa dici non poteſt, c. ſabbato de conſecrat. diſt. 3. quia diſpoſitio teſtatoris ſimpliciter intelligitur in eo caſu quo iure fieri potuit l. Gallus §. quidam rectè vbi Areti. hoc notat ff. de liber. & poſtum. Excipiendos etiã eſſe exiſtimo dies illos, in quibus prædicta Miſſa ſine magno illius Eccleſiæ incommodo cantari non poteſt, vel in quibus ſine magno incommodo Sacerdotes ad eam cãtandam conuenire non valent, vt quia occupan-

tur ad confeſſiones audiēdas tempore quo populus ad pœnitentiam concurrit, aut quid ſimile; nam verba teſtatoris probabiliter non autem impoſſibiliter sūt intelligēda: Bald. per illum tex. in l. cum antiquitas circa prin. nu. 1. C. de vſufruc. Aretin. in l. obſideſ. cul. 1. ver. 2. ff. de teſtam. Soc. Iun. in cōſ. 72. nu. 55. & cōſ. 74. nu. 4. vol. 1. & conſ. 14. num. 4. vol. 1. & conſ. 3. num. 27. vol. 3. tunc enim hoc commodè fieri non poteſt, & illud ſolum dicimus poſſe facere quod commodè poſſumus l. nepos procul ff. de verb. ſignif. c. faciat 22. q. 2. Et hæc dicta ſint ſaluo ſemper, &c.

CONS. XXVIII.

DE DISPENSATIONE VOTI Caſtitatis ob paupertatem vouentis ab Epiſcopo facienda.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quòad uotum perpetuę caſtitatis etſi diſpenſare non poſſit, diſpenſare tamen ualet quando periculum eſt in mora, & recurſus ad Papam haberi non poteſt. ſeruatis tamen eis quæ in ſimilibus ſacra pænitentiaria ſeruare ſolet.*

PVella pauper, quæ ex proprijs laboribus ſibi victum quęrit, votū emiſit caſti-

caſtitatis perpetuò ſeruã-dę, ſed ſtimulis carnis ſę-pius agitata, & à tentatio-ne ſuperata frequenter in mollitiei peccatum inci-dit, & ſe in poſterum à tali peccato abſtinere poſſe valdè formidat, quæritur an cum ea Epiſcopus di-ſpenſare poſſit, vt non ob-ſtante emiſſo voto, matri-moniũ contrahere valeat?

1 Reſpondetur quod, quã-uis Epiſcopus regulariter in voto caſtitatis perpetuę diſpenſare non poſſit, cum ſit de Papę reſeruatis, di-cit tamẽ Sylu. ver. votũ 4. q. 5. quod quando recur-ſus haberi ad Papam non poteſt, & periculum inter-ueniat ex mora, poteſt tunc Epiſcopus diſpenſa-re, quia vt idem Sylu. di-cit in ver. diſpenſatio q. 9. circa finem, non eſt veri-ſimile velle Papã manere in laqueis huiuſmodi ani-mas, quæ Romam adire, aut mittere non poſſunt. Sed in prædicto caſu Do-minationi tuę Illuſtriſſimę propoſito, cum puella ita pauper ſit, vt ſibi ex ꝓprijs laboribus victum quærat, & cõſequẽter nec mittere, nec ire ad Papã poſſit, & periculũ ꝓbaliter imminet in mora, vt ex facto colligi poteſt; ideo exiſtimo te cũ ea diſpenſare poſſe, vt ei matrimonium contrahere liceat; eis tamen ſeruatis quæ in ſimilibus diſpenſa-tionibus ſacrum Pęniten-tiarię prętoriũ ſeruare con-ſueuit, ſcilicet, vt ſemel tantum nubere poſſit, & viro mortuo ad caſtitatem ſeruandam teneatur, & ꝙ ſaltem ſemel in menſe ad confeſſionem accedat, & vt quotidie pium aliquod à te aſſignandum opus fa-ciat, ad hoc vt quotidie emiſſi voti memoriã reti-nere poſſit. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXIX.

DE PRÆSCRIPTIONE mutui poſt 12 annum vigore ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *STatutum diſponens vt credita exigi non poſſint poſt 12. annum à die contractus non habet locũ contra minores, ſi ante ſeptennium, cum ad maiorem ætatem perueniunt, illa petant.*

2 *Statuto diſponente vt creditor exigens debitum ante duodecimum annum cadat à iure ſuo, ſi debitum non exigitur, liberatur debitor etiam in foro conſcientię, ſecus ſi tantum actionem creditori deneget.*

3 *Minor reſtitutionem in integrum petere poteſt factus maior infra quadriẽnium.*

STāte ſtatuto cuiuſdã Ciuitatis ꝙ credita exigi non poſſint, tranſacto 12. anno à die contractus, quæritur an mortuo creditore quinto tantum anno tranſacto à die cõtractus, filijs relictis in pupillari, vel minori ætate, qui hereditati paternæ tanquam nullius valoris renunciarunt, poſſint ipſi filij maiores facti, ſtatuto, & renunciatione non obſtante, creditum exigere etiam duodecimo anno à die contracti crediti tranſacto, & conſequenter, an teneatur debitor debitũ pſoluere, ſtatuto, & renunciatione non obſtãte? 1

Vt

1 Vt reſolutio propoſiti caſus haberi poſſit, duo ſunt diſtinctè conſideranda, ſcilicet ſtatutũ, & renũtiatio. Et quò ad ſtat. dico, vigore illius nõ impediri filios prędictos factos maiores creditum exigere, etſi duodecimus annus à die contractus tranſactus ſit, ſi ante ſeptennium poſt quam ad maiorem ętatem peruenerunt, creditum ſibi ſolui poſtularunt. Et ratio eſt, nam huiuſmodi ſtatuti diſpoſitio eſt quædam præſcriptionis ſpecies ꝓpter bonum & æquum in odiũ negligentis inducta; ſed præſcriptio contra minorẽ non currit, ſed dormit, & poſt minorem ætatem iterum currere incipit l. non eſt incognitum C. quibus non obijcit long. pręſcript. ergò prędicti filij pupilli & minores, ſi maiores facti an te ſeptenniũ creditũ poſtularunt, verè intra tempus à ſtatuto ſibi permiſſo hoc fecerũt, & heredes debitoris debitum ſoluere tenentur; nã præterm iſſo tempore pupillaris, & minoris ætatis, in quo pręſcriptio dormiebat, tantum quinquennium ante mortem creditoris cum ſeptẽnio poſt maiorem ætatem filiorũ in duodecim annis erit computandum.

2 Aduertenda tamen ante omnia ſunt verba ſtatuti, nam ſi ita loquuntur, vt conſtare poſſit mentẽ ſtatuentium fuiſſe, creditorẽ non exigentem ante duodecimum annum cadere à iure ſuo, tunc debitor, finito duodecimo anno, tutus erit in cõſcientia, quia ſublata eſt obligatio ciuilis, & effectus naturalis obligationis, vt dixit Bart. in l. ſequitur §. ſi viã nu. 4. ff. de vſucap. At ſi ſtatuti verba ita loquuntur, vt conijci poſſit tantum credi-

ditori eſſe actionem denegandam vt non audiatur coram Iudice, & tũc, quia nulla obligatio tollitur, ſed via agẽdi præcluditur, vt idem Bart. ſupra dixit, tenetur debitor in conſciẽtiæ foro etiam poſt duodecimum annum debitum ſoluere. Et ad dicta faciunt ea quæ dixit Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. Eccleſ. nu. 3.

3 Quo ad renunciationem verò dico, poſſe dictos minores in integrum reſtitutionem poſtulare l. 1. C. ſi vt omiſſ. hered. quam ſi in tempore à lege determinato poſtularunt, ſcilicet infra quadriennium poſtquam vigeſimum quintũ annum impleuerunt, iure creditum exigere poſſunt infra ſeptẽnium prædictũ, à die quo ad maiorem ętatem peruenerunt, ſed ſi reſtitutione in legitimo tempore non petita, ac illa non impetrata, creditũ exigunt, debitor debitum illis ſoluere non tenetur, nam tali reſtitutione in integrum non impetrata, ſtante renunciatione, patris heredes eſſe non poſſunt. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXX.

DE VALIDITATE electionis.

SVMMARIVM.

1 *E Lectio proprij Prælati de iure Communi pertinet ad Conuentum Monaſterij.*

2 *Vtile per inutile nō vitiatur.*

3 *Electio ualet, habito conſenſu eligentium, etiamſi in illa forma aliqua ſeruata non fuerit.*

4 *Electio canonica præcedens non vitiatur per confirmationem quocūque iure inutilem.*

5 *Confirmationis Canonicę electionis petitio, & litteræ ad eam petendam ſcriptę acceſſoriæ ſunt ad electionem. Principale nunquam ſequitur naturam ſui acceſſorij.*

6 *Electio Canonica omnino eſt confirmāda, & peccat ſuperior qui illam confirmare non vult.*

FActi ſerie cōſiderata, miror quomodo Adm. RR. Patres Definitores Reuerendiſſimi Ordinis Minimorum ſpreta electione Adm. R. Patris Fratris Iſſidori de Maida, facta à
1 Conuentu Bononiēſi, aliū elegerint in Correctorem eiuſdem Conuentus contra tex. in c. 1. & c. quia ꝑpter, & totū tit. de elect. (ex quibus conſtat ad Cōuentum Monaſterij pertinere electionem proprij Prælati) ſub vano prętextu nul-

nullitatis dictæ electionis, ex eo quod Frater Ignatius Caietanus in electione ſcribæ, quæ electionem Correctoris præcedit, errorem commiſerit, quia ſcilicet ſchedulam ſui voti non plicatã in vrnã poſuit, & quia illam immediatè recipiendo plicauit, & quia litterę miſſæ à capitulo locali Bononienſi pro confirmatione electionis Correctoris ab ipſo Patre F. Iſidoro ſubſcriptæ non fuerunt; nam quò ad primum prętextũ dicó, quod, Aut Frater Ignatius prædictus in traditione ſui ſuffragij errorem commiſit, aut nõ. Si prædictum Fratrem tũc erraſſe dicimus, ita vt electio hæc, quæ tertia vice fuit celebrata, omnino inutilis & inualida cenſenda ſit, ſtatim in vigore ſuo remanent illæ aliæ duæ primæ electiones, quæ votis paribus factę fuerant; nã

2 vtile per inutile vitiari nõ debet l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verb. oblig. c. vtile de reg. iur. in ſexto & conſequẽter erit tunc locus deciſioni Generalis Capituli eiuſdem Religionis Ianuæ celebrati anno Dñi 1596. in quã expreſsè ſtatuitur, ꝙ ſi in electione ſcribæ pares eſſe voces contigerit, & repetita electione in prędicta manſerint paritate, poſſit ſuperior, ſi præſens adeſt, quem mauult ex æqualiter electis aſſumere: & cum, in caſu de quo quęritur, ſuperior, qui pręſens aderat, vigore dicti Capituli in Scribam aſſumpſerit P. F. Iſidorum prædictum, qui ex eis vnus erat, qui pares habebãt voces, electio nullo pacto ſcribæ denegari poteſt. Aut autem F. Ignatius tunc non errauit, prout verè non errauit, & tunc ipſum P. Fratrẽ Iſidorũ à maiori parte eli-

eligentium electum in ſcribam fuiſſe fatendum erit: Et non erraſſe patet tùm ex his quæ dicit Nauar. in conſ. 9. nu. 2. in nouis; tùm quia ſeruauit ea quę de iure naturæ ſeruanda erant, & ſatis fuit.

3 Et pręterea, habito conſenſu eligētium valet electio etiam in electionibus, in quibus aliqua forma ſeruanda eſt, licet forma illa ſeruata non fuerit, vt notat Innoc. in c. quia propter, de elect & Abb. in c. 1. de in integ reſtit. quos citat, & ſequitur Dec. in c. canonũ in prima lectura, de conſtitut. nu. 70. Sed in caſu noſtro habetur cõſenſus eligentium P. Fratrẽ Iſidorum in ſcribam, cùm maior pars illum elegerit, & omnes electores illum approbauerint, corã illo pacificè electionẽ correctoris proſequendo, non obſtante quod admoniti à Vicario fuerint, vt ſi fortè ſuſpectam futuri Superioris electionem haberent, proteſtationem de ipſius inualiditate pręmitterent: ergò valida talis electio fuit, maximè quia, nulla in ea ſpecialis forma ſeruãda erat, nec in cõtrariũ aliqua proteſtatio præceſſit.

Quò ad ſecundã causã quæ ad dictam electionem annullandam affertur, dico ita friuolam eſſe, vt nulla reſponſione dignam illã exiſtimem; nam cum electio Correctoris omni ex parte perfecta fuerit, quis erit Sacrorum Canonum eruditus, qui illam nullam ex eo dicat, quòd ſcriba illã non ſubſcripſerit? Nonne hæc ſeparata ſunt, & in ſe diuerſa? Nunquid in iure à ſeparatis illatio fit? Nunquid vtile per inutile vitiatur? ſed à iuris eruditis hęc abſint.

4 Imò ſi quis in fauorem

Adm.

Adm. R.P. Fratris Iſidori expreſſum tex. deſiderat, legat c. ſi in confirmationem de elect. in ſexto vbi cauetur, vt nec per ipſam electionis cõfirmationem quocunque iure inutilem, electio canonica, ſi præcedat, vitietur.

5 Et præterea, petitio confirmationis canonicę electionis, & litteræ ad eã petendam ſcriptæ acceſſorię ſunt ad electionem; nam electio ipſa eſt illa, quæ in his actibus principaliter intenditur, vt colligitur ex gloſ. fin. in d. c. ſi confirmationem; ſed principale nunquam ſui acceſſorij naturam ſequitur, vt pręd. gloſ. ibidem notat, licet è contrario acceſſorium ſui principalis naturam ſequatur, & in c. ſi ſup gratiã de offic. deleg. in ſexto c. acceſſoriũ de reg. iur. in ſexto; ergò electio P. Fratris Iſidori ex defectu ipſarum litterarum vitiari nõ poteſt, dato quod

6 litteræ ipſę nullæ ſint; ſed in caſu nullitatis ipſarum omninò alię litteræ ſunt ſcribẽdę, & canonica electio omnino eſt cõfirmanda, alioquin peccat ſuperior, ad quem confirmatio ſpectat, ſi illam confirmare non vult, iuxta c. indẽnitatibus §. 1. de elect. & per tradita à Nau. in cõſ. 5. de elect. nu. 1. in nouis. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXXI.

DE SIMONIA IGNORANTER commiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus dici nõ poteſt, qui ignorans eſſe Simoniam, pecuniam ſoluit ad obtinendum fauorem pro beneficio conſequendo.*

2 *Ignorantia excuſat à peccato, & à pœna peccati. Et hoc eſt verum etiam in peccato Simoniæ, vt in nu. 3.*

4 *Ignorantia iuris, etſi in foro exteriori non excuſet, excuſat tamẽ in foro cõſciẽtię.*

Incogitantia in foro conſcientiæ excuſat.

Inaduertentia in foro conſcientiæ excuſat.

5 *Actus agentis iudicandi sũt ſecundum principalem intentionem eius.*

Simonia nõ eſt dare aliquid, quod ſit cauſa minus principalis, ſed mediata quærendi aliquod ſpirituale.

6 *Beneficiũ ſi quis ignorãter ſimoniacè acquiſiuit, quid faciet, vt tutiorem eligat viam?*

7 *Simonia ſi ignorãter cõmiſſa ſit, ita cũ eo, qui illã cõmiſit diſpẽſare poteſt Epiſcopus, vt poſſit etiã illi idẽ beneficiũ cõferre, facta prius ſimpliciter reſignatione. Nec tenetur ad reſtitutionẽ fructuum vt in nu. 9.*

8 *Lex reſtringi, & ampliari debet ad limites rationis expreſſæ, quando ratio legis expreſſa eſt, etiamſi verba hoc non patiantur.*

1 SAcerdos, qui cẽtum dedit cubiculario cuiuſdam Epiſcopi ad hoc, vt fauorem illi pręſtet ad beneficium obtinendum, ignorando committere Simoniam, excuſatur ab ipſa, & conſequenter ſimoniacus dici non poteſt.

2 Primo quia ignorantia excuſat à peccato, & à pœna peccati, vt notatur in c. 2. & c. nam concupiſcẽtiam de conſtit. ſed prædictus Sacerdos ſoluit centũ ignorando committere ſimoniam; ergò excuſatur à peccato ſimonię, & à pœna eius, ſcilicet, beneficij reſignatione, & excommunicatione.

3 Et quod etiam in peccato ſimoniæ ignorantia excuſet, probatur ex c. quoniã de ſimon. in fine, ibi, iterum ne per ſimplicitatem, aut ignorantiam ſe valeãt excuſare, præcipimus, vt diæceſani Epiſcopi ſingulis annis hoc faciãt
4 per ſuas diæceſes publicare &c. ergò ignorantia à ſimonia excuſare poteſt. & quamuis ignorantia ſit iuris, quæ in exteriori foro non excuſat, in foro tamẽ conſcientiæ, ignorantia, incogitantia, & inaduertentia ſemper excuſant, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 88. ar. 5. & 6.

5 Secundo quia actus agẽtis iudicandi ſunt ſecundũ intentionem principalem eius l. ſi quis nec cauſam ff. de reb. credit. Intentio autem in caſu noſtro non videtur fuiſſe emendi beneficium, ſed impellendi cubicularium Epiſcopi ad fauorem pręſtandũ, vt ipſe Sacerdos beneficium obtinere potuiſſ. dare autem aliquid quod ſit cauſa minus principalis; vel mediata quęrẽdi aliquod ſpirituale; non eſt verè ſimonia, per multa quę adducit

Nau.

Nauar. in man. cap. 23. nu. 100. & 101.

6 Verum quia maxima adeſt ratio dubitandi, prędictum ſacerdotem ſimoniacè beneficium acquiſiuiſſe propter præſtitum à cubiculario fauorem, pecunia mediante, quamuis ipſe Sacerdos per prædicta, ſaltem in conſcientiæ foro ſimoniacus non ſit, vt tutiorem eligat viam, admonẽdus erit, vt beneficium in manu Epiſcopi renunciet, manifeſtata illi renunciationis cauſa: Et poſt liberam reſignationem, poteſt

7 cum eo Epiſcopus miſericorditer diſpenſare, iterum ei idem beneficium conferendo.

Nam etſi cum eo, qui ſimoniam commiſit, ſolus Papa diſpenſet, cum eo tamen, qui ignoranter illam commiſit, diſpenſat Epiſcopus, ita vt etiam eidem idem beneficium conferre poſſit, poſtquam ab illo purè, & ſimpliciter fuerit reſignatum, vt tradit gloſ. in c. de ſimoniacè de ſimon. & Burgas. de Irregular. & diſpenſ. par. 6. tit. de ſimon. & ſimoniac. num. 95. per tex. in d. c. ſimoniacè, & c. ex inſinuatione eod. tit. & quamuis tex. gloſ. & Burgas ſopra loquãtur de ignorantibus pecuniam fuiſſe ſolutam, idem tamen dicẽdum erit de ſcientibus, ſi ſimoniam committere ignorarunt, per rationem tex. in d. c. ſimoniacè: dicit enim textus, quod diſpenſari cum illis poteſt, quia ſimoniaci non ſunt (intellige quò ad Deum, & in conſcientiæ foro illos ſimoniacos non eſſe, ſed cum illis diſpenſari poſſe quò ad homines, & in foro exteriori) ſed in caſu noſtro prædictus Sacerdos ſimoniacus non eſt, vt ſupra probaui;

8 Ergò diſpenſari cum illo poteſt. Nam quandocunque ratio legis eſt expreſſa, debet lex reſtringi, & ampliari ad limites rationis expreſſæ, etiam ſi verba non patiantur, vt notabiliter docet Panor. in c. quia in inſulis nu. 3. de regular. & per ea quæ notat Bart. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati: Sed infra limites rationis expreſſæ in d. c. de ſimoniacè, comprehenditur etiam ille, qui pecuniam ſoluit ignorando committere ſimoniam; ergò ampliandus eſt vt eam comprehendat.

9 Nec cogendus eſt ad reſtitutionem fructuum interim perceptorum, tum quia corporale ſeruitium præſtitit; tum quia ſi quid ex mercede ſeruitio debita ſupereſt, ſucceſſori debetur, & conſequenter ipſimet, cum ipſe ſuccedat per nouam Epiſcopi collationem. Saluo ſemper &c.

CONS. XXXII.

DE ALIENATIONE Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Pauli II. contra alienantes bona Eccleſiaſtica quatuor pœnas continet; & quæ illæ ſint.*

2 *Bona fides excuſat à pœna extrauagantis Pauli II. contra alienantes bona Eccleſiæ.*

3 Pæ-

3 *Pœna appoſita contra prȩſumentes, non comprehendit eos, qui bona fide fecerunt.*

4 *Alienans bona Eccleſiȩ excuſatur à mortali, & ab Excommunicatione ob apparentiā iuſtȩ cauſæ, etſi alienatio nulla ſit.*

5 *Alienantes Eccleſiam ad profanos vſus non applicandam non incidunt in pȩnas Extrauag. Pauli 2. vide in nu. 10. 12. & 14.*

6 *Conſenſus ſolus ſine ſcriptura ſufficit in qualibet diſpoſitione.*

7 *Caſus non expreſſus habetur pro omiſſo.*

8 *Præſumptio ceſſat in caſu claro.*

9 *Lex non aptatur illis, quibus legis verba aptari non poſſunt.*

10 *Leges poenales non extendūtur ultra quam verborum ſignificatio permittit.*

11 *Alienatio bonorū Eccleſiaſticorum quare interdicta.*

13 *Doctoris dicta intelligenda ſunt iuxta leges, quas allegat.*

15 *Gaſpar Silingardus Epiſcopus Mutinenſis laudatur.*

16 *Bullam Pauli 2. circa alienantes bona Eccleſiæ quò ad pœnas vſu receptam non eſſe, grauiſſimi auctores affirmant, & ſeruandam eſſe conſuetudinem Nau. docet.*

17 *Bulla Pauli 2. circa alienantes bona Eccleſiaſtica Mutinæ non eſt recepta quòad pœnas, ſed tantum quò ad nullitatem contractus.*

PRo defenſione eorū, qui capitulariter congregati vna cum ſuperiore alienarunt, ceſſerunt, & conceſſerunt Eccleſiam N. ab incurſu pænarum in Bulla Pauli II. contentarum, animaduertēdū eſt ante om-
2 nia, in prȩdicta bulla quatuor tantum pȩnas adeſſe, vt patet ex ipſa Bulla, & notat Rebuffus & Rodea-

nus, quos citat, & ſequitur Quaranta in ſumma Bullarij tit. Alienatio nu. 49. quarum prima eſt, nullitas contractus; ſecunda, pæna excommunicationis nemini reſeruatæ, tam cõtra alienantes, quam contra recipiẽtes; tertia, inter dictus eſt ĩgreſſus Eccleſiæ quò ad Pontifices, & Abbates, & poſt ſex mẽſes addita eſt ſuſpenſio à regimine & adminiſtratione; quarta ĩferiores Prælati priuãtur ipſo facto prælaturis illius Eccleſiæ, cuius bona alienarunt, vltra excõmunicationem. Ex quibus conſtat Vocales prædictos à ſola pæna excommunicationis ſe eſſe defendendos, quã nec in conſcientiæ, nec in exteriori foro incurriſſe indubitanter exiſtimarunt, & exiſtimant.

2 Primo quia multa ſunt, quæ à pęnis prædictæ extrauagãtis excuſant, inter quæ præcipuum locũ obtinet bona fides, quæ in foro conſcientiæ excuſat; nam in textu pęnæ

3 contra eos apponuntur, qui alienare præſumpſerint; & pæna appoſita cõtra eos, qui aliquid facere præſumpſerint, non comprehendit eos, qui abſque dolo, bona fide faciunt, vt docuit Zabarell. ĩ Clem. 1. nu. 22. de priuileg. & Nau. in c. accepta oppoſit. 8. de reſtit. ſpolia. & ĩ mã. c. 27. nu. 74. quos citat & ſequitur Quar. vbi ſupra nu. 9.

4 Secundum locum obtinet apparentia iuſtę cauſę, quæ alienantem à culpa mortali excuſat, licet alienatio iure nulla ſit; nam qui bona fide contra humanam legem aliquid facit, putans ſe cauſam iuſtam habere, mortaliter non peccat, vt poſt Nau. in man. c. 23. nu. 43. & in comment. de reb. Eccleſ.

non alien. num. 10. dixit Quar. ſupra. Et conſequẽter etiã excuſat à pæna excõmunicationis, quæ peccatum mortale requirit, c. nemo, & c. nullus 11. q. 3. ſed prædicti Vocales Eccleſiam prædictam alienarunt bona fide, & cum apparentia iuſtæ cauſæ; ergò à pœnis dictæ Bullæ excuſantur.

Probatur minor quò ad omnes ſuas partes, & primo quòad alienationẽ bona fide factam. Bona fide, & abſque dolo, & temeritate prędictos vocales alienaſſe, exiſtimantes hoc ſibi licere, ex eo conſtat, quod mentẽ Reuerẽdiſſimi ſui Generalis eſſe ſciebant, vt Eccleſia illa omnino relinqueretur accedente ſatisfactione Principis, & Ciuium, vt conſtabat illis ex litteris eiuſdẽ Reuerendiſſimi Patris datis Placentiæ ſub die 18. Decemb. anni 1612. Sed tempore talis alienationis non ſolum adfuit ſatisfactio Principis, & Ciuium, ſed ſi è cõtrario nõ fuiſſet tunc omnino Eccleſia prædicta alienata, ceſſa, & conceſſa, Princeps, & Ciues malè hoc ſenſiſſent. Et quamuis Reuerendiſſimus P. Generalis in licentia authentica vendendi domos, & ortalitia, nullam Eccleſię prædictæ mentionem fecerit, exiſtimarunt hoc ideo nõ feciſſe, quia ad vendendũ licentiam concedebat, & Eccleſia vendi nõ poteſt.

5 Et præterea, hoc ideo etiam exiſtimarunt, quia licentia ab ipſis petebatur ad effugiendas pœnas d. Bullę Pauli II. quas tantum locum habere crediderunt, & credunt quoad alienantes bona Eccleſiæ, non autem quò ad alienãtes Eccleſias, quæ per ta-

talem alienationẽ ad profanos vſus nõ eſſent applicandę, vt ex infra dicendis patebit; & ideo quò ad alienationem Eccleſiæ his ſtandum eſſe exiſtimarũt, quibus Reuerendiſſimus P. Generalis per dictas litteras conſenſerat.

6 Et licentiam in ſcriptis neceſſariam non eſſe putarũt, qa in qualibet diſpoſitione regulariter ſolus conſenſus ſufficit, nec ſcriptura requiritur l. pactum la ſeconda C. de pact.

Secunda etiã pars minoris, ſcilicet quò ad apparentiam iuſtæ cauſæ, probatur. Iuſtã enim cauſam alienandi Eccleſiam habere vocales prædicti exiſtimarunt: Primo quia aer illius partis Ciuitatis adeo inſalubris erat omnibus fratribus ibi habitantibus, vt ſingulis annis in certis quibuſdam mẽſibus omnes infirmarẽtur. Secundo quia Eccleſia in remotiſſima Ciuitatis parte ſita erat, ita vt pauciſſimi ad recipienda in ea Sacramenta, & audiendas conciones accederẽt. Tertio quia ad aliam Eccleſiã in nobiliori loco Ciuitatis ſitam tranſibant; & vtramque Eccleſiã abſque ſcandalo, & aſpero murmure omnium Ciuium retinere nõ poterant; ad quę vitanda ipſe Princeps, & vna cum illo Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis, vt ipſa Eccleſia tunc temporis dimitteretur, pręcepit, vt cõſtat. Quarto qa; domibus contiguis venditis, locus nõ erat, in quo fratres ibi habitare poſsent, & in Eccleſia officia celebrare, ac ideo ne Eccleſia remaneret ſine miniſtris, cum detrimento diuini cultus, illam alienare neceſſarium eſſe exiſtimarunt.

Nec conſtitutionẽ pro-

prię

priç Religionis obſtare crediderunt: nam illam intelligendam eſſe putarunt in caſu, quo non ſolũ locus, ſed etiam Ciuitas eſſet repudianda, & in caſu noſtro Ciuitas non eſt repudiata, imò nec domus, quæ tantum trãslata eſt; quod & cum beneplacito ipſius Reuerendiſſimi P. Generalis factum eſt, vt ex dictis eius litteris patet. Et preterea, Cõſtitutio eorum loquitur de domo repudiata, non autem de Eccleſia: & cũ Reuerendiſſimus P. Generalis licentiã conceſſerit alienandi domum, fruſtratorium erat & vanum Eccleſiam retinere, de qua ſola ſine do-
7 mo retinenda Conſtitutiones non tractant, & caſus non expreſſus habetur pro omiſſo l. cũ dotem ff. ſolut. matrim. Quç omnia cum clariſſima ſint non ſolum in foro conſciẽtiæ, ſed etiam in exteriori foro locum habent: nam forum exterius fundatur in præſumptionibus; ideo enim excommunicat quia preſumit inobediẽtes peccaſſe mortaliter; ſed cũ ex claris rationibus clarè cõſtet non obſeruantes aliquam legem non peccare mortaliter, prout eſt in caſu noſtro, à tali lege nec etiam in foro exteriori excõmunicantur, quia præ-
8 ſumptio ceſſat in caſu claro l continuus §. cui ita ff. de verb. oblig. & cedit veritati c. veritate manifeſtata 18. diſt. & notat Panor. in c. per tuas de ſent. excommun. nu. 13.

Secundo ideo vocales prædicti, pœnas prædictæ Bullç, per dictam Eccleſiæ alienationem nõ incurriſſe exiſtimant, quia Bullæ prędictę verba alienanti-
9 bus Eccleſiam aptari non poſſunt: & nulla lex apta-

tur

tur illis caſibus, quibus legis verba aptari nõ poſsũt, c. indemnitatibus §. pen. de elect. in ſexto l. 4. §. toties ff. de dam. infect. vbi Bart. & Paul. notant, ac etiam Felin. in c. nonnulli col. 31. de reſcript.

10 Antecedens probatur, Bullæ enim prędictę verba loquũtur de alienantibus bona Eccleſiæ, non autem de alienantibus Eccleſias, vt patet: & alia eſt Eccleſia, alia ſunt bona illius, vt etiam patet: & leges pęnales non ſunt extendẽdæ vltra quam propria verborum ſignificatio permittit c. pœnæ de pœnit diſt. 1. l. interpretationem ff. de pœn. & hoc maximè verum erit in caſu, cui nec etiam ratio legis aptari poteſt, vt eſt in caſu noſtro.

11 Ratio enim quare dicta prohibitio alienationis bonorum Eccleſiaſticorum emanauit, vt ex proemio d. Bullæ apparet, eſt, vt occuratur ambitioſæ cupiditati illorum, qui immobilia, & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus Eccleſię, Monaſteria, & pia loca reguntur, & illuſtrãtur, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, ac cũ maximo illorum, & diuini cultus detrimento, exquiſitis medijs vſurpare præſumunt: quæ omnia cum ceſſent in caſu noſtro, & conſequenter cum nec legis verba, nec ratio illi aptari poſſit, concludendum erit quod nec legis pœnę aptari illi poſſunt.

12 Nec obſtãt Auth. multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ. c. cum ad hęc de religioſ. domib. & c. ſemel de reg. iur. in ſexto, ex quibus motus Quar. vbi ſup. ĩ nu. 29. ampliat Bullam procedere etiam quo ad alienantes Eccleſiam; nam dicta

iura

iura expreſsè loquuntur in caſu quo alienatio fieret ad profanos vſus: in quo caſu fateor Bullam prædictã locũ habere (& ita intelligẽdũ eſſe dico Quar.
13 in d. ampliatione. Nam doctoris dicta intelligenda ſunt iuxta leges, quas allegat, vt dixit Bart. argumento illius legis in l. non ſolum, la ſeconda §. ſi liberationis ff. de liber. legata. & facit l. 1. C. de infant. expoſit.) nam in tali caſu ratio legis militaret; res enim Deo dicata tunc pro fanis vſibus applicaretur cum maximo diuini cultus detrimento, & veriſſima eſſet tunc regula d. Auth. multo magis, ſcilicet: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: Sed in caſu noſtro Eccleſia profanis vſibus nõ fuit applicata, ſed ſacra remanet, & in ea diuina officia celebrantur; & cum ceſſet in eo ratio legis, vt dictum eſt, cõſequenter etiam dicta regula ceſſat.

14 Et prætera, aut prędicta Bulla Pauli II. comprehẽdit alienãtes Eccleſias, aut non. Si non comprehendit, habemus intentũ, & nihil remanet diſputandum. Si verò eos comprehendit, dico nihilominus, Vocales, pœnas in ea contentas, non incurriſſe, non ſolum per ſupra dicta, ſed etiam quia Eccleſiam Religionis à Religione non alienarunt: nã conceſſo ꝙ Bulla Pauli II. locũ habeat quoad alienãtes Eccleſias, Eccleſia, de qua eſt quęſtio, nunquã fuit in dominio Religionis; fuit enim Religioni donata a Reuerendo quodã Presbytero anno 1603. nullo reſeruato, nec impetrato aſſenſu Romani Pontificis, & cum fuiſſet per biennium à Religione poſſeſſa, ad

maio-

maiorem cautellam fuit eadem Eccleſia Religioni donata à Reuerendiſſimo Gaſpare Silingardo Epiſcopo Mutinenſi, anno 1605. nullo item reſeruato, nec impetrato aſſenſu Romani Pontificis, vt patet ex inſtrumentis rogatis eiſdem annis à Notario, & Cancellario Epiſcopali: vnde & donatio nulla eſſet, & ipſe Reuerendus Presbyter eſſet excommunicatus, & Epiſcopus ab ingreſſu Eccleſiæ eſſet interdictus, & à regimine, & adminiſtratione Epiſcopatus ſuſpenſus, vt patet ex pœnis in d. Bulla contentis, & tamen nunquam à tali regimine abſtinuiſſe ſcitur, vnde dicẽdum erit ipſum ſenſiſſe, prædictam Bullam quò ad alienãtes Eccleſias ad vſus nõ ꝓfanos locũ nõ habere.

15 Et eius praxis maximæ auctoritatis apud omnes eſse debet; Vicariatus n. officium exercuit plures annos apud Illuſtriſſimum, & æternæ memorię dignum noſtræ Religionis Cardinalẽ Paulũ de Aretio, non ſolum in Epiſcopatu Placentino, ſed etiã in Archiepiſcopatu Neapolitano, & tandẽ ob prę clara ſua merita ad Epiſco patum Mutinenſem promotus fuit, & pluribus legationibus functus eſt.

16 Quibus adde; fere cõmunem eſse ſentẽtiã grauiſsimorum Doctorũ auctoritate, & teſtimonio cõprobatam, Bullam prędictam Pauli II. nullibi, vel paucis in locis vſu receptã eſse, maximè quoad pęnas in ea contentas; ita inter alios teſtatur Caiet. in sũma ver. excommunicatio c. 75. Sylu. ver. excõmunicatio 7. num. 83. Nau. in man. c. 27. num. 149. & 150. & in conſ. 10. de

reb.

reb. Eccleſ. non alien. in nouis, vbi Nauar. ait, in vtroque foro ſedulò vidēdum eſse quomodo ſe habeat conſuetudo Epiſcopatus, vbi ſita eſt Eccleſia, cuius bona fuerunt alienata, & ſecundum eam iudi-
17 candum eſſe: Sed conſuetudo curiæ Epiſcopatus Mutinenſis ſe habet, vt tā-tum quoad nullitatem cō-tractus in ea iudicetur ſecundum d. Bullā Pauli II. non autem quoad pœnas in ea contentas, vt patet ex authentica fide Vicarij, Generalis, & omnium Cācellariorum d. Curię: ergò ſecundum hanc cōſuetudinem iudicandum erit, prędictos vocales pænas d. extrauagantis non incurriſse. Et hęc tumultuario ſtudio breuiter dicta ſint, Saluo ſemper, &c.

CONS. XXXIII.

REGVLARES DONANTES Eccleſiam non incidiſſe in pœnas Bullę Clem. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnas legis ut quis incurrat neceſſario requiritur vt faciat cōtra verba, vel contra rationem legis.*

2 *Lex à rubrica interpretationem capit.*

3 *Verba legis abſolutè prolata propriè, & ſtrictè ſunt interpretanda.*

4 *Largitionis vocabulum ſtrictè ſumptum profuſam donationē ad ambitum ſignificat.*

5 Gram-

5 *Grãmaticorum auctoritas, quæ in iure cõtradictorem non habet, ſequenda eſt.*

6 *Largitionis vocabulum in Bulla Clem. viij. de largit. muner. ſtrictè eſt accipiendum.*

Leges pœnales ultra propriam ſignificationem extendendæ non ſunt.

Legis ratio ubi ceſſat, & ipſa legis diſpoſitio ceßat.

7 *Impoſſibilia iuris cenſentur ea, quæ ſine incommodo, & ſalua honeſtate, & pietate fieri non poſſunt.*

8 *Pœnas Bullæ Clem. VIII. de largit. muner. non incurrunt, qui neceſſitate coacti donant.*

9 *Donare non dicitur qui neceſſitate coactus donat.*

10 *Donatio illa propriè dicitur, quę ob ſolã liberalitatẽ fit.*

Bulla Clem. VIII. de largit. muner. ex quatuor cauſis emanauit. uſque ad nu. 17.

12 *Antecedente conceſſo videtur etiã cõceſſum cõſequens.*

13 *Mens ſuperioris talis præſumitur, qualis de iure eſſe debet.*

14 *Paupertatis votum non uiolant Religioſi poſſidentes bona in cõmuni ut uniuerſi.*

15 *Paupertatis uotum non uiolant Religioſi donantes ut uniuerſi, in caſu quo donare obligantur.*

16 *Donatio etiam ubi eſt interdicta fieri poteſt quãdo donator pauperior non efficitur, nec donatarius ditior.*

17 *Lex non recepta non ligat. & quando non dicitur recepta ut in nu. 18.*

19 *Bulla Clem. VIII. de largit. muner. uel nõ fuit recepta, uel per nõ uſum ſublata eſt, ut in nu. 20.*

20 *Lex tollitur per non uſum.*

REgulares, qui vna cum ſuperiore Eccleſiã quãdã donarunt, non incurriſſe pœnas Bullæ Clem. viij. de largit. muner. probatur primo.

1 Quia

1 Quia ad incurrendas pęnas alicuius legis neceſſariò requiritur, vt quis faciat vel contra verba legis, vel contra legis rationem; Contra verba; nam nulla lex aptatur illis, quibus legis verba non aptantur, vt dixi in præcedēti caſu per c. indemnitatibus §. pen. de elect. in ſexto & per l. 4. §. toties ff. de damno infecto. Contra legis rationem; nam lex reſtringi, & extendi debet iuxta limites rationis legis, arg. l. cũ pater §. dulciſſimus ff. de legat. ſecundo & l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. Sed prædicti regulares non fecerunt contra verba d. Bullę, nec contra rationem eius; ergò pœnas in ea contentas nō incurrerunt.

2 Probatur minor quoad primam partem, ſcilicet, non feciſſe Regulares cōtra verba d. Bullę per alienationem prędictam; nam nec in rubrica, a qua lex interpretationem capit l. imperator ff. de in diem adiect. & tradit. Corduba in l. ſi quis à liberis §. idem reſcriptum nu. 122. ff. de liber, agnoſcen. nec in textu d. Bullæ adſunt verba, quæ dictam ceſſionem, & conceſſionem comprehendere poſſint; nam tam in d. rubrica, quam in ipſo textu vtriuſque ſexus regularibus munerum largitio, & miſſio eſt interdicta, per verba abſolutè prolata;

3 & quando verba alicuius legis abſolutè prolata ſunt, propriè & ſtrictè ſũt accipienda, c. ex litteris de ſponſalib. l. non aliter

4 ff. de l. 3. Largitionis autē vocabulum ex propria, & ſtricta ſua ſignificatione, profuſam quandam donationem ad aliquam ambitionem impetrandā ſignificat, vt teſtatur auctor decla-

clarationis d. Bullæ,quam
ponit Sorbus Capucc. in
Cõpend. Priuileg. Medic.
ver. Dare . admonit. 2. &
teſtantur etiam Grammati-
ci, atque patet ex Terẽt.
in Adelf.ibi. *quæ iſthęc ſubi-
ta eſt largitas*, & ex Cic. in
Orat. pro Cęlio ibi. *Non
poteſt qui ambitu ne abſolu-
tum quidem patitur eſſe abſo-
lutum, ipſe impunè vnquam*
5 *eſſe largitor*; & Grammati-
corum auctoritas à nobis
ſequenda eſt, quando in
iure contradictionem non
habet, vt dixit Pariſi. in
conſ. 23. Pręſuppoſita va-
liditate. nu. 37. 2. par. p l.
in tãtũ §.fin.ff.de rer.diuiſ.
Vnde non eſt audiendus
6 Auctor dictę declarationis
in quantum affirmat, in d.
Bulla latiſſimè d. vocabu-
lum eſſe accipiẽdum, tum
per ſupra citata iura; tum
quia leges pœnales nõ sũt
extendendę vltra quã pro-
pria verborum ſignifica-
tio permittit, c. pœnæ de
pœnit. diſt. 1. l. interpre-
tationem ff. de pæn. tum
quia in caſu noſtro omnes
rationes d. Bullæ ceſſant,
& vbi ceſſat legis ratio;
ceſſat etiam legis diſpoſi-
tio l.fin. ff.de hered. inſtit.
l. quod dictum ff. de pact.
c. fin. de reg. iur. in ſexto
& cum prędicti Regulares
non ad ambitionem Eccle
ſiam prædictã ceſſerint, &
conceſſerint, ſed ad vitan-
das murmurationes om-
nium ciuium, & quia ven-
ditis contiguis domibus,
Eccleſia prædicta non ſo-
lũ Religioni inutilis erat;
ſed erat etiam oneroſa; nã
abſquè maximo incommo
do,& ſine diminutione di-
uini cultus ĩ illa, officia di-
uina celebrare nõ poterãt,
cũ vbi habitarent religioſi
nõ haberẽt,& lõgè diſtarẽt
à noua Eccleſia, & habita-
tione ad q̃ de nouo ſe tran-
ſtulerãt,& ĩ ſufficiẽtes eſſẽt

ad ſeruitium vtriuſque Eccleſiæ, & conſequenter erat illis impoſſibile & illam retinere.

7 Nam quæ ſine incommodo, & ſalua honeſtate & pietate fieri non poſſunt, impoſſibilia iuris cenſentur l. nepos Proculo ff. de verb. ſignif. l. filius ff. de condit. inſtit. & impoſſibilium nulla eſt obligatio l. impoſſibilium ff. de reg. iur. conſequenter contra Bullæ prædictæ verba Eccleſiam prædictam nõ ceſſerunt, & conceſſerunt.

8 Et præterea, dato quod prædictę Bullæ verba latiſſimè eſsent interpretanda pro quacũque donatione, etiã ſi ad finẽ ambitionis non fiat, vt d. Auctor. exiſtimat, attamen Regulares prædicti contra Bullæ verba non fecerunt, nam verè & propriè non donarũt, quia neceſſitate coacti dederunt, nimirũ quia erat illis impoſſibile Eccleſiam prædictam retinere, vt conſtat ex ſupradictis; & quia tanquam adminiſtratores vtilia agere, & inutilia prætermittere tenebantur, & vtile erat Religioni & fratribus tũc dictam Eccleſiam cedere, ob multa, quę iuſtis ex cauſis non explicantur. Item etiam quia inutilis & oneroſa erat tunc d. Eccleſia Religioni, vt ſupra dixi.

9 Neceſſitate igitur coacti Eccleſiam ceſſerunt, ſeu donarunt: & qui dat ex neceſſitate, donare non dicitur, gloſ. fin. in l. rem legatam ff. de adim. legat. l. ſi quis pro vxore de donat. inter vir. & vxor. l. donari ff. de donat. l. donari ff. de reg. iur.

10 Et probatur etiã ratione, nam illa propriè donatio dicitur, quã propter nullam aliam cauſam quis facit, quam vt liberalitatem,

& munificẽtiam exerceat, l. 1. in prin. ff. de donat. Sed prędicti Patres non ad liberalitatẽ, & munificentiam exercẽdam Eccleſiã prędictam ceſſerunt, & cõceſſerunt, ſed ad vitanda prędicta incommoda, vt dictũ eſt, & ſic ad redimẽdam ſuam vexationem donarunt; quam donationẽ licere Bulla prædicta non obſtante, affirmat Auctor d. declarationis ibid. in §. Item & alios caſus, il terzo; ergò contra prędictę Bullæ verba non fecerunt.

11 Probatur item minor quoad ſecundam partem, ſcilicet Regulares contra dictæ Bullæ rationem non feciſſe. Et quia quatuor æque principales rationes & cauſæ ſunt, ex quibus motus Summus Pontifex prædictã Bullam promulgauit, vt patet ex eius §. 1. & notat Auctor ſupra citatæ declarationis in admonit. tertia, Regulares contra nullam ex illis rationibus feciſſe probãdum eſt.

Prima igitur ratio eſt: vt Regularium Ordinum diſciplina, aut labefactata in priſtinũ reſtituatur, aut ſalutaribus Conſtitutionibus communita integra atq; incolumis pmaneat. Contra quam rationẽ Regulares non feciſſe probatur, quia per talem Eccleſiæ ceſſionem, & conceſſionem nullam Religionis Conſtitutionẽ violarunt, nã, etſi in tertia parte Cõſtitutionem c. 5. §. ſi ad aliud domicilium, ſtatutũ ſit: Vt ſi qua domus, expleto triennio, poſtquam recepta in cõgregatione fuerit, erit repudianda, fieri debeat à Capitulo Generali, ipſi Regulares domũ non repudiarunt, ſed cum licentia Reuerẽdiſſimi P. Generalis illam pretio repe-

peribili vendiderunt; ad finem transferendi domicilium ad nobiliorem, & vtiliorem eiuſdem Ciuitatis locum; prout factum eſt. Quam licentiam Reuerendiſſimum P. Generalem abſq; Capitulo Generali concedere potuiſſe crediderunt, quia non de repudianda domo alicuius Ciuitatis, ſed de transferendo domicilio agebatur; & Conſtitutionem intelligendam eſſe exiſtimarunt in caſu, quo nõ ſolum locus, ſed etiam Ciuitas eſſet repudianda. Qua domo vendita, quia impoſſibile erat Eccleſiam retinere, vt ſupra probatum eſt, ideo illam ceſſerunt, & cõceſſerunt, abſque vlla Cõſtitutionum offenſione, quæ de repudianda aliqua Eccleſia, quę nullas haberet cõtinguas domos, verba non faciunt, & caſus non expreſſus habetur pro omiſſo l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrim. Et prætere a, dato quod in d. Conſtitutione talis caſus ſaltẽ tacitè contineatur, attamẽ Conſtitutionẽ non offenderunt; tum ratione dictę impoſſibilitatis retinendi dictam Eccleſiam; nam nulla Conſtitutio ad impoſſibilia obligare poteſt contra d. reg. impoſſibiliũ ff. de reg. iur. & c. nemo poteſt de reg. iur. in ſexto: tum quia nec d. Eccleſiam abſque tacito, pręſumpto, & expreſſo Reuerẽdiſſimi P. Generalis conſenſu ceſſerunt, & conceſſerunt; nã cum conceſſerit d. Pater licentiam vẽdendi hortalitia, & domos contiguas, videtur etiam tacitè conceſſiſſe licentiam cedendi Eccleſiam, non ſolũ quia nullius emolumẽti, & maximi oneris erat Religioni, ſed etiam quia non ad alium finẽ Regulares Ec-

cleſias recipiunt & retinẽt, niſi vt in illis fratres in cõtiguis domibus habitãtes diuina officia celebrare valeãt; ideoque cõceſſa vẽditione domorũ, & conſequenter cõceſſo vt fratres iuxta Eccleſiam nõ habitent; nam venditis domibus ibi habitare non poterãt; videtur etiã tacitè illis conceſſum eſſe, vt Eccleſiã relinquant, & cedant; tũ quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus c. cum ceſſante de appellat. c. etſi Chriſtus de iure iur.

12 Tum quia conceſſo antecedenti videtur etiã cõceſſum conſequens, & è contra c. cum M. Ferrariẽſis de conſtitut. c. prudentiã, & c. pręterea de offic. delegat. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & ſic nõ abſquè tacito d. P. conſenſu Eccleſiam prædictam ceſſerunt; & taciti & expreſſi eadem eſt virtus l. cum quid ff. de reb. credit.

13 Nec etiam abſque eius præſumpto conſenſu hoc fecerunt; nam ſuperioris mens talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet, vt docet Bald. in l. ex facto ff. de vulg. & pupill. & ſequitur Felin. in conſ. 31. nu. 7. Sed de iure mens P. Generalis eſſe debuit, ne Eccleſia prædicta cũ diminutione diuini cultus, & cum tantis incommodis retineretur; ergò illa fuiſſe præſumitur, vt dicta Eccleſia cederetur. Nec item abſque eius expreſſo conſenſu hoc fecerunt, vt patet ex eius litteris datis Placentię ſub die 28. Mẽſis Decembris 1612. Et P. Generalem licitè hoc conceſſiſſe, ſupra probaui.

14 Secunda ratio d. Bullæ eſt: vt votum paupertatis integrè ſeruetur. Quam ſecundam rationem Regulares non violaſſe ex eo proba-

batur, quod ſicut non violatur votum paupertatis: ex eo, quod Religioſi in cõmuni bona poſſident, non communia vt ſingulis, de quibus agit l. per fundum ff. de ſeruit. præd. ruſtic. l. Sabinus ff. comunia diuidundo, & gloſ. in c. cum omnes de conſtitut. Sed communia vt vniuerſis, de quali cõmuni agit c. quod omnes cũ ſua gloſ. de reg. iur. in ſexto, & d. gloſa in c. cum omnes de conſtitut. ita non violatur votũ pau-
15 pertatis ex eo, quod Religioſi in communi vt vniuerſi aliquid donant, in caſu quo tanquam boni adminiſtratores donare tenẽtur, ad hoc vt vtilia agant, & inutilia prætermittant;
16 & hoc maximè verum erit in caſu quo ex illa donatione Religio pauperior non efficitur, vel donatarius ditior, in quibus caſibus etiam eis donare licet; quibus donatio interdicta eſt, vt patet ex c. fin. de donat. inter vir. & vxor. & ff. eod. l. 3. §. vlt. l. ſi ſponſus §. ſi maritus, il ſecondo & §. ſi quis, & §. ſi conceſſa l. ſed. & ſi conſtante, & ex l. ſed & ſi vir. ſed prędicti Regulares in communi vt vniuerſi Eccleſiam prędictam ceſſerunt, in caſu quo tanquam boni adminiſtratores illam cedere tenebantur, ad hoc vt vtilia agerent, & inutilia prætermitterent, vt ſupra probatum eſt; & hoc fecerunt in caſu quo, ex tali donatione religio pauperior effecta non eſt, nec Ciuitas, cui fuit Eccleſia ceſſa ditior; vt manifeſtiſſime conſtat tam ex ſupradictis, quam ex euidẽtia facti; ergò ideó paupertatis votum nõ violarunt. & ſic ceſſat ſecunda ratio extrauagentis prędictę.

Item ceſſat tertia ratio,

quę eſt: Ne bona Monaſteriorũ, vel quorumcunque Regularium, ſiue ſint redditus, ſiue eleemoſynę, ſiue bona quomodocunq; acquiſita, dilapidentur, & diſſipẽtur. Ex dictis enim conſtat bona Religionis nec dilapidata, nec diſſipata eſſe, ſed ex neceſſitate, & in bonum Religionis, nudam Eccleſiam, ac inutilem, & oneroſam ceſſam, & conceſſam fuiſſe. Ceſſare etiã ex dictis conſtat quartã rationem, quę eſt: Ne praua ambitione impulſi Religioſi, pro cõſequendis officijs alter alterius gratiam, vel protectoris beneuolẽtiam aucupentur; nam Ciuitati Eccleſia ceſſa, & conceſſa eſt; à qua nihil horum prædicti Regulares ambire poſſunt.

17 Secundo probatur, Regulares, pœnas Bullæ prædictę non incurriſſe: nam lex non recepta non ligat, nec habet vires, c. in iſtis §. leges diſtin. 4. per quem textum gloſ. ſolẽnis, & reputata ſingularis in c. 1. de tregua & pac. dixit; tranſgreſſorem legis, vel canonis non recepti mini-

18 mè peccare, nec puniendũ eſſe: & tunc lex dicitur nõ recepta, quando vel Principe ſciẽte per aliquos actus contrarios excluditur, vel eo ignorante per decẽnium negligitur, & omittitur, nec vllo pacto admiſſa fuit, Imol. & Felin. in d. c. 1. de treg. & pac. nu. 13. Iaſ. in l. rem non nouam §. patroni C. de Iudic. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 16. nu. 6. verſ. Quinto sũt.

19 Sed prædicta Bulla à Regularibus, & Eccleſiaſticis Prælatis etiam in ſupremis dignitatibus conſtitutis, recepta, & admiſſa nõ fuit, & nõ ſolum per decenniũ, ſed ſpatio fere 20. annorũ ne-

neglecta & omiſſa fuit; nã vt omnes ſcimus, paſſim munera mittuntur, & recipiuntur, quę eſculenta & poculenta nõ ſunt, nec leuiora, & nec ad deuotionem, & Religionem pertinentia.

20 Vel dato ꝙ aliquo pacto in principio admiſſa fuerit, attamen per non vſum ſublata eſt, et lex per non vſum tollitur, Auth. quib. modis natur. effic. ſui §. de nepotibus circa finem. Saluo ſemper, etc.

CONS. XXXIV.

DE FALSARIIS monetarum.

SVMMARIVM.

1 *Monetam ſimilitudinariam introducens in aliquo regno ſine conſenſu Principis, & populorum mor. peccat, quãuis moneta non ſit falſa in forma. limita vt in nu 6.*

2 *Monetæ valorem recipiunt non ſolum a materia, ſed etiam à lege, aut à conſuetudine regionis.*

3 *Monetę quando plus æſtimãtur quã valet materia, talis exceſſus eſſe non debet vltra expenſas, niſi Princeps indigeat, & modicum lucrum à ſubditis percipiat.*

4 *Monetam contra conſuetudinem, aut taxam fraudulenter expendens, proximi iuſtitiam offendit cũ obligatione reſtitutionis.*

5 *Monetarũ taxatus valor, vt augeri ſine cauſa poſſit, inter-*

teruenire debet non ſolum conſenſus Principis, ſed etiã populi, niſi Princeps ſolus ex longa conſuetudine hoc faciat.

7 *Monetæ an uendi poſſint cum aliquo lucro, uide in nu. 10. & 11.*

8 *Moneta conſiderari poteſt ut moneta, & ut negotiatio, & ut aurũ, uel argentũ eſt.*

Artificiales res duos uſus habent unum primarium & proprium, alium uerò ſecundarium, & improprium.

12 *Pretium rerum iuſtificari nõ poteſt ex eo quod res ualet in manu mercatoris.*

13 *Monetam in Italia uendentes mercatoribus Saracenis etſi reſtituere non obligentur, excommunicationem tamen incurrunt.*

14 *Monetam introducentes, quæ nec in forma, nec in materia, nec in pondere falſa eſt, non peccant, licet ſimilitudinaria ſit.*

1 INtroductionem monetarum ad ſimilitudinem Iuliorum Papalium, ſed inferioris valoris impreſſarum à Mercatoribus Italis ad Terras Turcarũ factam, ſine conſenſu Principis, et populorum illius regionis, mortaliter illicitã fuiſſe, non obſtante quod Iulij ſimilitudinarij prædicti verè valorem habeant decem Aſprorum, ad quorum rationem Iulij Papales veri ibi expendebãtur, & nõ obſtante etiã, quod non ſint falſi in forma, cum verè illius Principis impreſſionem habeãt, in cuius ęde monetaria impreſsi ſunt, ſed tali arte fabricati, vt difficilimè cognoſci poſsint, probatur.

2 Primò nam monetæ non ſolum recipiunt valorem ſuum ex materia, qua formãtur, ſed etiã à taxa Principis, vel à lege, aut à conſuetudine regionis, vt latè pro-

probat Couar. in tract. de veter. collat. numiſm. c. 7. quaſi per totum, & affirmat Petrus Nau. lib. 3. de reſtitut. c. 1. nu. 336.

3 Quorum tamen dicta ita intelligenda eſſe exiſtimo, vt ſi moneta maioris ſit æſtimationis quàm valeat materia ex qua facta eſt, talis maior æſtimatio nõ excedat expenſas, quæ fiunt in cudendo ipſam monetam, niſi Princeps indigeat, & modicum lucrum a ſubditis percipiat, vt cõmuniter Doctores docent, præſertim Innoc. Io: Andr. & Panor. in c. quãto de iure iur. Martin Laudenſ. in tract. de monet. quæſt. 7. Sylu. ver. falſarius q. 9. magnum enim & notabile lucrum, niſi de conſenſu populi ſine falſi crimine percipere non poteſt, vt affirmat Petrus Nauar. vbi ſupra nu. 335.

4 Si quis autem contra cõſuetudinem, aut contra talem taxam fraudulenter monetam pro maiori pretio expenderet, contra ſpecialem iuſtitiam proximi peccaret, & conſequẽter reſtituere teneretur, per ea quæ docet Petrus Nau. lib. 2. de reſtitut. c. 1. nu. 2. 3. & 4. Sed cõſuetudo oriẽtalis regionis erat, vt Iulij Papales optimi, & veri ad rationem decem Aſprorum expẽderentur, etſi quò ad materiam altioris valoris eſſent, & Mercatores alios Iulios ſimilitudinarios fraudulenter introduxerũt, qui quo ad materiam tantummodo valorem decem Aſprorũ habebant, & ſic contra talem taxam monetã expenderunt; nam cum taxa ex cõſuetudine orta eſſet, vt Iulij Papales optimi nõ haberent curſum niſi decẽ Aſprorum, conſequenter, eadem taxa conſiderata,

Iu-

Iulij inferioris materię, inferioris curſus, & valoris erunt ęſtimandi in regione illa; ergò mercatores qui in illa regione prædictos Iulios inferioris materiæ introduxerũt, & ad rationem optimorum expẽderunt, contra ſpetialem iuſtitiam proximi peccarunt, & reſtituere tenentur.

Probatur maior quo ad ſecundam partem, ſcilicet quod qui contra talem taxam monetam pro maiori pretio expenderet, contra ſpecialem iuſtitiam proximi peccaret, & reſtituere teneretur; furtum namque committeret, quantitatem talis maioris pretij ab inuitis auferendo.

5 Secundo prędictos mercatores peccaſſe ꝓbatur; nam, vt taxatus valor monetarum legitimè augeri poſſit, ſi fiat ſine legitima cauſa, neceſſarius eſt non ſolũ conſenſus Principis, ſed etiam populi, de cuius præiudicio agitur, vt docent Innoc. Panor. & Doctores communiter in d.c. quanto. Couar. in d. c. 7. nu. 5. & Mart. Laud. in d. tract. de monet. q. 8. qui tamen addit, quod ſi Princeps ex tempore cuius initij non extat memoria, cõſueuiſſet ſine populi conſenſu monetam mutare, facere hoc poſſet, arg. l. hoc iure §. ductus acquæ ff. de acqua quotid. ęſt. & c. ſuper quibuſdam §. prętereà de verbor. ſignific. ſed prædicti mercatores introducendo in prædictas regiones monetas prædictas, indirectè propria, & priuata auctoritate monetarum pretium auxerunt; nam monetæ illæ, quę ex natura ſua minus valebãt, quã Papales, cũ ſint inferioris ligæ, fraude effecerunt, vt pro eodem valore

expēderētur, quo Papales expenduntur: ergò mortaliter peccarunt publicā auctoritatem cū notabili preiudicio tertij vſurpādo.

6 Verum quia hodie dicto rum ſimilitudinariorū Iuliorum valor ab illis populis cognitus eſt, & ſcienter à Principe, & populo recepti ſunt, & communiter eos expendunt eodem curſu, quo expendunt veros Iulios Papales, mercatores qui poſt hanc cognitioné tales Iulios ſimilitudinarios introducūt, nullā iniuſtitiā cōmittūt, nā ſcié ti & cōsētiēti nō fit iniuria.

7 Sed tota difficultas cōſiſtit in alio puncto, qui proponitur, ſcilicet, An liceat ipſis Italis mercatoribus dictos Iulios ſimilitudinarios; & inferioris ligæ Anconam transferre, & ibi illos orientalibus vendere cum lucro ſepté pro quolibet centenario?

8 Et pro reſolutione ſciendū eſt, monetā duobus modis negociari, & conſiderari poſſe, nimirum vel tāquam monetā, & tunc eſt omnium rerum vendibiliū pretium & menſura; vel tanquam rē, aut negociationē, & tūc nō eſt pretiū, ſed res appretiata, vt patet ex Ariſt. lib. 1. Polit. c. 6. vbi quò ad res omnes artificiales ita diſtinguit, vt ipſarum quamlibet duos vſus habere doceat, vnum primarium, & proprium, & alterum ſecundarium, & improprium; & exemplum ponit in calceo, qui duos habet vſus, quorum vnus eſt calceatio, & alter venditio; nam qui calceū indigenti pro pecunia vēdit, vtitur calceo quatenus calceus eſt, ſed non ſecundum proprium calcei vſum; non enim venditionis gratia eſt calceus; Qué duplicem vſum etiam mone-

netam habere non eſt dubitandum; habet enim & ipſa primarium, & propriũ vſum, vt ſit pretium, & mẽſura omnium vendibiliũ, & ſecundarium, & improprium, vt ſit mercatura, & negociatio, vt patet ex D. Thom. in 2. 2. q. 78. ar. 1. ad ſextũ & ibi latè Caiet. & ex Nauar. in c. fin. de vſur. & in man. c. 17. nu. 291. Et quãuis Sylu. ver. vſura quarto nu. 2. in principio; negare videatur, monetam prout moneta eſt, eſſe vendibilem, hoc tamẽ paulò inferius fatetur, & triplicem vſum monetã habere concludit, ſclicet, vt pretium rerum, vt mercatura, & vt argentum, vel aurum eſt,

9 His prenotatis dico, duobus, vel tribus modis poſſe mercatores Italos, oriẽtalibus mercatoribus dictos Iulios vendere. Primo ſecundum primarium vſũ eorum, ſcilicet, vt monetæ ſunt, & vt pretium, & menſura omnium vendibilium: In quo caſu etſi inter datum, & acceptũ ęqualitas ſeruetur iuxta vniuerſalem regulam omnium commutationum, quam docuit Ariſt. lib. 5. Ethicor. c. 4. dico nihilominus non poſſe Italos mercatores dictum lucrum ſeptem pro quolibet centenario, recipere, cũ omnes Doctores communiter doceãt talis commutationis lucrũ debere eſſe paruũ, & lucrũ ſeptẽ ꝓ quolibet cẽtenario paruũ cẽſeri nõ poteſt; nã nõ sũt in eo cõſiderãdi nec labores, nec expenſę, quas mercatores faciunt, cum ſpontè illas faciant, & ad proprium commodum, & vtilitatem primò, & per ſe, etſi per accidens, & ſecũdariò etiã cõmodũ orientaliũ mercatorũ inde ſequatur.

10 Secundo modo poſſunt

dicti

dicti Itali mercatores d. Iulios vendere iuxta ſecundarium vſum eorum, ſcilicet, vt mercatura ſunt: In quo caſu dico, dicta ſeptē pro quolibet cētenario licitè recipere poſſe, etiam deducto tertio, quod pro quolibet centenario ſoluitur Principi Dño ædis monetariæ, sì ita cum ipſis orientalibus mercatoribus cōuenerint, omni dolo, & fraude ſecluſa. Et ratio eſt; nam cum ſit talis negociatio noua, vel parū vſitata, non habet pretiū, nec à Principe, nec à Republica, nec à communi vſu determinatum, in quo caſu pretium de communi contrahentium conſenſu determinari poteſt, conſiderata qualitate, vtilitate, abundantia, vel penuria rei, quæ contrahitur, & conſideratis periculis, & laboribus in illam congregandam, vel transferendam, & ſimilibus, vt dixit Gabr. in quartum diſt. 15. q. 18. quem ſequitur Nau. in c. 23. num. 78. Et hoc quo ad merces, quę de nouo introducūtur expreſsè dixit Molina de contract. diſput. 348. in ſine. Conſideratis autem circunſtātijs, quę concurrunt in caſu noſtro, cuiuſmodi ſunt labores in cōgregando argēto, expēſæ, & pericula in conducēdo illud ad locum ædis monetariæ, ac labores & expenſæ, & pericula, quæ concurrunt in cudēdo, & deducēdo mercaturam Anconā, & alia ſimilia, mihi non videtur iniuſtū dictum lucrū.

11 Tertio modo poſsunt d. Itali mercatores (iuxta diſtinctionem Sylueſtri) vendere d. Iulios vt argētum: in quo caſu illud tātum mercatores recipere poſſe dico quo argentum Anconæ venditur; eſt enim

eum argenti pretium vbique determinatũ, & quãdo pretium rerum eſt determinatum, vltra rigoroſum, vel infra infimum alterari non poteſt, vt cõmuniter Doctores docent, & tradit Nau. in d. c. 23. num. 78.

12 Nec cõſiderandum eſt quanti argentum valeat in manibus orientaliũ mercatorum; nam pretium rerum iuſtificari non poteſt ex eo q res valet in manu emptoris, vt docuit D. Th. in 2. 2. q. 77. art. 1.

13 Prędicta Chriſtianis mercatoribus licere abſq; obligatione reſtitutionis intelligẽda ſunt. At aduertẽdũ eſt, non licere Chriſtianis mercatoribus cum Saracenis, durante bello inter nos & illos, mercimonium exercere ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ, vt patet ex c. quod olim de Iud. Bullam tamẽ Cœnę Domini, pro ſola venditione facta in terris Chriſtianorũ non incurrere vẽdentes, citãdi Doctores exiſtimãt, & ſi vt argẽtũ monetã vẽderent; nã in d. Bulla excõmunicat. 8. excommunicãtur deferentes ad Terras Turcharũ, & aliorum inimicorũ Chriſtiani nominis, omnia metallorum genera, & ideo non includuntur illi, qui in terris Chriſtianorũ vendunt; nam cum iſta materia ſit pœnalis, verba in ſua propria ſignificatione sũt intelligenda, & vendere non eſt deferre; & ita tenet Caiet. in ſum. ver. excomm. c. 20. Nau. in c. ita quorundã de Iudę. Tolet. lib. 1. c. 23. dub. 1. quicquid dicat Sylu. ver. excõmunic. 7. §. 64. Verũ quia in d. excõmunicatione 8. etiam ad id auxilium dantes excommunicãtur, ego poſt hæc ſcripta tenui hos ven-

venditores illam incurrere, tanquam auxiliatores, in 3. p. meæ Inſtit. lib. 3. c. 6. nu. 18. in fine.

14 Quò ad tertium caſum propoſitum de Mercatoribus illis, qui introduxerunt ad partes Holandiæ monetã illã quam, Tallarũ vocant, Italiæ cuſam, ad ſimilitudinem illorũ, qui in eadem Holandia cudũtur, ſed altioris ligæ, dico dictos mercatores nõ peccaſſe, cum talis introducta moneta nec in forma, nec in materia, nec in pondere falſa ſit; in his enim moneta falſa eſſe nõ debet, vt bona ſit, vt tradunt Doctores communiter poſt gloſſam in c. quanto in ver. Patris de iure iur. Non eſt enim dicta pecunia falſa in forma; nam veram formam Principis habentis auctoritatem cudendi pecuniam habet, & de eius conſenſu cuſa eſt, etſi tali ſit arte fabricata, vt à moneta Holandię diſcerni faciliter non poſſit. Neque eſt falſa in materia; nam eſt altioris ligæ quàm moneta eiuſdem valoris, quæ expenditur Holandię. Nec eſt falſa in pondere; nam fabricata eſt ad menſuram Tallarorum Holandiæ. Et hęc dicta ſint ſaluo sẽp &c.

CONS.

CONS. XXXV.

DE VOTO INGREDIENDI Religionem, in qua regularis obſeruantia non viget.

SVMMARIVM.

1 *Vouens intrare Religionem, in qua regula nõ ſeruatur, nec ad illam, nec ad aliam obligatur.*

2 *Vouens ingreſſum Religionis, ſi poſt ingreſſum ex culpa ſua ab illa expellatur, quando obligetur iterum ingreſſum procurare?*

3 *Opinionem probabilem ſequens non peccat.*

Votum fecit N. ingrediẽdi religionem Fratrum A. cum animo profitendi, & perſeuerãdi in ea vſque ad mortem, non intendẽdo tamen aliam ingredi; ſed animaduertẽs poſtea, quòd in multis eiuſdem religionis locis regula non ſeruatur, conſilio confeſſarij votum in melius cõmutando, Religionem C. ingreſſus eſt, in qua regula ad præſens ſeruatur, cũ animo profitẽdi, & perſeuerãdi in ea vſque ad mortem, ſed poſt ingreſſum, diabolica ſugeſtione impulſus, multa illicita faciebat ne ad profeſſionem admitteretur, & vt data cauſa illũ Patres e Religione eijcerent, prout Patres de facto fecerũt, cũ poſt multas correctiones noluerit ſe emendare. Sed volens po-

poſtea idem N. animæ ſuę conſulere, iterum ab eiſdẽ Patribus petiit, vt iterum ad Religionem admitteretur, ſed repulſus eſt, vnde ad ſacram Papæ pœnitentiariam recurrit, ab eaquè remedium petijt, à qua reſponſum obtinuit, vt ea faceret, quæ Doctores in hoc caſu facienda eſſe docent.

1 Quibus ſic ſtantibus, dico, ex his, quæ Doctores docent, certum eſſe, poſſe N. tuta conſcientia in ſæculo remanere; nàm, Aut facturus eſt ea, quæ Doctores docent, ſtando in prima voti obligatione, qua ſcilicet vouens ſe obligauit ingredi religionem A. & aliã ingredi non intendit, & tunc neque illam, neque aliam religionem ingredi tenetur, nam cum in ea regula non ſeruetur, nec iuxta paupertatis canones ibi viuatur (quicquid ſit de alijs votis) & nulla nunc ſpes adſit, breui poſtmodũ tempore illã ſuę priſtinę ſinceritati reſtituendã, Doctores docẽt, vt qui talem religionẽ ingredi vouit, nequè illam, nequè religionem aliã ingredi teneatur; & ita in ſpecie docuit Nauar. in man. c. 12. nu. 46.

2 Aut ea facturus eſt, quæ Doctores facienda eſſe docẽt, ſtãdo in rigore cõmutationis voti, & pręſupponendo N. ipſum ad ſecundam religionem propter dictam commutationem eſſe obligatum: & tunc cũ, vitio ſuo, ab ea fuerit expulſus, iterum ingreſſum petere tenetur; quod cum ipſe fecerit, & repulſus fuerit, hæc ſecundum Doctores facere tenetur, nimirum, vt duo, vel tria alia loca eiuſdem Religionis tentet, ſi tamẽ ſpes admiſſionis adſit, ſecus ſi nihil,

vel parum ſpei, quia tẽtare nõ tenetur niſi cũ ſpe probabili; & ita in ſpecie docuit Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 41 dub. 5. ſed in caſu noſtro nulla ſpes adeſt, nam in religione illa conſtitutio adeſt, vt dimiſſus ab vno monaſterio ab alio admitti nõ poſſit; ergò ad nihil tenetur, & ſic tutò poteſt etiã quoad hanc partem in ſęculo remanere.

3 Tutò etiã ex alio capite pręd ictus N. ĩ ſęculo remanere poteſt, his ſeruatis, quę Doctores docent; dicũt .n. ipſi nõ peccare eũ, qui probabilẽ Doctorũ opinionẽ ſequitur. & ratio eſt, nã implicat contradictionẽ affirmare hanc opinionem eſſe probabilẽ, & mihi nõ licere illã ſequi; ideo enim dicitur ꝓbabilis qꝛ à viris ſapientibus aſſeritur, & validis argumẽtis cõfirmatur; ſed probabilis eſt Doctorũ ſententia, teſte Leſſio in d. c. 41. nu. 5. quod qui vouit Religionem intrare, & etiã profiteri, & perſeuerare, ad amplius non obligatur niſi ad ꝓbandũ bona fide, an talis vitæ norma ipſi ſit cõueniens, et ſi deprehendat eam minus illi ob aliq̃ cauſam congruere, nimirũ ob aſperitatem, vel ingenium ſuum, vel quia metuit incõſtantiam, ad profeſſionẽ non tenetur; & ita tenet Soto lib. 7. de Iuſt. q. 2. art. 1. ad tertium Io: Pegna apud Lopium c. 45. & alij recentiores; ergò d. N. qui votum prędicto modo emiſit, & religionẽ ingreſſus eſt, tutò poteſt in conſcientię foro hanc probabilem opinionem ſequendo in ſęculo remanere, etſi volũtariè à Relione egreſſus ſit.

Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XXXVI.

DE FALSA MONETA.

SVMMARIVM.

1 *OPinionem unius Doctoris ualde pij, & eruditi ſequens non peccat.*

2 *Monetã minoris æſtimationis quã materia, poſſe Principem facere, nonnulli Doctores affirmant.*

3 *Moneta nõ à materia, ex qua facta eſt, ſed à Principe vel à lege ſuum valorem habet.*

4 *Princeps abſquè mortali permittere non poteſt vt cudãtur, & expendantur moneta notabiliter defraudatæ, niſi lucrum ſit Reipub. neceßarium.*

5 *Monetam falſificans in ſubſtantia, forma, vel pondere cum damno alterius, mortaliter peccat.*

Iuramentum eſſe non debet vinculum iniquitatis.

6 *Scandalum actiuum, & graue eſt mortale, quamuis in cauſa tantum ſit volitum.*

7 *Reſtituere illi omnes obligãtur, qui ſpecialẽ proximi iuſtitiam læſerunt.*

8 *Moneta inuenta eſt ad permutandas & menſurandas res æqualiter.*

Moneta tanti debet valere in maſſa, & materia quanti in forma.

9 *Princeps monetam in materia & pondere defraudãs abſque Reip. bono, reſtituere obligatur; exceptis tribus caſibus, ut in nu. 10.*

1 AN tuta conſcientia Princeps in ſuo domi-

minio permittere poſſit vt cudantur, & expendantur monetæ in materia, & põdere notabiliter defraudatæ cum maximo lucro monetarij? & videtur affirmatiuè eſſe reſpondendum; nam vt poſſit quis tuta cõſciẽtia, & ſine peccato aliquid facere, ſufficit vt opinionem ſaltẽ vnius Doctoris valdè pij, & eruditi ſequatur, vt ex illo textu & gloſa colligunt Panor. Alex. & Imol. in c. Capellanus, de fer. & S. Anton. p. 1. tit. 3. c. 15. §. 1. col. 6. Nau. in conſ. 4. de vſur. in nouis, & ego tradidi in 1. 2. meæ Inſtit. lib. 2. c. 23. q. 1. §. & prærerea; ſed ex grauiſſimorum & piorum
2 Doctorum ſententia nos habemus, poſſe Principẽ pecuniam facere minoris æſtimationis quam ſit materia ex qua ſit, etiam deductis expenſis, vt dixerũt Innoc. Io. Andr. & Panor. in c. quãto de iure iur. Martin. Laud. in tract. de monet. q. 7. Sylu. ver. falſarius q. 9.

3 Et huius eorum dicti ratio eſt, quia vt patet ex Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 5. & lib. 1. Polit. c. 6. nummus non à natura, ideſt non à materia ex qua factus eſt; ſuum valorem, & certum pretium accipit, ſed à Principe, vel à lege, ſub cuius libera poteſtate eſt nummos ſemel percuſſos inutiles efficere, ac reddere. & ex l. 1. ff. de contrah. empt. habemus in nummorum vſu non tantũ cõſiderandam eſſe ſubſtantiam quam quantitatem; ideſt non tantum materiã quam valorem à Principe, vel à lege impoſitũ. Ergò tuta conſcientia Princeps in ſuo dominio permittere poteſt vt cudantur, & expendãtur monetę in materia, & põdere defraudatę.

4 Di-

4 Dico nihilominus, non poſſe Principem abſquè peccato mortali permittere vt in ſuo dominio, deductis expenſis, cudantur, & expendantur monetę in materia & pondere notabiliter defraudatæ, niſi lucrum quod indè ſumeret Reipublicę expediens, aut neceſſarium eſſet; quod ſi aliter permiſerit damnum compenſare tenetur.

5 Probatur concluſio quoad primam partem, ſcilicet, Principẽ peccare mortaliter: nam falſificans monetam in ſubſtantia, forma, vel pondere, mortaliter peccat, ſi hoc faciat in damnũ proximi, vel Reipublicæ, vt cum Hoſtien. communiter Doctores docent, teſte Gabr. in quartum diſt. 15. q. 9. de monetar. poteſt. concl. 1. & & patet in terminis in caſu de quo quæritur ex c. quanto de iure iur. vbi Regi, qui iurauerat quandã ſeruare monetam, quæ legitimo pondere erat defraudata, pœnitentiam in iungendam eſſe dicitur, ſi ſcienter hoc fecit: & iuramentum ſuper dictam cõſeruationem factum, non valere decernitur, quia ini quitatis vinculum eſſe nõ debet: Si ergò abſquè iniquitate Regi neque ſeruare diminutam monetã licet, multo minus illã non ſolum ſeruare, ſed etiã cudere abſquè iniquitate licebit. Et præterea in eod. c. quanto habetur, propter conſeruationem talis diminutæ monetæ graue ſcandalum in populo eſſe generatum; ergò multo magis generatur quando non ſolum cõſeruatur, ſed de nouo diminuta moneta cuditur, prout in caſu nr̃o.

6 Et cum ſit ſcandalum actiuum & graue; dubitandũm non eſt eſſe mortale,

etſi tãtum in cauſa ſit volitum; vt ex mente D. Th. affirmat Sylu. in ver. ſcandalum q. 2. in fine. Tenet hanc ſententiam expreſsè Petr. Nau. de reſtit. lib. 3. c. 1. nu. 335. circa finem.

7 Probatur eadem concluſio quò ad ſecundam partem, ſcilicet, quod Princeps damnum illud compenſare teneatur; nam illi omnes reſtituere tenentur, qui ſpecialem iuſtitiã proximi lęſerunt, vt poſt Doctores quos citat irrefragabiliter probat Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 1. num. 2. 3. & 4. ſed in caſu noſtro Princeps ſpecialẽ iuſtitiam proximi lęſit; nã

8 cum moneta inuenta ſit vt medium permutandi diuitias naturales, & ad metiendum, & redigendum res ipſas ad æqualitatem, teſte Ariſt. ĩ d. lib. 5. Ethic. c. 5. ęquiualens rebus ipſis eſſe debet, & ſic tanti debet valere in maſſa, & materia, quanti in forma vt communiter legiſtę volunt, poſt Bar. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat. deductis tamen expenſis, quæ fiunt in cudendo, vt poſt Innoc. & ſupra citatos Doctores affirmant Canoniſtæ communiter in d. c. quanto de iure iur. Quam canoniſtarum ſententiam eſſe communi vſu approbatã poſt Bart. vbi ſupra affirmat Martin. Laudens in in d. tract. de monet. q. 6.

9 Quando igitur Princeps ab hac communi conſuetudine deuiat monetã in materia, & ponderei defraudando, abſque vllo Reipublicę bono, ſpecialem iuſtitiã proximi lędit, nam dat proximus tunc panem, vinum, vel frumẽtũ ſuum, vel labores ſuos, & æquiualens nõ recipit; ergò ad reſtitutionẽ Princeps tenetur.

10 Nec

10 Nec obſtat ratio in cõtrarium adducta; nam & ſi poſſit Princeps pecuniã minoris æſtimationis cudere, quã ſit materia ex qua fit etiam deductis expẽſis, vt ſupra citati Doctores affirmant, attamen ipſimet Doctores, & alij omnes cõmuniter fatentur, Principem facere hoc non poſſe, ſemota vtilitate, & neceſſitate Reipublicæ, niſi tribus concurrentibus, ſcilicet primo dummodo magnum lucrum non percipiat; ſecundo dummodo indigeat; & tertio dũmodo moneta extra dominiũ non ſpargatur; ſed in caſu noſtro, etſi Princeps indigeat, eius tamen indigentia nõ ſubleuatur, ſed monetarius eſt, qui maximum lucrum percipit. Et quoad auctoritatem Ariſt. & ad l. 1. de contrah. empt. patet reſponſio ex Couar. in tract. de veter. collat. num. c. 7. nu. 2. & hæc dicta ſint Saluo ſemper, &c.

CONS. XXXVII.

DE ABSOLVTIONE AB Excommunicatione ob ingreſſum monaſterij.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ob nocturnũ ingreſſum monaſterij virorum non incurrere excommunicationem aliqui docuerunt, ſed contraria ſententia eſt verior,*

abſoluereque illas Epiſcopus poteſt.
2 *Epiſcopi abſoluunt à peccatis occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Item pauperes in num. 3. Item mulieres in num. 4.*
Item omnes impeditos quin poſſint accedere ad Sedem Apoſtolicam in num. 5.

1 MVlierem ob nocturnum ingreſſum Monaſterij virorum incurriſſe cenſuram Extrauag. Pij V. Et Greg. XIII. nõ eſt vertẽdũ in dubiũ, quis hoc ne get Suarez de cẽſur. diſput. 22. ſecț. 6. excõmunicat. 6. Et Roderiq. to. 1. qq. Reg. q. 48. art. 2. exiſtimantes excõmunicationẽ illã non incurrere niſi ingrediẽtes ex prꝗſumptione, et prꝗtextu facultatum ad id cõceſſarum, & declarationes in contrarium non eſſe authenticas; nam cum dictꝗ Bullæ, & declarationes intellectꝗ & receptæ ſint ex continua obſeruantia Prꝗtorij ſacræ poenitentiariæ, vt includant mulieres intrantes ſine vllo prætextu facultatum, & licentiarum, dubitandum nõ eſt omnes comprehendere, cũ ſtylus Romanæ curiæ faciat ius, vt ĩ c. ex litteris, vbi hoc notat Panor. ĩ nũ. 6. de conſtit. & in c. quam graui de crim. fal. & tradit Quar. qui hanc ſententiã ſequitur in ſum. Bullarij ver. Monaſteria & Conuẽtus Regul. viror. poſt Nau. in Man. c. 27. num. 150. & in c. ſtatuimus nu. 62. in not. 19. q. 3. Sed vide ea quꝗ poſt hꝗc ſcripta dixi in 3. p. meꝗ Inſtit. lib. 4. c. 3. nu. 11. Poſſe tamẽ illam Epiſcopum abſoluere indubitanter credo quo ad forum conſcientiæ.

2 Primo quia delictum occultum eſt, & in c. liceat ſeſſ. 24. Concil. Trident.

Epi-

Epiſcopis facultas conceditur abſoluēdi à quibuſcunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & conceſſa facultate abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, venit etiam conceſſa facultas abſoluendi à cenſuris, quia nullus eſt caſus Papæ reſeruatus, cui aliqua cenſura non ſit annexa, vt poſt D. Anton. teſtatur Nau. in man. c. 27. num. 261.

3 Secundo quia mulier, de qua eſt controuerſia, pauper eſt, & nupta, & ſic ad Sedem Apoſtolicam accedere non poteſt, & in c. ꝙ de his, de ſent. excom. Papa reſcribit, quod is, qui aſſerit ſe in canonem latæ ſententiæ incidiſſe, nō poteſt niſi à Sede Apoſtolica abſolui, niſi in mortis articulo, vel niſi paupertate tanta, aut alijs, de quibus ibi, grauetur, vt ad Sedem Romanam accedere non valeat. Et idem deducitur ex c. eos, de ſent. excommun.

4 Tertio quia mulieres cuiuſcunquè conditionis ſint, ab Epiſcopo abſolui poſſunt à cenſura Can. ſi quis ſuadente, vt patet ex c. mulieres de ſent. excommun. Et Sylu. in ver. abſolutio 4. num. 3. dicit, hoc eis conceſſum eſſe non ſolum quia ſui iuris non ſunt, ſed etiā quia mulieribus vagari non expedit; quæ ratio cum militet quoad omnes cenſuras; ergò ab omnibus cenſuris mulieres abſolui poſſunt: accedente maximè

5 auctoritate Nauar. qui in d. c. 27. nu. 89. dicit, quod non ſolum excōmunicatio ob percuſſionem Clerici, ſed etiam ob aliam quamlibet cauſam Papæ reſeruata abſolui ab Epiſcopo poteſt, ſi ob iuſtum impedi-

dimentum Sedem Apoſtolicam, vel Nuncium à latere adire, non poſſunt hi, qui tali cenſura ſunt ligati. Iuſtum autem impedimentum habet mulier prædicta; tùm ratione ſexus, tùm ratione vinculi matrimonialis. Saluo ſemper, &c.

C O N S. XXXVIII.

DE NVLLITATE CONTRACTVS cenſualis ob non ſeruatam formam Bullæ Pij V.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper pluribus rebus certis, non obſtante Bulla Pij V.*

Conſuetudo eſt optima legum interpres, & praualet interpretationi Doctorum.

Lege exiſtente dubia recurrendũ eſt ad conſuetudinem loci.

2 *Cenſualis contractus eſt nullus, ſi in eo ponatur obligatio in forma Cameræ.*

3 *Cenſus onera ad eos ſpectare debent, ad quos ſpectant ex natura contractus, & quomodo ſit hoc dignoſcendum.*

4 *Contractus quoties eſt inualidus ex pacto expreſſo, eſt etiam inualidus ex tacito.*

5 *Onera in contractu cenſuali indebitè per errorem ſoluta, contractum nullum non reddunt, ſed in conſcientiæ foro repetuntur.*

6 *Lex non aptatur illis, quibus legis verba non aptantur.*

7 *Cenſualis contractus non eſt nul-*

nullus ob appoſitum in illo iuramentum.

8 *Lex non recepta nõ ligat; & quando non ſit dicenda recepta.*

9 *Lex etiam Papalis non recepta non ligat, niſi ſit declaratoria iuris naturalis.*

10 *Obligatio perſonalis, & omnium bonorum in genere nõ reddit cenſum nullum.*

11 *Fideiuſſores dari poſſunt pro ſolutione cenſus.*

12 *Pœna appoſita in contractu cenſuali reddit contractum nullum.*

13 *Pactum renunciationis fori in contractu cenſuali appoſitum reddit contractum nullum.*

CONtractum cenſualem mihi oſtenſum ex ſeptem cauſis exiſtimauit nullum Excellentiſſimus quidam I.V.D. vt ex eius allegationibus apparet. Prima eſt ex eo quod cenſus non fuit impoſitus ſuper vna re certa, & fructifera, ſed ſuper pluribus, & Bulla Pij V. ſuper forma creandi cen- 1 ſus loquitur in ſingulari; & in caſu quo imponendus eſſet ſuper pluribus, imponendus eſſet diſtributiuè, vt dixit Boccat. in tract. de cenſib. p. 1. nu. 3. verſ. ſed aduertendum.

Secunda eſt, ex eo quod in dicto contractu ponitur obligatio in forma Cameræ, contra mentem d. Bullæ, iuxta doctrinam Nau. in comment. de vſur. q. 21. num. 116.

Tertia eſt, eo quod Domini emptores noluerunt ſe obligare ad ſolutionem onerum pro bonis cenſualibus.

Quarta, ex eo quod, vltra pœnales obligationes, additum fuit in inſtrumẽto dicti cenſus iuramentũ, cuius virtute contra inobſeruantes ſuccedit pœna caducitatis; quod eſt contra

tra formam d. Bullæ, quæ prohibet pacta continentia moroſum creditum.

Quinta, quia Dñi NN. cenſuarij vltra bona cenſuaria obligarunt ſe perſonaliter, & omnia eorum bona pro ſolutione d. cenſus, & ideo deſtructa eſt venditio, & emptio cẽſus, ſed eſt potius contra formam Bullæ pignoratio palliata, & contractus vſurarius ex perſonali obligatione, vt dixit Roder. q. 18. n. 1. & Nau. de vſur. n. 76.

Sexta, ex eo quod mater & ſoror dictorum Dominorum NN. interuenerunt in contractu effectualiter tanquam fideiuſſores contra formã eiuſdem Bullę, Nau. in conſ. 9. nu. 5. de cenſib. lib. 3.

Septima, ex eo quod Domini emptores ſtipulati fuerint ſibi ſolui pœnam librarum decẽ, toties quoties venditores contractũ non obſeruabunt, Nauar. in d. tract. de vſur. gloſ. 9. & q. 9.

1 Sed quoad primam cauſam ego exiſtimo opinionem Boccatij non eſſe admittendam, cum ſit contraria communi conſuetudini, quæ ſe habet vt cenſus cõſtituatur ſuper vna, vel pluribus rebus certis etiam poſt prędictam Bullam, ita vt Bulla vſu recepta ſit, vt cenſus conſtituantur ſuper vna vel pluribus rebus certis collectiuè: & conſuetudo eſt optima legum interpres c. cum dilectus de conſuetud. l. minime ff. de legib. l. ſi de interpretatione ff. eod. & pręualere debet interpretationi Doctorum, vt dixit Panor. in c. 1. nu. 8. de decim. qui etiam in d. c. cũ dilectus nu. 7. dixit, quod lege exiſtente dubia, debemus recurrere ad conſuetudinem loci, & ſi de ea appa-

apparet, non eſſe recedendum ab intellectu quẽ cõſuetudo tribuit. Et vltra conſuetudinem probatur etiam ratione; Bulla ſiquidem nõ intendit excludere pluralitatem rerum immobilium certarum, ſed res mobiles omnes, ac pluralitatem rerum immobilium in genere, veluti poſt hæc ſcripta dixi in 2. 2. lib. 2. c. 7. q. 2. num. 27. Vnde meritò cæteri ſcriptores poſt dictam Bullam communiter docent legitimè hoc fieri poſſe, Bulla non obſtante; & ita tenet Nau. in d. comment. de vſur. nu. 113. q. 15. quem ſequitur Molina de contract. diſput. 389. num. 1. & 5. Auth. ſum. Coronæ p. 2. c. 8. nu. 15. Philiarc. to. 2. de offic. Sacer. lib. 5. c. 17. nam intentio Pontificis fuit vt tantùm tollerentur cenſus perſonales, & ſuper bonis in communi, vt Mol. ſupra probat. & præterea in Bullis Martini V. & Caliſti Tertij, quę habẽtur in extrau. comm. tit. de empt. & vend. & in c. 1. & 2. extra eod. tit. impoſitio cẽſuum ſuper pluribus rebus certis permiſſa eſt, vt fatetur idẽ Boccat. in p. 1. nu. 38. ergò licitè fieri poteſt. Nec dici poteſt, dictas Conſtitutiones eſſe correctas per Conſtitutionem Pij V. cum expreſsè Pius V. hoc non fecerit, & legũ correctio inducenda non eſt, quando lex expreſsè non inducit l. pręcipimus C. de appellat. l. ſancimus C. de teſtamẽt. cum alijs concordantibus. & vide ea quę poſt hęc ſcripta dixi in 2. 2. lib. 2. c. 7. q. 2. nu. 24. & 25.

2 Quò ad ſecũdam cauſam nullitatis exiſtimo eſſe veriſſimã, & vltra Nau. in d. q. 21. nu. 116. idem affirmat Philiarc. in d. c. 17.

vers.

verſ. Non poſſunt etiam. & ita poſt hæc ſcripta tenui in d. c. 7. nu. 78.

3 Quoad tertiã perpẽdẽdũ eſt an onera, quæ venditoribus ſoluenda remanſerunt, de natura contractus ad ipſos ſpectẽt, an verò ad emptores, an ad oẽs ſimul, cuiuſmodi ſunt tributa, quæ imponuntur pro ratione bonorum cuiuſcunquè, aut pro quãtitate reddituum prędiorũ, quę partim ſpectant ad dominum prædij, & partim ad dominum cenſus, pro quantitate iuris, ꝙ ad fructus eiuſdẽ prędij habet, vt docet Molin. de contract. diſp. 391. num. 1.

Si de natura contractus ad venditores pertinent, ad nihilum emptores tenentur, nam in hoc caſu Bulla locũ habere non poteſt, vt ex verbis eius clarè conſtat. Si vero de natura contractus ad emptores ſpectant, aut ad omnes ſimul, in hoc caſu Bulla locum habet, & contractus ex hoc capite nullus erit, dummodo ex pacto expreſſo vel tacito ab ipſis vẽditoribus ſoluantur. Vide ea quæ poſt hæc ſcripta dixi in d. c. 7. (vbi latiſſimè huius Bullæ materiam explicaui) q. 2. nu. 95. & 96.

5 Dixi, vel tacito, tum per verba d. extrauagãtis, ibi, vel expraſsè, vel tacitè: Tũ quia quoties cõtractus ex pacto expreſſo eſt inualidus, toties eſt etiam inualidus ex tacito, vt patet ex l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter vir. & vxor. l. item §. fin. & ibi not. ff. de ſer. ruſtic. prædior.

5 Si verò non ex pacto, ſed per errorem à venditoribus dicta onera ſoluuntur, emptoribus bona fide credentibus ad id non teneri, in hoc caſu emptores in foro tantum conſcientiæ inde-

de-

debitè ſolutũ reſarcire te-
nentur, contractus autem
ideò nullus non erit, quia
illi Bullæ verba aptari non
poſſunt, cum nulla adſint
pacta Bullæ verbis contra-
ria; & nulla lex aptatur il-
lis, quibus legis verba non
6 aptantur, c. indemnitati-
bus §. pen. de elect. in ſexto
l. 4. §. toties ff. de dam. in-
fec. & ibi Bart. & Paul. no-
tant, & Felin in c. non nul-
li de reſcript. col. 31.
7 Quò ad quartam cauſam
dico contractum dici non
poſse nullum, quia vſu re-
ceptũ eſt, vt huiuſmodi cõ-
tractus ſicut & cæteri ſti-
pulentur medio iuramen-
to, & nunquã audiuimus
pœnam nullitatis locum
habuiſſe. Et prætereà da-
to quod pœna hæc in vſu
eſſet, attamen nõ ideo cõ-
tractus nullus eſſet; nam
cum per tot annos poſt d.
Bullam Pij V. contractus
cenſuales cum iuramento
ſtipulati ſint, quo ad hanc
partem ipſa bulla nõ cen-
ſetur vſu recepta, & lex nõ
recepta non ligat, vt dixit
8 Abb. ĩ c. 1. de treg. & pace.
& Sylu. in ver. lex §. 6. & vt
lex dicatur non fuiſſe rece-
pta, ſufficit quòd per de-
cẽniũ negligatur, & omit-
tatur, etiã Principe igno-
rante Imola in d. c. 1. de
treg. & pac. & ibi Felin. in
nu. 13. & Iaſ. in l. rem nõ
nouam §. patroni C. de Iu-
dic. quos citat, ſequitur
Couar. lib. 2. variar. reſol.
c. 16. nu. 6. ver. quinto ſunt.
9 Et hoc etiam quoad le-
ges Papales locum habet
quando non ſunt declara-
toriæ iuris naturalis, aut
diuini, vt patet ex c. in
iſtis. §. legeſ. 4. diſt. & in
ſpecie de hac Conſtitutio-
ne Pij V. dixit Nau. in d.
tract. de vſur. nu. 108.
10 Quò ad quintã neque
cenſeo ex illo capite con-
tractum eſſe nullum, quia

illa generalis obligatio intelligenda eſt, vt ſoluatur cenſus, durantibus rebus cenſualibus, non autẽ illis peremptis; & hoc modo contractus non eſt vſurarius, nec contra bullam; quia nulla inde perpetua ſecuritas habetur; & in his terminis loquitur Nau. in d. tract. de vſur. nu. 76.

11 Quoad ſextã, nec cõtractus eſt nullus, nam pro ſolutione cenſus dari poſſe fideiuſſores etiam poſt prędictam Bullam tenent Lopez de contract. c. 57. concluſ. 2. lib. 1. Felicianus Solis lib. 1. de cẽſib. c. 4. n. 5. & lib. 3. c. 3. Molin. de cõtract. diſput. 391. num. 1. & alij, & ita poſt hæc ſcripta tenui in d. c. 7. nu. 76. Neque ex hoc videtur grauari venditor cenſus, vt Nau. prætendit, cum liberum ipſi ſit, hoc dimiſſo, alium quęrere emptorem, & nihil plus per fideiuſſionem ab eo emptor conſequitur, ſed hoc agit vt ſibi magis caueat, vt habetur Inſtit. de fideiuſſ. in prin. Imò dici poteſt ipſi venditori hoc imputãdum eſſe, qui vel facultatibus, vel moribus, vel fide non eſt idoneus, quæ paria ſunt. l. ſi quis ſtipulatus §. fin. ff. de verb. obligat. ſi enim idoneus eſſet tunc fideiuſſiones non exigerentur.

12 Quoad ſeptimam, non eſt dubitandum contractũ eſſe nullum cum clarè hoc conſtet ex verbis Bullæ. Vnde exiſtimo præfatas cauſas ad duas eſſe reducẽdas, ita vt contractus prędictus ſit nullus pro obligatione in forma Camerę,
13 & pro pœna appoſita; quibus ego addo Tertiã, quã ex ipſo cõtractu collegi, in quo vẽditores renuntiarũt foro ſuo, & ſubiecerunt ſe foro conſulum, q̄ eſt contrarium d. Bullæ, per quã

ve-

vetantur conditiones omnes grauantes cenſus venditorem vltra quã cenſus natura requirit, vt expreſsè Nau. in d. comment. de Vſur. num. 138. ver. Decimum qartum. Saluo ſemper, &c.

CONS. XXXIX.

DE RESTITVTIONE BONORVM iuſto bello acquiſitorum non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Milites iuſti belli iuſtè retinẽt bona capta in depopulationibus terrarũ de mandato ſuperioris factis, niſi bona ſint Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticorum.*

2 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent res, & perſonæ confugientes ad Eccleſiã quando deuaſtantur Ciuitates etiã in iuſto bello, niſi ex Eccleſia pugnent contra iuſtum bellum gerentes.*

3 *Miles iuſti belli, qui dubitat an bona aquiſita fuerint Eccleſiaſtica, abſolui poteſt ſi habet propoſitum inquirendi veritatem, & reſtituendi.*

4 *Poſſidentis conditio in dubijs eſt melior.*

IN iuſta depopulatione cuiuſdã terrę Belgiæ, multi ciues cũ bonis ſuis ad Eccleſiam cõfugerunt, & ex cãpanili contra hoſtes pugnabant, ſed milites facto impetu Eccleſiã intrarũt, & bona omnia non ſacra, quę ibi conſeruata erant deprędati sũt; quæritur, an Cõfeſſarius abſoluere vnũ ex his militibus poſſit, non

facta prius reſtitutione ſaltem ſuæ partis, maxime cũ anceps ſit miles, an bona quę ad illum peruenerunt fuerint Sacerdotis illius Eccleſiæ.

1 Pro reſolutione ſciendum eſt Primò milites, qui iuſte bellũ gerunt, in deuaſtationib⁹, & depopulationibus terrarũ, de mãdato ſupiorũ factis, mobilia iuſte acqrere, & retinere poſſe c. ſi de rebus 23. q. 7. D. Th. in 2. 2. q. 66. a. 8. ad 1. Sylu. ver Bellũ 1. q. 9. concluſ. 2. Bãnes in 2. 2. q. 40. a. 1. Couar. in ſecunda part. relect. reg. Peccatũ n. 1. & 6. vbi multos citat, & ego dixi latè in 1. 2. meæ Inſtit. coſeſſ. lib. 2. c. 18. q. 4. Niſi bona ſint Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticorum, nam vt ibidem dixi, horum bona à iure priuilegiata sũt p c. īnouamus de treg. & pace.

2 Secũdo ſciẽdũ eſt, ꝙ quãdo tempore deuaſtationum ciues cõfugerunt ad Eccleſiam, & illuc bona detulerunt, tam ipſi confugientes, quam bona delata Eccleſiaſtica gaudent immunitate, ita vt nec ab Eccleſia extrahi poſſint, nec in ea occidi, ceſsãte futuro periculo deuaſtantium, vt colligitur ex c. ſicut antiqtus 17. q. 4. & notat Bannes vbi ſupra a. 2. dicto 4. Niſi hi, qui ad Eccleſiam confugerunt ex Eccleſia pugnauerint contra milites iuſtum bellũ gerentes nam in hoc caſu ipſi, & eorum bona ab Eccleſia extrahi poſſunt, ac ibi occidi, quia cum ipſi primũ Eccleſiaſticam fregerint libertatem, illa gaudere non debent, vt dixit Sylu. ver. Bellum 3. q. 8. Et ſequitur Bannes ſup. dicto 5. & dixi in d. q. 4. in fine.

3 His prænotatis dico confeſſarium tutè D. Conſulẽtẽ abſoluere poſſe, abſquè

præ-

præuia reſtitutione dictorum bonorum, ſed tantum cum propoſito adhibendi diligentiam quanto citius potuerit ad dignoſcendũ an bona fuerint ſacerdotis illius Eccleſiæ, & cum firmo propoſito reſtituendi, ſi inuenerit verè bona fuiſſe ſacerdotis, aut alterius priuilegiati, cuius bona de iure auferẽda nõ erant. Et ratio eſt, nam ex duabus tantum cauſis D. conſulẽs ad reſtitutionem dictorum bonorum obligari poteſt, ſcilicet primo quia fuerunt ab Eccleſia extracta, & 2. quia anceps eſt an fuerint ſecerdotis; & quo ad primã cauſã non tenetur, quia ex campanili Eccleſiæ Ciues pugnarunt & ſic ipſi primi Eccleſiaſticã immunitatẽ fregerunt, & ideo illa gaudere nõ debent, vt dixi in 2. notabili. Nec reſtituere tenetur ex 2. capite, nam cum anceps ſit an bona fuerint Presbyteri, & ipſe cõſulens iuſtè
4 bona poſſideat; per dicta in p. adnotatione, in dubijs melior eſt cõdicio poſſidẽtis L. in pari cauſa ff. de reg. iuris. Saluo ſemper &c.

CONS. XL.
DE INTERPRETATIONE vltimę voluntatis circa pium legatum.

SVMMARIVM.

1 *OPus qui erigere poſſũt, etiã regulas quibus ſit gubernã dum facere valent.*

Principali conceſſo, cenſetur & acceſſorium conceſſum.

2 *Generalis diſpoſitio nõ refertur ad ea circa quæ ſpecialiter eſt prouiſum.*

3 *Verba genaralia relata ad certas res, reſtringũtur ad ea quæ referuntur.*

Verba ſpecialia addita generalibus eorũ ſignificationem reſtringunt.

4 *Epiſcopus eſt pater pauperũ & curator eorũ bonorum ne pereant eis.*

5 *Executores, & adminiſtratores bonorũ pauperibus relictorum loco heredum habentur, conueniendique ſunt corã iudice ordinario, etiãſi exempti ſint reſpectu perſonæ ſi cõueniantur vt executores.*

Clericus tutor ſi conueniendus eſt tanquam tutor conueniendus eſt coram iudice pupilli.

DOminus Ludouicus Fõtana in ſuo vltimo teſtamento inter cætera diſpoſuit, vt ex aliquibus ſuis bonis mons, ſeu piũ opus erigatur ad beneficiũ pauperum infirmorum Mutinenſium, preſertim eorũ qui sũt ex familia Fõtana.

Quam

Quam erectionē fieri mandauit à Reuerendiſſimo Epiſcopo Mutinēſi, à Priore Conſiliariorum Ciuitatis Mutinę, & à ſeniore ex familia Fontana auctoritate propria, & omni meliori modo quo eis videbit, ita tamē vt fructus dictorū bonorū infirmis prædictis diſtribuātur. Quod pium opus, vt ſupra ita erigēdū, idē teſtator mādauit, vt ex fructibus dictorū bonorū non ſit facienda eleemoſyna niſi infirmis illis, quibus faciendam eſſe voluerint, & expedire iudicauerint RR. Patres Abbas Sācti Petri, & Prępoſitus Patrum Theatinorum, Sindicus communitatis, & ſenior ex familia Fontana, qui pro tēpore in ciuitate commorabuntur. His ſic ſtantibus quæruntur quinque.

Primo, An Reuerendiſſimus Epiſcopus, & reliq. à teſtatore deputati ad erigendum prædictum opus, in ipſa erectione regulas, & conſtitutiones quibus opus ſit gubernandum, facere poſſint?

Secundo, An in ipſis cōſtitutionibus adminiſtrātium numerum poſſint augere?

Tertio, An in ipſis cōſtitutionibus declarare poſſint q̄bus pauperibus eleemoſyna ſit facienda?

Quarto, An in eiſdē cōſtitutionibus aliquod ius circa alienationē bonorū operis erecti, reſeruare ſibi poſſint?

Quīto, An opus erectū Epiſcopali iuriſdictioni ſit ſubiectū, ita vt ante eius tribunal quò ad lites ſit conueniendum?

1 Et quo ad Primum affirmatiuè reſpondetur, nam conceſſo principali, etiā acceſſoriū conceſſum cenſetur, c. cauſa de in integr.

reſtit. c. quo iure 8. diſt. c. ſi Monachus 16. q. 1. l. 2. ff. de iuriſd. om. Iudic. l. q̃dā ff. de re iud. ſed prędicto Reuerēdiſſ. Epiſcopo, & reliquis deputatis cōceſſum eſt, vt opus erigere poſſint, quod eſt principale: ergo cenſetur eis conceſſum, vt regulas & conſtitutiones, quibus opus ſit gubernandū facere poſſint, quod eſt acceſſorium. Ad Secundum videtur affirmatiuè etiam eſſe reſpōdendum, ex eo quod teſtator in teſtamento reliquit, vt prędicti deputati ad erigendū opus, illud erigant omni meliori modo quo eis videbitur; ſed melior modus, q̃ illis videtur, eſt, vt adminiſtrantiū numerus augeatur: ergò illum augere poſsunt.

2 Attamen negatiue reſpōdetur Primo quia diſpoſitio generalis non refertur ad ea, circa quæ ſpecialiter eſt prouiſum l. Stichus ff. de alim. legat. & ibi Bart. ſed circa numerum adminiſtrantiū ſpecialiter à teſtatore eſt prouiſum, deputando ad hoc ſupra numeratos Regulares, & ſęculares; ergo diſpoſitio generalis, in qua teſtator diſponit, vt opus erigatur omni meliori modo quo erectoribus videbitur, nō erit referenda ad alterandum numerum adminiſtrantium.

3 Secundò quia verba generalia relata ad certas res nō trahuntur ad vniuerſa quæ poſſunt adaptari, ſed reſtringuntur ad ea quæ referuntur, arg. l. cogi §. generaliter ff. ad Trebell. & facit l. qui vinum §. cui dulcia ff. de trit. vin. & oleo legato. Et verbum ſpeciale additū verbo generali, eius ſignificationē reſtringit l. ſed & ſi adijciatur ff. pro ſoc. & ibi Bart. ſed

ſed in caſu noſtro, verba generalia, ſcilicet, *poſſano erigere detta opera nel meglior modo che le parerà*, referuntur ad certam rem, quę ſubſequitur, ſcilicet, *accio delli frutti di detti beni ſi poßano gouernare i predetti īfermi*; & eadem verba, quæ ſpecialia ſunt adduntur verbis illis generalibus, ſcilicet, *nel meglior modo che le parerà*: ergo ipſa verba generalia in caſu noſtro ad omnia, quę aptari poſſunt, nō trahuntur, ſed tantum ad verba illa, quæ referuntur, reſtringenda ſunt: & verba ſpecialia, ſcilicet, *acciò delli frutti*, prædicta verba generalia, ſcilicet, *nel meglior modo che le parerà* reſtringunt; ergo ratione dictæ clauſulæ generalis, Domini erectores circa numerum adminiſtrantiū nihil diſponere poſſunt. Et ex dictis patet reſponſio ad cōtrariū argumētū.

Ad Tertium etiam negatiuè reſpondetur, per prædictas rationes; fuit enim circa eandem cauſā ſpecialiter à Teſtatore ꝓuiſsū, illā adminiſtratoribus ſpecialiter remittēdo; ergo ratione clauſulę generalis, erectores circa eādē cauſā ſe itromittere nō poſſūt, eo maximè ꝙ reſtringitur per prędictā clauſulā ſpecialem quæ additur.

Ad Quartum affirmatiue reſpondetur, vt patet ex illis teſtatoris verbis, videlicet, *e parendo à detto Monſignor Veſcouo, & altri ſudetti, piu utile a detta opera vendere i ſtabili, & i danari, e prezzo di quelli conuertire in compra de cenſi, gli laſcia anco ſopra ciò facoltà*. Per quæ verba teſtator generaliter, & abſque vlla tēporis diſtinctione facultatē hanc erectoribus tribuit; ergò abſque vlla tēporis diſtinctione erūt in-

telligenda, iuxta l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſtand.

4 Ad quintũ item affirmatiuè reſpondetur; eſt enim Epiſcopus pater pauperũ, & curator bonorum eorũ ne pereant eis, vt dixit Nau. in conſil. vlt. de relig. domib. nu. 2. per l. ſi quis ad declinandum, & l. id quod pauperibus C. de Epiſcop. & Cler. habetque poteſtatem prouidendi, vt omnia relicta ad pios vſus impendantur in eos etiam ſi teſtator prohibuerit c. tua de teſtam. & §. ſi quis pro redempt. Auth. de Eccleſiaſti. tit. collat. 9. ergo cum huius operis bona ad pauperes pertineãt, iuriſdictioni Epiſcop. hoc opus ſubiectum eſſe cenſendum erit.

5 Nec obſtare exiſtimo ſi quis obijciat, executores & adminiſtratores bonorum, quæ pauperibus, vel alicui pio loco reliquũtur, loco heredum haberi, vt poſt Innoc. in c. cum tibi de teſtam. dixit Bart. in d. l. ſi quis ad declinandum nu. 5. ergo ipſi conuenien di ſunt, ſi aliqua lis contra prædicta bona oriatur: ſed in caſu noſtro principales executores, & adminiſtratores, qui loco heredum habentur, ſunt RR. Patres Aabbas Sãcti Petri, & Prępoſitus Theatinorũ, qui ab Epiſcopali iuriſdictione exempti ſunt: ergo hoc opus Epiſcopali iuriſdictioni ſubiectũ eſſe non poteſt. Non obſtat inquam obiectio hæc, nam reſpondetur prędictos Patres duplicem perſonam repręſentare, vnam ſuæ dignitatis & Religioſi, & aliam adminiſtratoris. Si conueniendi eſsent ratione ſuæ dignitatis, & tanquam Religioſi, argumentum procederet; ſed

in caſu noſtro cõueniendi ſunt tanquam adminiſtra tores bonorum pauperũ; ergo coram illo tribunali conueniendi ſunt, cui bona pauperum ſubduntur, prout euenit in Clerico tutore, qui ſi cõueniendus eſt ratione propriæ perſonę, vel propriorum bonorum, coram Eccleſiaſtico foro conuenitur, at ſi tanquam tutor, in eo foro conueniendus erit, cui pupilli ſubduntur. Tenetq; hanc ſententiã Bart. in l. interdum §. fin. ff. de Iudic. & poſt eum Deci. in c. tuarum nu. 54. de priui leg. vbi affirmant ꝙ ſi Regioſus exẽptus executionem vltimę voluntatis acceperit, pro tali executione coram ordinario conueniri poteſt, priuilegio exemptionis non obſtante Saluo ſemper &c.

CONS. XLI.

QVOD PER SOLAM SOCIORVM criminis confeſſionem tortura tuta conſcientia dari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *IVdex ſecundum allegata & probata iudicare debet.*

2 *Socio criminis non creditur etiam in criminibus exceptis, niſi alia concurrant indicia. & in nu. 12.*

3 *Indi-*

3 *Indicium ſufficiens ad torturam non poteſt eſſe minus quam ſemiplena probatio.*

4 *Præſumptio temeraria eſt illa quæ à malis hominibus inſurgit.*

5 *Socius criminis qui duos patitur defectus nec in exceptis criminibus indicium facit ad torturam, etiam ſi veritas aliter haberi non poteſt.*

6 *Socius criminis qui plures patitur defectus nec facit indicium ad inquirendum.*

7 *Torqueri nemo debet niſi ſufficientia, & veriſimilia indicia præceſſerint.*

8 *Indicia dicuntur demoſtrantia adminicula ad indagandum veritatem.*

9 *Indicia ſufficientia quæ ſint iudicis arbitrio reliquũtur.*

10 *Bona conditio, & fama, optima ſunt indicia pro reo.*

11 *Indicia ex ſocij criminis confeſſione orta p̃ p̃bationẽ bonæ famæ facile diluuntur.*

13 *Commodum ex ſua iniquitate reportare nemo debet, nec incomodum ex pietate.*

14 *Numerus inhabilitatem nõ tollit: nec duo imperfecta in tota ſpecie vnum perfectum facere valent.*

TRes mulieres bonæ cõditionis & famæ, quas ex ſola ſociorum criminis cõfeſſione cõſtat eſſe maleficas, ex ſola hac confeſſione non poſſe Iudi-
1 cem tuta conſcientia torquere indubitantẽr affirmo; nam debet Iudex ſecũdũ allegata & probata iudicare, vt comuniter Doctores docent, & tradit ac explicat Syl. ver. Iudex 2. q. 4. & 5. & ſecundũ allegata & probata mulieres prædictę per ſolã ſociorũ criminis confeſſionem torquendæ non ſunt.

2 Primo per tex. in c. 1. de confeſſ. vbi habetur, non

eſſe

eſſe credendum eis, qui cõ feſſi sũt propriũ crimen, ſi deponant contra alios ſuorum criminum comparticipes. Et quamuis gloſſa ibi, in ver. confeſſis, hoc limitet in criminibus exceptis, de quorum numero eſt crimen maleficij, vt patet ex glos. & doctoribus in l. fin. C. de accuſat. & tradit Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. centu. 5. caſu 474. nu. 33. in fine, tamẽ ipſa gloſſa addit, in his criminibus exceptis tunc ſolum conſociorum confeſſionem valere, quã do aliæ adsũt pręſumptiones, ſeu indicia, & idem affirmat Menoch. vbi ſup. nu. 43. poſt Doctores quos citat, receptamq; hanc eſſe ſententiam affirmat: ſed in caſu noſtro nulla alia contra pręfatas mulieres adſunt indicia, & ſi quæ adſunt, diluta ſunt per cõtrarias probationes, vt ex proceſſu conſtat: ergo indubitatum remanet, per ſolam pręďictam cõfeſſionem torquendas non eſſe.

3 Secundo quia, de iure cõmuni indicium ſufficiẽs ad torturam non poteſt eſſe minus quam ſemiplena ꝓbatio, vt dixit gloſſa in l. cum probatio ff. de probat. quam gloſſam ſequitur, & notabilem appellat Alex. in cõſ. 89. nu. 6. vol. 3. ſed aſſertio ſocij criminis non eſt ſemiplena ꝓbatio cum talis aſſertio tantũ faciat pręſũptionem temerariã: eſt enim

4 pręſũptio temeraria illa, quę à malis hominibꝰ inſurgit, vt dixit Bonifac. in tract. de malefici. in rubr. de pręſumpt. n. 3. & Gãd. de malef. in rub. de pręſũpt. & indic. nu. 10. addens quod ex talibus pręſumptionibus quis ſubijci tormentis non poteſt; ergò per talem aſſertionem mulie-

lieres prædictæ torqueri non poſſunt.

5 Tertio qa ſocius criminis, q plures patitur defectus, puta quia aliunde eſt infa mis, & crimi noſus, ſeu alias eſt inhabilis, puta quia eſt vilis, abiectus, pauper, minor, luſor, & his ſimiles exceptiones habet, nec etiam in exceptis criminibus facit indicium ad torturam; eſtque hęc cõmunis opinio, quã inter alios ſequi tur Marſil. ſing. 200. & cõſ. 74. nu. 23. & conſil. 102. n. 12. & Farin. cum alijs quos citat in lib. 2. de indic. & tort. q. 43. nu. 178. & hoc eſt verum etiã in caſib⁹, in quibus veritas aliter haberi nõ poteſt, vt dixit Gramat. in conſ. 70. n. 9. & Carett. in pract. ĩ ſecũdo tract. de Indic. & tort. §. octauũ indicium nu. 23. & alij, quos vbi ſup. Farinac. citat Et etiam in caſu quo infamia aliunde ſit probata quam per ſocij confeſſionẽ, vt tenet Natta in conſil. 298. nu. 6 vol. 2. & alij quos idẽ Farinac. vbi ſupra citat, & etiam ꝙ deponant in tortura; quia tortura vnum tantũ defectum ſupplet; & duo defectus ſufficiunt ad cõfeſſionem ſocij criminis inualidandam, vt affirmat Burſat. ĩ cõſ. 69. nu. 25. & cõſil. 239. nu. 42. & cõſil. 192. nu. 21. ſed prætenſi ſocij criminis deponentes contra prefatas mulieres alias inhabiles ſunt; ergo propter eorum confeſſiones torquendæ non ſunt, Et predictos ſocios alias ĩhabiles eſſe ex ꝓceſſu maniſeſtiſſime patet, cũ in eo conſtet, non ſolũ fuiſſe veneficos, ſed etiam latrones, ſacrilegos, fures, inſidiatores, rapaces, & omnium ferè criminum reos, viles, pauperes, & ita miſera-

ſerabiles, vt hoſpitalis receptaculo indigerent.

6 Quare eorum teſtimoniũ non ſolum ad torturam, ſed neque ad inquirendũ contra prædictas mulieres ſufficiens fuit, per ea quæ probant Burſat. in cõſil. 275. nu. 19. Bonicos. in comm. opin. p. 1. verſ. ſocio criminis non creditur, Bertaz. cõſil. 61. nu. 16. Io. Maria Monticell. reg. crim. 4. nu. 41.

7 Quarto, quia nemo debet torqueri niſi ſufficientia, & veriſimilia indicia præceſſerint l. minor §. in ea l. maritus & l. fin. ff. de queſtion. l. ſicut ad finem C. de falſ. l. primum, & l. ad milites C. de queſtionibus. ſed nulla ſufficientia & veriſimilia indicia cõtra prefatas mulieres in proceſſu inueniũtur; ergò torquendæ non ſunt.

8 Minor probatur, nam indicia dicuntur demonſtrantia adminicula ad indagãdam veritatem l. qui adulterij C. de adulter. l. inſtrumenta domeſtica & l. fin. C. de probat.

9 Quę autem illa ſint, cum non ſit à lege deffinitum, arbitrio Iudicis relinquũtur arg. l. 1. C. d. iure deliber. Quod arbitrium, liberum & abſolutum Iudici nõ erit, ſed iure ac Doctorum ſententijs erit regulandum, vt poſt Burſat. in conſ. 316. nu. 16. vol. 3. & Menoch. vbi ſupra caſu. 270. nu. 4. tenet Farinac. lib. 2. de Indic. & tort. q. 37. nu. 193. vbi multos citat: ponderandaque eſt indiciorũ qualitas, vt dixit Menoch. ſupra nu. 5. nam debent eſſe probabilia, & veriſimilia per d. l. ad milites C. de queſt. ac grauia, & luce meridiana clariora, vt dixit Bald. in conſ. 259. col. 1. verb. inqſitionis lib. 1. & Crauet.

conſ.

conſ. 6, nu. 12. & cõſ. 99. nu. 1. Sed quæ quæſo demonſtrãtia adminicula ad veritatẽ indagandã,& quę indicia grauia, & luce meridiana clariora oriri poſſunt ex confeſſione hominum, & mulierum perditarum contra mulieres bonæ cõditionis & famę? Vndè malè arbitraretur Iudex, qui ideo eas ad torturam condemnaret;ageret enim contra doctrinã præcitatorum Doctorum, ac etiam contra doctrinã Bart. in l. 1. §. 1. per illũ textum in prin. ff. de queſtion. vbi dicit, quod licet reperiantur indicia, quæ alias eſſent ſufficientia ad torquendum reum, tamẽ ſi pro reo aliqua ſunt indicia, tunc opus eſſe vt illa indicia ad torquendũ magis vrgentia ſint.

10 Et aliquem eſſe bonæ conditionis & famę, adeo optimũ indicium pro reo eſt, vt Auguſt. de Arim. in addit. ad Ang. de maleſ. in rubr. Quod fama publica &c. ver. Quæro, nu. 22. affirmet, quod etſi res furtiua inuenta penes vnum, ſufficiens indicium ad torturam ſit, per ea quæ habentur in l. ancillæ C. de furt. hoc tamen non procedit ſi res reperiatur penes vnum hominem bonæ conditionis & famæ. Sic & in propoſito, dato quod ſociorum confeſſiones in criminibus exceptis ſufficientia indicia ad torturã ſint, attamen quia talis confeſſio facta eſt contra perſonas non ſuſpectas, & bonę conditionis & famę, non debent talia indicia ad eas torquendas ſufficiẽtia iudicari; maximè quia
11 indicia ex ſocij criminis confeſſione orta, probando bonam famam nominati facilè diluuntur, vt ſcripſit Marſil. in conſ. 12.

num.

nu. 38. & conſ. 15. nu. 5. & 6. & conſ. 28. num. 16. quem citat & ſequitur Menoch. vbi ſupra centur. 5. caſu 474. nu. 41.

12 Quod confirmatur ex doctrina magni illius practici Guid. de Suza ĩ tract. Malefic. ſub rubr. Qualiter reus ſubijciatur tormen. in finæ primæ col. aſſerentis, quod quamuis in criminibus exceptis ſocius contra ſocium indiciũ faciat, attamen ſi alia non præcedant indicia, ſocio non creditur: & eandem ſentẽtiam tenet idẽ Aug. de Arim. in d. rubr. Quod fama publia in ver. Quæro nu. 31. & Menoch. in d. caſu 474. nu. 43. Sed in caſu noſtro nulla alia indicia cõtra prædictas mulieres pręcedũt; ergò ideo torquendæ non ſunt.

Nec obſtat obijcere, cõtra Titiam præcedere indicia mortis filiorum pueri, & puellæ ex infirmitate Epyleſiæ, quem morbum ex veleno originem traxiſſe veriſimile eſt, cum ſagarum confeſſiones, & deſuper acceptæ informationes doceant, quod infantes, qui vnguento maleficarum liniuntur, plerunque Epyleſia moriuntur: & quod hoc, rationẽ phyſicam, & naturalẽ habere videatur, cum vnguentum illud ex veneno Buffonum conficiatur, ꝙ cum frigidiſſimũ ſit, ex eo talis morbus, qui calorem naturalem violenter extinguit, & omnem ſenſum adimit, generatur. Non inquam hæc contra Titiã obſtant, Tum quia negari non poteſt, infirmitatẽ Epyleſię non ſolum ex veneno, ſed ex alijs etiam accidẽtibus in humano corpore naturaliter generari poſſe. Tum quia, dato ꝙ ex linitione veneni infantes

tes

tes mortui ſint, in dubijs veriſimilius eſt non à propria matre, quæ optimæ eſt famæ, ſed ab alijs linita eſſe. *Nunquid enim obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui?* vt Iſ. 49. habetur.

Nec contra Semproniã obſtat, ſocios criminis in ſua cõfeſſione dixiſſe, quãdam tempeſtatẽ ipſius Sẽproniæ cauſa ortam eſſe, & verificatum ſit talẽ tempeſtatem ortam eſſe; nam non ideo ſequitur, nec eſt verificatũ, cauſa ipſius Sẽproniæ ortam eſſe: & cum tempeſtates faciliter ex naturalibus cauſis prouenire poſſint, & ſoleant, & nullo alio indicio conſtet talem tempeſtatem cauſa Sẽproniæ prouenire, hoc credendum non eſt, nec præſumendum, cum vnuſquiſque præſumatur in dubio bonus, c. dudum de præſumpt. gloſ. in c. 1. de ſcrut. in ord. fac. l. cũ pater §. rogo ff. de legat. 2. Et multo minus obſtat ei abortium mulieris, quod magicis artibus procuratum prætenditur, cũ nullo alio indicio probatum ſit, niſi quia ipſa Sempronia, mulieri, quæ abortiũ prædictum fecit, dum poſt abortium ægrotaret, vigilando, & inſeruiendo ſuã operam præſtitit; nã quis eſt ſanę mentis, qui ex miſericordiæ opere præſtito, malum hoc peſſimum pręſumere poſſit?

13 Imò ſicut nemo ex ſua iniquitate commodum reportare debet; vt habetur in l. itaque fullo ff. de furt. & ex c. 1. de poſtulat. pręl. ita è contrario nemo ex ſua pietate incommodum reportare habet; nam contrariorum eadem eſt diſciplina, Inſtit. de his qui ſũt ſui, vel alien. iur. in prin.

Nec item ſufficiens indiciũ eſt, filium eius infantem Epylepſia mortuum eſſe, q̃a hoc ex natura rei, matrem eſſe ſagam, indicium non eſt, cum vt ſupra dixi, multoties eueniat vt infantes etiam optimarum,& nulla exceptione maiorum mulierũ Epylepſia moriantur.

14 Nec eis omnibus obſtat, non ab vno tantum criminis ſocio, ſed à pluribus eſſe nominatas, nam nec ideò dici poteſt adeſſe contra eas indicium ad torturam; cum numerus inhabilitatem non tollat, nec ſupplementum inducat; nec duo imperfecta in ſua ſpecie vnum perfectũ facere poſſint l. 1. C. qui nume. tutel. Alex. in l. ſi quis argentarijs in prin. ff. de edend. Ancher. conſ. 240. In cauſa agitata. Felin. in c. Teſtimonium, in tertio not. de teſt. Natta conſ. 298. nu. 10. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 16. vol. 1. qui reprobat Boer. contrarium aſſerentem in deciſ. 219. num. 17. & licet cũ Boerio cõcordet Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. verſ. ſed pone, quos ſequitur Author Scholior. Director. Inquiſ. in appendice Schol. 118. opinio tamẽ Rolandi, & aliorum eſt magis communis, quam etiam ſequitur Blanc. in repet. l. fin. nu. 385. ff. de queſtion. Grammat. conſ. 35. nu. 25. & videtur eam tenere Bal. in l. quoniam in ſecundo not. C. de teſtam. Marſil. in conſ. 78. nu. 2. quos citat, & ſequitur Maſcar. de probat. vol. 3. concluſ. 1311. num. 18. qui licet inferius ſuum dictũ limitet in criminibus exceptis, & in ſpecie in crimine maleficij, vt patet in nu. 31. nihilominus in nu. 52. declarat hanc, &

alias limitationes, quas fecit, tantum locum habere quoad indicium faciẽdũ, non autem quo ad torturam, niſi alia indicia concurrant; alijs autem indicijs concurrentibus etiam quò ad torturam indiciũ facerent, vt tenuit Salicet. in l. fin. C. de accuſat. & Imol. in c. 1. de confeſſ. & alij, quos ibi Maſcar. citat; Sed in caſu prædictarum mulierum nulla alia ſufficientia indicia cõcurrunt; ergò torquendæ nõ ſunt. Et dato quod indicia aliqua, quæ leuia ſunt, cõcurrant, iam ſupra probaui, qualitatem præcedentis vitæ illa elidere. Et hęc dicta ſint Saluo ſẽper, &c.

CONS. XLII.

NON POSSE EPISCOPVM in concurrentijs beneficiorum, digniorem eligere cum aliquo pacto.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca dicitur omnis traditio rei ſpiritualis mediante aliqua conuentione, aut conditione, quæ de iure non ineſt.*

2 *Epiſcopus in concurrentijs tenetur eligere digniorem ſub mortali.*

3 *Eligere dignum, omiſſo digniori quando liceat, remiſſiuè.*

Reuerende Pater. Quò ad caſum à te propoſitũ, An ſcilicet liceat Epiſcopo, in menſibus Pontificijs,

CONS. XLIII.

AN QVI COMPENSAVIT, iurare poſſit ſe ſoluiſſe? Et an qui fideiuſſit de tuto carcere liberetur ab obligatione per mutationẽ carceris, aut per aliã nouationẽ?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt verificãdũm in forma ſpecifica.*

Compenſatio non eſt uera ſed ficta ſolutio.

2 *Compenſare non poteſt qui iurauit ſoluere.*

3 *Iurare poteſt ſe ſoluiſſe qui eſt debitor ex vna parte, & ex alia creditori cõpẽſãdo.*

Mendacium eſt falſæ vocis ſignificatio.

Compenſatio, & ſolutio non differunt

4 *Soluiſſe cenſendus eſt qui ab obligatione ſe liberauit.*

5 *Compenſatio eſt vera, & realis rei alienæ ſatisfactio.*

6 *Fideiuſſores obligati ad arbitrium de tuto carcere, aſſignato carcere finitur eorum obligatio.*

7 *Impoſſibile eſt eodem tempore eſſe in diuerſis locis.*

8 *Fideiuſſio ubi interceſſit reſpectu alicuius obligationis, ſi obligatio innouatur liberatur fideiuſſor.*

9 *Fideiuſſor liberatur quando reus fuit vocatus ad carceres.*

10 *Fideiuſſori nõ eſt imputanda culpa cuſtodis, aut Iudicis.*

3 *Indicium ſufficiens ad torturam non poteſt eſſe minus quam ſemiplena probatio.*

4 *Præſumptio temeraria eſt illa quæ à malis hominibus inſurgit.*

5 *Socius criminis qui duos patitur defectus nec in exceptis criminibus indicium facit ad torturam, etiam ſi veritas aliter haberi non poteſt.*

6 *Socius criminis qui plures patitur defectus nec facit indicium ad inquirendum.*

7 *Torqueri nemo debet niſi ſufficientia, & veriſimilia indicia præceſſerint.*

8 *Indicia dicuntur demoſtrantia adminicula ad indagandum veritatem.*

9 *Indicia ſufficientia quæ ſint iudicis arbitrio reliquũtur.*

10 *Bona conditio, & fama, optima ſunt indicia pro reo.*

11 *Indicia ex ſo. ij criminis confeſſione orta p̃ ꝓbationẽ bonæ famæ facile diluuntur.*

13 *Commodum ex ſua iniquitate reportare nemo debet, nec incomodum ex pietate.*

14 *Numerus inhabilitatem nõ tollit: nec duo imperfecta in tota ſpecie vnum perfectum facere valent.*

TRes mulieres bonæ cõditionis & famæ, quas ex ſola ſociorum criminis cõfeſſione cõſtat eſſe maleficas, ex ſola hac confeſſione non poſſe Iudi-
1 cem tuta conſcientia torquere indubitanter affirmo; nam debet Iudex ſecũdũ allegata & probata iudicare, vt comuniter Doctores docent, & tradit ac explicat Syl. ver. Iudex 2. q. 4. & 5. & ſecundũ allegata & probata mulieres predictę per ſolã ſociorũ criminis confeſſionem torquendæ non ſunt.
2 Primo per tex. in c. 1. de confeſſ. vbi habetur, non

eſſe

eſſe credendum eis, qui cõ feſſi sũt propriũ crimen, ſi deponant contra alios ſuorum criminum comparticipes. Et quamuis gloſſa ibi, in ver. confeſſis, hoc limitet in criminibus exceptis, de quorum numero eſt crimen maleficij, vt patet ex glos. & doctoribus in l. fin. C. de accuſat. & tradit Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. centu. 5. caſu 474. nu. 33. in fine, tamẽ ipſa gloſſa addit, in his criminibus exceptis tunc ſolum conſociorum confeſſionem valere, quã do aliæ adsũt pręſumptiones, ſeu indicia, & idem affirmat Menoch. vbi ſup. nu. 43. poſt Doctores quos citat, receptamq; hanc eſſe ſententiam affirmat: ſed in caſu noſtro nulla alia contra pręfatas mulieres adſunt indicia, & ſi quæ adſunt, diluta ſunt per cõtrarias probationes, vt ex proceſſu conſtat: ergo indubitatum remanet, per ſolam prędictam cõfeſſionem torquendas non eſſe.

3 Secundo quia, de iure cõmuni indicium ſufficiẽs ad torturam non poteſt eſſe minus quam ſemiplena ꝓbatio, vt dixit gloſſa in l. cum probatio ff. de probat. quam gloſſam ſequitur, & notabilem appellat Alex. in cõſ. 89. nu. 6. vol. 3. ſed aſſertio ſocij criminis non eſt ſemiplena ꝓbatio cum talis aſſertio tantũ faciat pręſũptionem temerariã: eſt enim

4 pręſũptio temeraria illa, quę à malis hominib⁹ inſurgit, vt dixit Bonifac. in tract. de malefici. in rubr. de pręſumpt. n. 3. & Gãd. de malef. in rub. de pręſũpt. & indic. nu. 10. addens quod ex talibus pręſumptionibus quis ſubijci tormentis non poteſt; ergò per talem aſſertionem mu

lie-

lieres prædictæ torqueri non poſſunt.

5 Tertio qa ſocius criminis, q plures patitur defectus, puta quia aliunde eſt infamis, & criminoſus, ſeu alias eſt inhabilis, puta quia eſt vilis, abiectus, pauper, minor, luſor, & his ſimiles exceptiones habet, nec etiam in exceptis criminibus facit indicium ad torturam; eſtque hęc cõmunis opinio, quã inter alios ſequitur Marſil. ſing. 200. & cõſ. 74. nu. 23. & conſil. 102. n. 12. & Farin. cum alijs quos citat in lib. 2. de indic. & tort. q. 43. nu. 178. & hoc eſt verum etiã in caſib⁹, in quibus veritas aliter haberi nõ poteſt, vt dixit Gramat. in conſ. 70. n. 9. & Carett. in pract. ĩ ſecũdo tract. de Indic. & tort. §. octauũ indicium nu. 23. & alij, quos vbi ſup. Farinac. citat Et etiam in caſu quo infamia aliunde ſit probata quam per ſocij confeſſioné, vt tenet Natta in conſil. 298. nu. 6 vol. 2. & alij quos idẽ Farinac. vbi ſupra citat, & etiam q deponant in tortura; quia tortura vnum tantũ defectum ſupplet; & duo defectus ſufficiunt ad cõfeſſionem ſocij criminis inualidandam, vt affirmat Burſat. ĩ cõſ. 69. nu. 25. & cõſil. 239. nu. 42. & cõſil. 192. nu. 21. ſed prætenſi ſocij criminis deponentes contra prędictas mulieres alias inhabiles ſunt; ergo propter eorum confeſſiones torquendæ non ſunt, Et prędictos ſocios alias ĩhabiles eſſe ex pceſſu manifeſtiſſime patet, cũ in eo conſtet, non ſolũ fuiſſe veneficos, ſed etiam latrones, ſacrilegos, fures, inſidiatores, rapaces, & omnium ferè criminum reos, viles, pauperes, & ita miſera-

ſerabiles, vt hoſpitalis receptaculo indigerent.
6 Quare eorum teſtimoniũ non ſolum ad torturam, ſed neque ad inquirendũ contra prædictas mulieres ſufficiens fuit, per ea quæ probant Burſat. in cõſil. 275. nu. 19. Bonicos. in comm. opin. p. 1. verſ. ſocio criminis non creditur, Bertaz. cõſil. 61. nu. 16. Io. Maria Monticell. reg. crim. 4. nu. 41.
7 Quarto, quia nemo debet torqueri niſi ſufficientia, & veriſimilia indicia præceſſerint l. minor §. in ea l. maritus & l. fin. ff. de queſtion. l. ſicut ad finem C. de falſ. l. primum, & l. ad milites C. de queſtionibus. ſed nulla ſufficientia & veriſimilia indicia cõtra pręfatas mulieres in proceſſu inueniũtur; ergò torquendæ non ſunt.
8 Minor probatur, nam indicia dicuntur demonſtrantia adminicula ad indagãdam veritatem l. qui adulterij C. de adulter. l. inſtrumenta domeſtica & l. fin. C. de probat.
9 Quę autem illa ſint, cum non ſit à lege definitum, arbitrio Iudicis relinquũtur arg. l. 1. C. d. iure deliber. Quod arbitrium, liberum & abſolutum Iudici nõ erit, ſed iure ac Doctorum ſententijs erit regulandum, vt poſt Burſat. in conſ. 316. nu. 16. vol. 3. & Menoch. vbi ſupra caſu. 270. nu. 4. tenet Farinac. lib. 2. de Indic. & tort. q. 37. nu. 193. vbi multos citat: ponderandaque eſt indiciorũ qualitas, vt dixit Menoch. ſupra nu. 5. nam debent eſſe probabilia, & veriſimilia per d. l. ad milites C. de queſt. ac grauia, & luce meridiana clariora, vt dixit Bald. in conſ. 259. col. 1. verb. inqſitionis lib. 1. & Crauet.

conſ.

conſ. 6. nu. 12. & cóſ. 99. nu. 1. Sed quæ quæſo demonſtrãtia adminicula ad veritatẽ indagandã, & quę indicia grauia, & luce meridiana clariora oriri poſſunt ex confeſſione hominum, & mulierum perditarum contra mulieres bonæ cõditionis & famę? Vndè malè arbitraretur Iudex, qui ideo eas ad torturam condemnaret; ageret enim contra doctrinã præcitatorum Doctorum, ac etiam contra doctrinã Bart. in l. 1. §. 1. per illũ textum in prin. ff. de queſtion. vbi dicit, quod licet reperiantur indicia, quæ alias eſſent ſufficientia ad torquendum reum, tamẽ ſi pro reo aliqua ſunt indicia, tunc opus eſſe vt illa indicia ad torquendũ magis vrgentia ſint.

10 Et aliquem eſſe bonæ conditionis & famę, adeo optimũ indicium pro reo eſt, vt Auguſt. de Arim. in addit. ad Ang. de maleſ. in rubr. Quod fama publica &c. ver. Quæro, nu. 22. affirmet, quod etſi res furtiua inuenta penes vnum, ſufficiens indicium ad torturam ſit, per ea quæ habentur in l. ancillæ C. de furt. hoc tamen non procedit ſi res reperiatur penes vnum hominem bonæ conditionis & famæ. Sic & in propoſito, dato quod ſociorum confeſſiones in criminibus exceptis ſufficientia indicia ad torturã ſint, attamen quia talis confeſſio facta eſt contra perſonas non ſuſpectas, & bonę conditionis & famę, non debent talia indicia ad eas torquendas ſufficiẽtia iudicari; maximè quia

11 indicia ex ſocij criminis confeſſione orta, probando bonam famam nominati facilè diluuntur, vt ſcripſit Marſil. in conſ. 12.

num.

nu. 38. & conſ. 15. nu. 5. & 6. & conſ. 28. num. 16. quem citat & ſequitur Menoch. vbi ſupra centur. 5. caſu 474. nu. 41.

12 Quod confirmatur ex doctrina magni illius practici Guid. de Suza ĩ tract. Malefic. ſub rubr. Qualiter reus ſubijciatᷓ tormen. in finæ primæ col. aſſerentis, quod quamuis in criminibus exceptis ſocius contra ſocium indiciũ faciat, attamen ſi alia non præcedant indicia, ſocio non creditur: & eandem ſentẽtiam tenet idẽ Aug. de Arim. in d. rubr. Quod fama publia in ver. Quæro nu. 31. & Menoch. in d. caſu 474. nu. 43. Sed in caſu noſtro nulla alia indicia cõtra prædictas mulieres prçcedũt; ergò ideo torquendæ non ſunt.

Nec obſtat obijcere, cõtra Titiam præcedere indicia mortis filiorum pueri, & puellæ ex infirmitate Epyleſiæ, quem morbum ex veleno originem traxiſſe veriſimile eſt, cum ſagarum confeſſiones, & deſuper acceptæ informationes doceant, quod infantes, qui vnguento maleficarum liniuntur, plerunque Epyleſia moriuntur: & quod hoc, rationẽ phyſicam, & naturalẽ habere videatur, cum vnguentum illud ex veneno Buffonum conficiatur, ꝙ cum frigidiſſimũ ſit, ex eo talis morbus, qui calorem naturalem violenter extinguit, & omnem ſenſum adimit, generatur. Non inquam hæc contra Titiã obſtant, Tum quia negari non poteſt, infirmitatẽ Epyleſię non ſolum ex veneno, ſed ex alijs etiam accidẽtibus in humano corpore naturaliter generari poſſe. Tum quia, dato ꝙ ex linitione veneni infantes

Nec item ſufficiens indiciũ eſt, filium eius infantem Epylepſia mortuum eſſe, q̃a hoc ex natura rei, matrem eſſe ſagam, indicium non eſt, cum vt ſupra dixi, multoties eueniat vt infantes etiam optimarum, & nulla exceptione maiorum mulierũ Epylepſia moriantur.

14 Nec eis omnibus obſtat, non ab vno tantum criminis ſocio, ſed à pluribus eſſe nominatas, nam nec ideò dici poteſt adeſſe contra eas indicium ad torturam; cum numerus inhabilitatem non tollat, nec ſupplementum inducat; nec duo imperfecta in ſua ſpecie vnum perfectũ facere poſſint l. 1. C. qui nume. tutel. Alex. in l. ſi quis argentarijs in prin. ff. de edend. Ancher. conſ. 240. In cauſa agitata. Felin. in c. Teſtimonium, in tertio not. de teſt. Natta conſ. 298. nu. 10. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 16. vol. 1. qui reprobat Boer. contrarium aſſerentem in deciſ. 219. num. 17. & licet cũ Boerio cõcordet Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. verſ. ſed pone, quos ſequitur Author Scholior. Director. Inquiſ. in appendice Schol. 118. opinio tamẽ Rolandi, & aliorum eſt magis communis, quam etiam ſequitur Blanc. in repet. l. fin. nu. 385. ff. de queſtion. Grammat. conſ. 35. nu. 25. & videtur eam tenere Bal. in l. quoniam in ſecundo not. C. de teſtam. Marſil. in conſ. 78. nu. 2. quos citat, & ſequitur Maſcar. de probat. vol. 3. concluſ. 1311. num. 18. qui licet inferius ſuum dictũ limitet in criminibus exceptis, & in ſpecie in crimine maleficij, vt patet in nu. 31. nihilominus in nu. 52. declarat hanc, &

CONS. XLIII.

AN QVI COMPENSAVIT, iurare poſſit ſe ſoluiſſe? Et an qui fideiuſſit de tuto carcere liberetur ab obligatione per mutationẽ carceris, aut per aliã nouationẽ?

SVMMARIVM.

1 Iuramentum eſt verificãdum in forma ſpecifica.

Compenſatio non eſt uera ſed ficta ſolutio.

2 Compenſare non poteſt qui iurauit ſoluere.

3 Iurare poteſt ſe ſoluiſſe qui eſt debitor ex vna parte, & ex alia creditori cõpẽſãdo.

Mendacium eſt falſæ voc.s ſignificatio.

Compenſatio, & ſolutio non differunt

4 Soluiſſe cenſendus eſt qui ab obligatione ſe liberauit.

5 Compenſatio eſt vera, & realis rei alienæ ſatisfactio.

6 Fideiuſſores obligati ad arbitrium de tuto carcere, aſſignato carcere finitur eorum obligatio.

7 Impoſſibile eſt eodem tempore eſſe in diuerſis locis.

8 Fideiuſſio ubi interceſſit reſpectu alicuius obligationis, ſi obligatio innouatur liberatur fideiuſſor.

9 Fideiuſſor liberatur quando reus fuit vocatus ad carceres.

10 Fideiuſſori nõ eſt imputanda culpa cuſtodis, aut Iudicis.

DVO caſus proponuntur, & primus eſt hic.

Exſtat Bononiæ Statutum, quod ſi debitor, tranſacto anno, à die contracti mutui, iurat ſe ſoluiſſe, ab obligatione liberetur, nūc caſus occurrit, quod Antonius accepit à Franciſco mutuo centum, qui poſtea expendit totidem pro expediendis negotijs ipſius Franciſci, quæ de mandato eiuſdem Antonius agebat; & quia de mandato, & pecunia expenſa conſtare non poteſt, de mutuo vero conſtat, quæritur an ſtante dicta reali compenſatione Antonius ſimpliciter iurare poſſit ſe ſoluiſſe?

1 Et pro parte negatiua facit Primo quia iuramentum in forma ſpecifica eſt verificandum, vt habetur in c. debitores de iureiur. Sed qui compenſauit, iurando ſe ſoluiſſe, iuramētum in forma ſpecifica nō verificat; nam compenſatio non eſt vera ſed ficta ſolutio l. ſi cum filio ff. de cōpens. l. 1. ff. eod. & facit tex. optimus in l. Iulianus ff. de condit. & demonſt. ibi. quaſi dederit: ergò qui compenſauit falsò iurat ſe ſoluiſſe.

2 Secundo, ſicut qui iurauit ſoluere non poteſt abſque periurio, inuito creditore, aliter compenſare, vt docent Doctores in c. ad noſtram de iureiur. vbi Felin. dicit hanc eſſe cōmunem ſententiam, quā ſequitur Seraph. in tract. de priuil. Iuram. priuil. 74. nu. 36. & alij quos retuli in 1. 2. par. meę Inſtit. Confeſſ. lib. 1. c. 1. q. 6. in ſexto caſu, verſ. Pro contraria tamen ſententia; ita qui compenſauit non poteſt abſque periurio iurare ſe ſoluiſſe, nam argumentum

tum à contrario ſenſu valet, & eſt fortiſſimum, vt dixit gloſ. in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prçlat. & facit c. cum veniſſent de inſtit. circa finem.

3 His tamen non obſtantibus ego cenſeo, ſtante dicta compenſatione, Antonium abſque periurio iurare poſſe ſe ſoluiſſe, moueor quia nulla alia cauſa Antonius eſſet periurius, niſi ratione mendacij, ſed iurando ſe ſoluiſſe nullum diceret mẽdaciũ; cum mendacium nil aliud ſit quam falſæ vocis ſignificatio cum intentione fallendi, c. Beatus 22. q. 2. D. Thom. in 2. 2. q. 110. art. 1. gloſ. in l. de ætate §. 1. ff. de inter. act. Sed in tali iuramento nulla adeſt intentio fallendi, nec falſa vocis ſignificatio; nam vt habetur in l. ſi debitor ff. qui potior. in pign. hab. nihil intereſt inter compẽſare & ſoluere, & in l. dediſſe ff. de verb. ſignif. & in l. vel permutari ff. de liber. cauſ. dediſſe intelligendus eſt qui compenſauit; ergò nulla adeſt falſæ vocis ſignificatio; ergò nullum periurium.

4 Et confirmatur ex celebri textu in l. 4. §. ſoluiſſe de re iudic. vbi Iuriſconſultus, ſoluiſſe, inquit, accipere debemus non tantũ eum qui ſoluit, verum omnem omnino qui ex obligatione liberatus eſt; quo in loco cũ dicat tex. eũ omnino ſoluiſſe, qui ab ea obligatione liberatus eſt, vt aduertit Couar. in c. quãuis pactum, de pact. par. 2. relect. §. 4. nu. 9. verſ. cæterũ cõtraria ſentẽtia, &c. addens, hoc vere, & ipſo iure eſſe, iuxta gloſ. de dictione, omnino, in l. 1. §. ſi pecuniã ff. depoſ. & gloſ. in l. obſignationem C. de

ſolut. & not. Bart. in l. 1. ff. iudic. ſolui. Et qui cõpenſat liberatur l. ſi ambo ff. de compenſ. hic omnino ipſo iure, & vere ſoluiſſe intelligẽdus eſt, vt Couar. vbi ſupra concludit: ergò abſquè periurio, qui compenſauit iurare poteſt ſe ſoluiſſe.

5 Nec in contrarium adducta argumenta obſtant, nam ad primum reſpondetur quod etſi compenſatio non vera ſed ficta ſolutio ſit, eſt tamen vera & realis æris alieni ſatisfactio, habetque effectus tam iuris quam facti veræ & realis ſolutionis, vt in d. l. Iulianus, & in l. ſi peculium §. de illo ff. de ſtatu liber. Et ideo per compenſationem iuramentum ſatis in ſpecifica forma verificatur, & ſic ſicut vere, & realiter, & abſq; mẽdacio poteſt Antonius dicere dictam pecuniam ſoluiſſe, ita poteſt illud idem abſquè periurio cum iuramẽto affirmare.

Ad ſecundum reſpondetur, tunc eum, qui iurauit ſoluere, nõ poſſe abſquè periurio compenſare, quandó tempore quo erat creditor cogitando de cõpenſatione, nihilominus iurauit ſoluere, nam cenſendus eſt tunc facultati compenſandi renunciaſſe; at ſi tempore iuramenti non erat creditor, vel ſi creditor erat, de cõpenſatione nõ cogitauit, tunc abſquè vllo periurio compenſare debitum poteſt, non obſtante quod ſoluere iurauerat, per dicta à me latè in loco citato in ipſo ſecundo argumento; & ſic argumentũ ceſſat in caſu noſtro.

Secundus caſus eſt. Fideiuſſio ſic facta eſt, vt reus nõ diſcedat e carcere ad arbitrium iudicis ſibi aſſignãdo,

do, ſine licentia eiuſdem iudicis in ſcriptis obtenta ſub pœna ducatorum ducentorũ, ſed facta aſſignatione carceris, & ſic declarato iudicis arbitrio, ipſemet iudex poſtea aliũ carcerem ipſi reo aſſignauit. Et iterũ propriam domũ, ac totam Ciuitatem loco carceris illi conſtituit, prę ſtita noua cautione de ſe pręſentando toties quoties; & tandẽ vocato ipſo reo ꝑ expeditione cauſę, in carceribus illum coniecit, à quibus aufugit. Dubitatur modo, an poſſit Iudex præſertim in conſciẽtiæ foro, conuentam pœnam ducentorum ducatorum exigere?

6 Et breuiter negatiuè reſpondetur. Primo quia ꝑ ſecundam aſſignationem carceris fuit reuocatũ arbitrium ſub quo erant obligati fideiuſſores; ergo etiam reuocata, atque finita eorum obligatio, & fideiuſſio dicenda erit, vt per Menoch. in conſ. 212. nu. 34. lib. 3, eſt enim hoc nouum arbitrium, & noua loci aſſignatio, mutatioquè, & conſequenter extincta eſt illa prima obligatio de non diſcedendo e carcere ad arbitrium Iudicis ſibi aſſignãdo. Nã per nouam obligationem permanendi in ſecũdo carcere ſibi aſſignato, extinguitur prima præcedens permanẽdi in carcere primo loco aſſignato, argum. l. ſi heres teſtam. ff. de action. empt. & l. in numerationibus §. vltimo ff. de ſolut. & l. pacta nouiſſima C. de pact.

7 Alioquin cogeretur quis vno eodemque tẽpore eſſe duobus in locis diuerſis, & ſeparatis, quod eſt impoſſibile, & impoſſibiliũ nulla eſt obligatio l. impoſſibilium ff. de reg. iur.

8 Secundo quia cum fuerit reo propria domus, ac tota Ciuitas loco carceris aſſignata ſub noua fideiuſſione de ſe pręſentando toties quoties, facta eſt noua obligatio, & prima de non diſcedẽdo e domo ſibi aſſignanda ad arbitrium iudicis, in aliam translata eſt, ſcilicet de permanendo in Ciuitate, & ſe pręſẽtando toties quoties: & vbi fideiuſſor interceſſit reſpectu alicuius obligationis, ſi obligatio illa fuit nouata & ĩ aliã trãslata, fideiuſſor ipſe liberatur ſecundum Bart. in l. aliam nu. 4. ff. nouat. Rot. in diciſ. 1. tit. de depoſ. in antiq. Grat. in cõſ. 126. nu. 6. lib. 1. Menoch. in d. cõſ. 212. n. 55.

Tertio quia dato, & non conceſſo quod prima obligatio non ſit extincta per cõceſſionem noui carceris, nec innouata per nouam obligationem, adhuc tamen non poſſet iudex cõuentam pœnam à fideiuſſore exigere. Nã cum reus
9 ab ipſo iudice ad iudiciũ vocatus venerit, & ſe pręſentauerit, & in carcerib⁹ coniectus fuerit, & priusquã vocaretur ſteterit in locis à iudice ſibi aſſignatis, non eſt dubitandum fideiuſſorem ab omni obligatione eſſe liberatũ. Nã qui tenetur reũ exhibere liberatur ſi reus aufugiat poſt quam iudici fuerit exhibitus, Bald. in l. qui crimen q. 10. C. qui accuſ. non poſſ. nam culpa cuſtodis nõ eſt imputanda fide-
10 iuſſori, cui nec etiam eſt imputanda culpa iudicis, qui reum ad iudicium vocauit, & in carcerem conjecit, & de tuta cuſtodia non curauit. & ita expreſſe tenet Grammat. in cõſ. 66. nu. 65. & ſequitur Landerch. in conſ. 198. vol. 1. Saluo ſemper &c.

CONS.

CONS. XLIV.

AN DOMINVS TEMPORALIS & tutor ſuadere poſſit ſponſalia puellæ impuberi.

SVMMARIVM.

1 *DAmnũ qui infert proximo ex culpa ſua reſarcire tenetur.*

2 *Factum alienum promittere nemo poteſt.*

3 *Iniuria non fit ei qui ſponte & libere conſentit.*

4 *Sponſalia contrahere liberè poteſt puella ſeptennio maior.*

5 *Perſuaſio doloſa plus eſt quã violenta coactio.*

Mulieres debilis ac ĩfirmi iudicij ſunt, & facile ſeducuntur.

6 *Preces Dominorum vim coactionis habent.*

7 *Metus reuerentialis facit conſenſum coactum.*

IVlia Caſtri N. ætatis ſuæ annorum XI. requiritur ad ſponſalia contrahenda à Sempronio mediocris fortunæ nec nõ & ab alijs ditioribus, quæritur an Dominus dicti Caſtri, & vnà cum eo tutor puellæ, tuta cõſcientia ſe intromittere poſſit, vt cæteris paribus, reiectis ditioribus, ipſius puellę ſpõſalia cum Sẽpronio contrahantur?

Et videtur eſſe negatiuè reſpondendum, nam vt comuniter Theologi docent, tenetur Dominus temporalis ſubditos, & tutor pupillos ab inurijs illæ-

illæſos conſeruare: ſed fieri non poteſt, vt abſquè iniuria dictę puellę ditioribus relictis, cæteris paribus, ſponſalia eius cum pauperiore cōtrahātur, vt patet; Ergo non poteſt tuta conſcientia prędictus Dominus, nequè tutor dictæ puellæ, ſe intromittere, vt ditioribus reiectis ſponſalia prædicta cū Sēpronio pauperiore contrahantur.

1 Secundò quia, qui infert damnū proximo ex culpa ſua, illud reſarcire tenetur c. 2. & fin. de iniur. & dam. dato, etiamſi non habeat animum damnificandi, vt notat Pan. ī d. c. fin. not. 1. Sed in hoc caſu ex culpa dicti Domini, & tutoris pupillæ, pupilla, ditioribus rellictis, cum pauperiore ſponſalia contraheret; nā ſi ipſi nō ſe intromiterent, pupilla cū Sempronio nō contraheret; Ergo ad reſtitutionem talis damni tenentur.

His tamen non obſtantibus dico, non poſſe quidem tutoré pupillæ ſponſalia prædicta cōtrahere, 2
nā factum alienum nemo promittere poteſt, l. ſtipulatio iſta §. 1. verſ. nemo ff. de verb. obligat. inſtitut. de inutil. ſtipulat §. ſi quis alium, & tutor verè factum alienum tunc promitteret, cum liberum ſit puellæ ſeptennio maiori quo cum vult ſponſalia contrahere, vt patebit ex infra dicendis: Poſſet tamen dictus Dominus, & vna cum eo tutor pupillæ tuta cōſciētia ſe intromittere, vt ſponſalia ab ea cōtrahantur cum Sempronio pauperiore, alijs ditioribus reiectis, non cogendo pupillam, nec doloſe illi perſuadendo vt contrahat, ſed ſimpliciter illi proponendo ex vna parte

ficijs, non eligere tãquam magis idoneum aliquem ex concurrentibus, qui aliud Curatum beneficiũ habeat, etſi magis idoneus ille ſit, niſi prius aliud Curatum beneficiũ in manibus ipſius Epiſcopi renunciet, ad hoc vt ipſe Epiſcopus illud ad cõcurſum exponat, & digniori conferat, Dico nec in exteriori, nec in conſcientiæ foro, Epiſcopo hoc licere.

1 Primo quia omnis traditio rei ſpiritualis facta mediante aliqua conuentione, aut conditione ſaltẽ tali, quæ iure non ineſt, dicitur Simoniaca, c. quã pio. 1. q. 2. c. cum pridẽ & c. fin. de pact. & tradit Nau. in conſ. 12. num. 3. de Simon. in antiq. Sed in hoc caſu traderetur res ſpiritualis mediante aliqua conuentione, & conditione, quæ de iure non ineſt, nam de iure, ſolum tenetur renunciare poſſeſſionẽ primi beneficij, quando acquiſierit quis pacificam poſſeſſionem ſecũdi, vt patet ex extrauag. execrabilis §. qui vero, de præben. & dignit. ergò Simonia committeretur. Et quamuis nihil temporale detur, vel accipiatur, in foro tamen exteriori, quãdo huiuſmodi conuentiones concurrunt, Simonia præſumitur, vt in terminis cõſuluit Nau. in conſ. 23. de Simon. & tradit ĩ man. c. 23. num. 100.

2 Secundo quia in his cõcurrentijs tenetur Epiſcopus in cõſcientiæ foro eligere digniorem, alias mortaliter contra iuſtitiam diſtributiuã peccat; eſtque hæc communis Theologorum, & Canoniſtarũ ſententia, teſte Nauar. in Miſcellan. 43. de orat. nu. 76. & adeſt præceptum

Sempronium paupcriorẽ, ac rationes quibus induci poteſt ad contrahendum cum eodem; & ex altera parte alios ditiores, & rationes quibus retrahi poteſt ad cõtrahẽdũ cũ illis, omni vi, dolo ac metu etiã reuerentiali, & omni doloſa perſuaſione ceſſante, & ſi tunc illa liberè potius cum Sempronio, quam cũ alis contrahere voluerit, nullum ſcrupulũ Dominus & tutor habere debet:

3 Et ratio eſt; nam ſcienti, & conſentienti libere & ſpõte, nullo metu, coactione, pſuaſione doloſa, vel vi interueniẽte, & in ijs in qbus poteſt ille p libito diſponere, neq; aliqua lege impeditur, non fit ei iniuria, vt patet ex his quę docẽt Doctores p illũ tex. in reg. ſciẽti de reg. iur. in ſexto Et Salon ĩ 2. 2. D. Th. q. 59. a. 3. cõcluſ. 3. ĩ verſ. ex hoc ſequitur, qui ita textum prędictũ intelligendum eſſe docent; ſed in caſu noſtro puella libere, & ſpontaneè conſentiret e nullo metu, coactione, perſuaſione doloſa, vel vi interueniente; nam dicimu- Dominum prædictum, sr tutorem tantũ ſimpliciter proponere debere, ex vna parte Sempronium paupe riorẽ, Et ex alia alios ditio res, cum rationibus pro & contra, omni vi, dolo, ac etiam metu reuerentia li, & omni doloſa pſuaſione ceſſante, & in ijs in quibus puella liberè conſentire poteſt, nulla lege

4 impediente; eſtenim Iulia prædicta ſeptẽnio maior, vt in facto aſſerit; & puella ſeptennio maior cum quo vult liberè ſponſalia cõtrahere poteſt, vt patet ex c. litteras, & c. acceſſit, & ferè ex toto illo tit. extra deſponſat. Impub. &

ex

ex c. vn. eod. tit. in ſexto ergo abſquè ſcrupulo Dñs prædictus, & vna cum eo tutor ad prædicta ſponſalia modo prędicto contrahenda, ſe intromittere poſſunt.

Sed caueant pręſertim à perſuaſionibus doloſis, inter quas illas pręcipuum locũ obtinere ſciant, quæ fiunt cõtra dictamen propriæ cõcientię; nã perſua-
5 ſio doloſa plus eſt quã violẽta coactio l. 3. §. ſi volentem in 2. reſponſo ff. de liber. hom. exhib. l. 1. §. per ſuadere ff. de ſer. corru. & tradit Dyn. in d. reg. ſcienti nu. de reg iur. in ſexto Et hoc non ſolum verũ erit in puella impuberi, de qua in caſu noſtro, ſed etiã in quibuſcunque mulieribus, nam debiles, ac infirmi iudicij ſunt, & faciles vt ſeducantur l. imperialẽ C. de nupt.

6 Item caueant à precibus importunis, nam cum vnus ſit Dñs, & alter tutor, ratione perſonarum, eorum preces vim coactionis habent, per ea que dixit Afflict. in deciſ. 69. & ſequitur Couar. in 2. p. de ſponſalib. c. 3. §. 6. in fine & Rebell. in 2. p. de oblig. iuſt. lib. 3. q. 9. Sect. 1. nu. 10. quibus adde Inn. in c. cũ inter R. de elect. ĩ prin. Item pręſertim ab illo metu reuerẽtiali caueant, ob quem puella conſentiret alias non conſenſura, nam talis metus eſt in cauſa vt conſenſus non ſit liber ſed coactus per ea quæ latè dixit Nau. in cõſ. 10. de his quę vi metuſuè cauſa fiũt nu. 6. 7. 9. & 10.

Nec in contrariũ adducta obſtant, nam ad primum reſpondetur, omnẽ iniuriam ceſſare, cum ex libera, & ſpontanea pupillæ volũtate in caſu noſtro ſponſalia cõtrahantur, vt

patet

patet ex dictis . Et eadem ratione ceſſat etiam omnis culpa Domini , & tutoris , & ſoli pupillę imputandum erit , ſi ditioribus relictis paup riorem eligat ; & ſic ceſſat etiam ſecunda ratio in contrariũ adducta . Et hæc dicta ſint Saluo ſemper , &c.

CONS. XLV.

PACTVM LVCRI CESSANTIS eſſe licitum : licitumq; mutuum tritici veteris , vt reddatur nouum .

SVMMARIVM.

1 *DEfinitio cui competit , & definitum competit.*

2 *Vſura eſt lucrum vi pacti immediatè proueniens.*

3 *Damnum ex eo quod pecunia non lucratur in recompenſationem deducere non poteſt qui mutuum dat , ſed vide diſtinctionem in num. 8.*

4 *Intereſſe lucri ceſſantis , non ratione lucri , ſed ratione moræ debetur . Sed intellige vt in nu. 9.*

5 *Intereſſe lucri ceſſantis ſicut & damni emergentis mutuans paciſci poteſt.*

6 *Arbitrio boni viri quod eſt declarandum de iudice intelligitur.*

7 *Reſtituere obligatur impediens aliquem à conſequendo bono.*

10 *Mutuo dare licet triticum vetus , vt tantundem noui reddatur .*

Ti-

1 Titius habet legitimum cenſum ſuper villã Sẽpronij ad rationem octo pro centenario, quam volens Sẽpronius ab illo onere liberare, precibus Iudicis loci obtinuit à Titio, vt cenſum extinguere poſſit, impetrata etiam dilatione quinque annorum ad ſoluendam pecuniam, ex qua erat cenſus conſtitutus, & interim ratione lucri ceſſantis approbante Iudice promiſit Sempronius Titio ſoluere quinque cum dimidio pro quolibet centenario, quæritur an talis contractus ſit vſurarius?

1 Et videtur reſpondendũ affirmatiuè Primo quia vt inquit Ariſtot. Topic. 6. cui competit definitio, cõpetit & definitum: ſed ſupradicto contractui competit definitio vſuræ; ergò vſurarius cenſendus erit.

2 Minor ꝓbatur; eſt enim vſura ex mente omnium Theologorum, lucrum vi pacti immediate à mutuo proueniens: ſed lucrum ſupradictum quinque &c. pro centenario vi pacti immediatè à mutuo prouenit, nam cum ſit expletus contractus cenſualis, pecunia ex qua d. cenſus conſiſtebat nõ alio titulo apud Sempronium remanet, niſi ratione mutui, Ergo ratione mutui Titius quinque cum dimidio pro centenario quolibet anno vi prædicti pacti percipit; ergò vſuram committit.

3 Secundo quia qui mutuum dat, ſine vſura in pactum deducere non poteſt recompenſationem damni, quod conſideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, vt docet D. Th. in 2. 2. q 78. ar. 2. ad primum quia non debet vendere id quod nondum habet, & multipliciter ab habendo impediri poteſt; ſed

ſed Titius in ſupradicto mutuo deduxit in pactum intereſſe lucri ceſſantis; ergò vſuram cõmiſit. Tenetque eandem ſententiã ipſe D. Thom. in q. 13 de malo. art. 4. ad 14. & Innoc. in c. vlt. de vſur. & inclinat Sot. lib. 6. de iuſt. q. 1. art. 3. concluſ. 4.

4 Tertio quia intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, non ratione lucri, ſed ratione morę debetur, vt Theologi communiter docent, & probatur etiam ex l. cum quid §. ſi pupillo ff. de vſur. ſed in caſu prædicto nullam Sẽpronius moram commiſit, per ea quę latè tradit Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 220. vbi latè tradit quomodo cõmittatur mora; ergo illa quinque cum dimidio pro quolibet centenario tuta cõſcientia Titius percipere non poteſt.

His tamen non obſtantibus, dico nullam adeſſe vſuram, & in vtroque foro Titium illa quinque cũ dimidio pro quolibet centenario percipere poſſe.

5 Primo quia communis eſt Doctorum ſentẽtia, licitè poſſe mutuantem paciſci de lucro ceſſante, ſicut & de damno emergẽte, accipereque vltra ſortem licitè poſſe, quantum boni viri arbitrio æſtimabitur: ita docent Panor. in c. conqueſtus de vſur. Cõrad. de contract. q. 30. Turrecrem. in c ſi res 14. q. 6. verſ. ad tertiũ Caiet. in 2. 2. in d. q. 78. art. 2. ad primum. Ang. ver. vſura 1. nu. 16. Sylu. ibi q. 19. Couar. lib. 3. variar. reſolut. c. 4. nu. 1. vbi multos citat. Molin. tract. de iuſt. diſput. 315. num. 5. vbi multos citat, & de communi teſtatur Nauar. in man. c. 17. nu. 211. & in comment. de vſur. not. 16.

Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 20. dub. 11. & recentiores cõmuniter in d. q. 78. art. 2. ad primũ Petr. Nau. lib. 3. de reſtitut. c. 2. nu. 287. vbi alios citat. Sed d. Titius pactus eſt de lucro ceſſãte, & vltra ſortem tantũ percepit, quantum boni viri arbitrio æſtimatũ eſt;
6 nam id percepit, quod Iudex ęſtimauit, & quando aliquid declarandum eſt arbitrio boni viri, de Iudice intelligitur, qui dicitur bonus vir, l. vir bonus ff. Iudic. ſolui l. ſi ſocietate §. arbitrium ff. pro ſocio, c. Quintauallis de iureiur. Quod autem pactus ſit de lucro ceſſante, ex facto manifeſte patet: percipiebat enim ex cenſu octo pro centenario, & ad inſtãtiam Sempronij mediante Iudice, cenſum nõ ſoluta pecunia extinxit, ꝙ facere non tenebatur, vt notum eſt, ideoq; dictum lucrum illi ceſſauit.

7 Secundo quia vt docet D. Thom. in 2. 2. q. 62. art. 4. ad ſecũdum, & poſt eum Theologi communiter, qui impedit aliquem à cõſecutione alicuius boni, reſtituere tenetur; ſed Sempronius hoc fecit: ergò reſtituere tenetur; ergò licitè Titius percipere poteſt.

Tertio quia lucrum ratione mutui ceſſans, non minus eſt pretio ęſtimabile, quam damnum emergens; ſed hoc percipere mutuans poteſt; ergò & illud.

Nec obſtant in contrarium adducta, nam ad minorem primi reſpondetur lucrum prædictum Titiũ percipere nõ ratione mutui, ſed ratione lucri ceſſantis.

8 Ad ſecundum reſpondetur duobus modis paciſci poſſe de recompenſatione

dam-

damni, ꝙ cõſiderat̃ in hoc, quod ex pecunia nõ lucrat̃, ſcilic. ĩ potẽtia ꝓpinqua & in potẽtia remota. In potẽtia propinqua, nẽpe quia ꝙ mutuo datur, iam erat deſtinatum ad licitè lucrandum, & ob mutuum impeditur lucrum prout eſt in caſu noſtro. In potentia remota, nempè quia non erat deſtinatum ad lucrãdum, tamen deſtinari poterat, & in hoc procedit argumentum contrarium, & de hoc loquitur D. Th. & Doctores, qui contrariũ in vtroquè foro ſentiunt, nam verè hic venderet id quod nondum habet, & multis modis impediri poteſt, non autem in caſu noſtro, in quo verè Titius lucrum habebat, & impediri difficillimè poterat, vt patet ex his quę latè dixi in 2. 2. lib. 2. c. 15. q. 2. verſ. circa lucrum.

9 Ad tertium reſpõdetur, quod tunc intereſſe lucri ceſſantis debetur tantum ratione moræ, quando lucrum eſt in potentia remota, & in ſpẽ, at in caſu noſtro eſt in potentia propinqua, & in re, & ideo debetur abſquè vlla mora, per ea quæ ſuperius dicta ſunt.

10 Quod autẽ liceat ſine labe vſuraria, & abſque alia iniuſtitia, mutuo dare triticum vetus, vt ei tantundem in nouo reddatur, nõ eſt dubitandum, ita enim docuit Sotus de Iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 2. Molin. de contract. diſput. 311. num. 4. Lopez in ſecunda par. Inſtruct. c. 67. Azor. par. 3. lib. 7. c. 10. & alij. Et hęc dicta ſint Saluo ſẽper, &c.

CONS. XLVI.
DE IMMVNITATE Eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 *Libertas eſt naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid ui, aut iure prohibeatur, & in num. 13.*

2 *Reus confugiens ad Sacerdotem deferentem Euchariſtiam non eſt tutus, vt in num. 15.*

3 *Reus captus in cæmeterio, aut Eccleſia aſſeruari poteſt. & quare non eſt tutus in nu. 16*

4 *Immunitas conceſſa confugentibus ad Eccleſiam ita conceſſa eſt, vt non conſtituatur differentia inter liberos, & captos.*

5 *Confugiens ad Eccleſiam, fugiendo efficitur liber, & ad ipſam liber venit.*

6 *Fuga ſpecies libertatis eſt.*

7 *Fugam arripuiſſe cenſendus eſt, qui propoſito fugiendi actum fugæ addidit.*

8 *Fugiſſe cenſendus eſt qui eò ſe confert, vnde de iure illius loci abduci non poteſt, & in num. 11.*

9 *Fugitiuus eſt puer qui à magiſtro receſſit, & ad matrem peruenit.*

10 *Fugitiuus non eſt qui ad fugam gradum vnum, alterumue promouit.*

11 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudet captus ſi è manibus familiæ ſe eximat, & ad Eccleſiam confugiat.*

14 *Reus à ſatellitibus cuſtoditus*

tus dici non poteſt liberta-
tem amiſiſſe.

Libertas ex impedimento fac-
ti non tollitur.

REus à ſatellitib⁹ captus, dum iuxta Eccleſiā cuſtodiretur ad eam confugit, ipſis ſatellitibus vidētibus, modo dubitatur an immunitate Eccleſiaſtica gaudeat?

1 Et videtur primo negatiuè eſſe reſpondendum, quia Doctorū axioma eſt Eccleſiam tueri eos, qui liberi ad eam confugiunt; ſed reus qui captus, & cuſtoditus eſt, liber dici non poteſt; cum libertas ſit naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur l. libertas ff. de ſtat. hom. & reo capto & cuſtodito ea quæ vult facere non licet; ergo reum captum & cuſtoditum, ſi ad Eccleſiam confugerit, Eccleſia non cuſtodit.

2 Secundo quia, ſi reus dānatus ad mortem communionem peteret, & dum Sacerdos cum Sacramento ingrederetur aulam, vel oratoriū palatij vbi reus cuſtoditur pro Sacramēto recipiendo, ad illum Sacramentum geſtatē cōfugeret, non eſſet tutus, vt communiter Doctores docent: & hoc non alia ratione, niſi quia non accedit liber, & Eccleſia non cuſtodit eos qui ad eam liberi non accedunt; ſed in caſu noſtro reus non liber, ſed captus, & cuſtoditus ad Eccleſiam confugit; ergo illū Eccleſia non tuetur.

3 Tertio quia reus captus in cæmeterio, & in Eccleſia ſi opus eſſet aſſeruari poteſt, & per cæmeterium & Eccleſiam ad carceres duci poteſt, abſq; eo quod immunitatem obtineat,

vt etiam Doctores docēt; ita Farina.in li.qq.crimin. q. 28. nu. 69. & alij quos citat; ſed in caſu noſtro reus captus iuxta Eccleſiā cuſtodiebatur; ergo ex eo quòd ad Eccleſiam confugit, immunitatem obtinere non debet.

4 His tamen non obſtantibus affirmatiuam ſententiam indubitanter eſſe tenendam exiſtimo; nā priuilegium conceſſum Eccleſijs, vt rei ad illas confugientes immunitaté obtineant, tàm à lege canonica in c. inter alia. de immunit. Eccleſ. & in alijs iuribus, quæ ibi citat gloſ. prima, quam à lege ciuili in l. præſenti C. de his qui ad Eccleſiam confug. ita generaliter conceſſum eſt, vt nulla cōſtituatur differentia inter reos cuſtoditos, & non cuſtoditos, & inter liberos aut captos, tùm quia capti nō poſsūt dici accedere, ſed potius dicendi ſunt ducti eſſe; tum quia ſuperflua talis diſtinctio eſſet; nam vt dixit Hoſtien. in ſum. de immunit. Eccleſ. §. à quibus num. 12. ex quo quis ad Eccleſiam cōfugit, fugiendo factus eſt liber, & ad ipſam liber venit, & ideo rationabile eſt vt Eccleſia ipsū tueatur in ea libertate, in qua ipsū inuenit. Et in aliqua lege adeſſe ſuperflua non eſt ſentiendum, vt probatur ex l. ſi quando ff. de leg. primo, & c. ſolutæ de maior. & obed. Cum igitur lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus vt in d. c. ſolitæ, & in l. de pretio ff. de publica in re.act. & l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſt. Quod autem immunitas hęc non modo delinquentibus, qui poſt delicta ad Eccleſiam confugiunt, ſed etiam ca-

ptis

ptis proſit, probat Clar. poſt Doctores, quos citat in pract. crim. §. fin. q. 30. nu. 18. & exemplis & factis ita iudicatis comprobat, & Decia. in tract. crim. lib. 6. c. 28. nu. 28.

Et ad primum reſpondetur axioma illud vel eſſe intelligendum de illis liberis, qui ſerui non ſunt; inter ſeruos enim & liberos prędictę leges diſtinguunt; & quò ad liberos immunes ſeruãdos eſſe dicunt, caſibus quibuſdam exceptis: quo ad ſeruos verò Dominis reſtituendos eſſe decernunt, pręſtito prius de ſeruorum impunitate iuramento.

5 Vel ſi dicamus dictum axioma intelligendum eſſe de liberis ad differentiã captiuorum; reſpondetur, axioma ceſſare, eo ipſo ꝙ captiui arrepta fuga ad Eccleſiam perueniũt; tùm quia ſecundum Hoſtienſem, ex quo quis ad Eccleſiam confugit, fugiendo factus eſt liber, & ad ipsã liber venit, & ideo eſt rationabile quod Eccleſia ipſum tueatur in ea liber-

6 tate, in qua ipsũ inuenit. Tùm quia ſpecies cuiuſdã libertatis eſt fugiſſe, vt habetur in l. quis ſit fugitiuus §. idem recte. ff. de

7 ædilit. edic. Et fugiſſe cẽſendus eſt eo ipſo quod quis propoſito fugiendi actum fugæ addidit, vt

8 probatur ex l. fugitiuus. ff. de verbor. ſignif. Item & eo ipſo quod quis eo ſe cõfert, vnde de iure illius loci abduci non poteſt, vt in d. l. quis ſit fugitiuus. §. Item Cęlius & ibi gloſ. Et

9 ibid. in §. Idem Iulianus, ſcribitur fugitiuũ eſſe puerum, qui a magiſtro receſſit, & ad matrem peruenit ſi ſe celandi cauſa, ne ad Dominum reuerteretur, fugiſſet. quæ omnia, cum

caſui noſtro manifeſtè applicari poſſint, manifeſtè etiã conſtat reũ prędictum fugiſſe & conſequenter ad Eccleſiam liberum confu giſſe.

10 Nec obijcias ex ead. l. quis ſit fugit. §. Idem ait, vbi habetur non eſſe fugitiuum eum, qui ad fugam gradum vnum, alterũue promouit, vel etiam curre re cæpit, ſi dominum ſequẽtẽ nõ potuit euadere & cõſequenter quòd reus cuſtoditus, ſi videntibus cuſtodibus Eccleſiam ingrediatur, non liber ingre diatur, quia, eorũ oculos
11 non euadit; nam reſpondetur, ſat eſſe, ſi manus euadat, & ad locũ ſe reci piat, vnde abduci non poſ
12 ſit, vt in d. §. Item Cælius, & ꝙ captus ſi è manibus familię ſe exemerit, & ad Eccleſiã aufugerit, ſit tutus, vt poſt Igne. in l. 1. nu. 4. in fin. ff. ad Sillan. & Couar. li. 2. var. reſol. c. 20. nu. 13. verſ. 17. affirmat Deciã. in tract. crim. lib. 6. c. 28. nu. 32. Et ita intelligo d. §. Idem ait. Et
13 prętерea cum libertas ſit naturalis facultas eius ꝙ cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi, aut iure prohibea tur, vt in d. l. libertas ff. de ſtat. hom. reus, qui à ſatellitibus cuſtoditur dici, nõ poteſt libertatem amiſiſſe; nam vi ideſt de facto prohibetur ne ea faciat, quæ facere libet, & ex impedimento facti libertas nõ tollitur, vt probatur ex l. conficiantur §. Codicilli ff. de iur. Codicill.

15 Ad ſecundum reſpondetur, meritò Doctores affirmare in exemplo adducto reum non eſſe tutũ; nam vbi eſt priuilegium immunitatis tali Sacerdoti conceſſum? & cum canones & leges loquãtur de

con-

confugientibus ad Eccleſiam, ad Sacerdotem Sacramentum geſtantem nõ eſt hoc extendendum, vt poſt Hug. dixit Hoſtien. vbi ſupra arg. c. petijt 7. q.1. & c. hinc eſt 16. q.1.

16 Ad tertium reſpondetur quòd ideo reus captus, & in Eccleſia cuſtoditus, vel per eam ad carceres ductus immunitate non gaudet, quia ad Eccleſiam non confugit, ſed ductus eſt, & immunitas eis conceſſa eſt, qui ad Eccleſiam confugiunt. Sed in caſu de quo quęritur, verè ad Eccleſiam confugit, nã non intra ſacrum locum, ſed extra illum cuſtodiebatur. Saluo ſemper, &c.

Eiuſdem conſilij caſum poſt hęc ſcripta latius examinaui in 3. par. meę Inſtit. lib. 4. c. 2. q. 1. nu. 24. tractando materiam immunitatis Eccleſiaſticę.

CONS. XLVII.

DE IVRE PATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *PRæſentare ſeipſum ad beneficium iuris patronatus nemo poteſt.*

2 *Præſentatus à compatrono conſentire poteſt, & ille conſenſus computatur pro vna voce quando ſunt alij patroni diſcordes.*

3 *Pręſentatus de progenie pręferendus eſt. Intellige cateris paribus, vt in nu. 9.*

4 *Pręſentatus à maiori parte eſt*

eſt inſtituendus in diſcordia patronorum.

5 *Præſentatus à maiore parte ſufficit ſi ſit idoneus.*

6 *Pauper præferendus eſt in caſu æqualis electionis.*

Pauperē idoneum præferre Epiſcopus poteſt magis idoneo in collatione beneficiorum.

7 *Præſentatus idoneus neceſſariò inſtituendus eſt.*

8 *Idoneus quis dicatur?*

IN quadam conſanguinitate adeſt iuspatronatus, in quo ius habent præſentādi tres eiuſdem conſanguinitatis familię, non tamē æqualiter, ſed vna earum habet vnam vocem, reliquę vero duæ ſimul vnam vocem conſtituunt, ita quòd dimidium ius pręſentandi eſt penes vnam familiam, & aliud dimidiū penes duas. Occurrit nūc pręſentationis caſus, & familia illa, quæ integram habet vocem, ſeu dimidiū ius præſentandi, & ſimul vna ex familijs duabus, quæ habēt aliud dimidiū, præſentat B. & altera familia, apud quam adeſt aliud dimidium ius præſentandi præſentat A. qui cum ſit vnus ex familia, quę habet dimidiū ius eligendi, accedit ad ſemetipſum, & ſic credens conſtituere integrum votum, petit ab Ordinario vt inſtituatur. Quæritur modo quem illorum Ordinarius inſtituere debeat?

1 Et pro parte A. facit, quia & ſi regulariter nemo poteſt pręſētare ſeipſum c. ꝑ veſtras. de iur. patron. vbi oēs Doctores notant, & c. fin. de īſtit. vbi nemo poteſt ſibi ipſi beneficiū cōferre, qa inter dātē & accipientē perſonalis diſtinctio eſſe debet, & per alia multa quę tradit Rocc. de
2 Curt. de iur. patro. in verſ. Honorificum nu. 20. Attamen

tamen limitatur quando quis iam eſſet pręſentatus ab alio Compatrono,quia poſſet præſentationi conſentire, & ille conſenſus cõputatur pro vna voce, vbi eſſent alij Patroni diſcordes; ſed ita eſt in caſu noſtro. A. enim conſentit pręſentationi factę ab eis, qui dimidiã partẽ habẽt; ergo cõſẽſus habetur pro vna voce, & ſic vere erit pręſentatus; & cum ſit de familia, ipſe potius eſt inſtituendus; Nam preſentatus de progenie præferẽdus eſt, quia habenda eſt ratio ad anteceſſores qui duxerunt Ecclesiã de nõ eſſe ad eſſe.

4 His tamen non obſtantibus, ego exiſtimo B. eſſe inſtituendum Primo quia quod à maiori parte eſt cõſtitutum ſuũ ſortitur effectum. c. 1. de his quæ fiunt à maior. par. capit. c. & noſcitur. de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſ. cap. c. quia propter. de elect. Federic. de Sen. in conſ. ſuo 102. incipit, Nobilis quidã. Bald. in conſ. 292. in antiq. impreſ. vol. 4. ſed in nona impreſ. eſt conſ. 17. vol. 5. inci. factum ſic proponitur. Et in terminis noſtris Card. Florent. in c. 1. in verſ Quæro de intell. litterę. de elect. vbi formaliter dicit, quod ſi patroni diſcordant in præſentando, ſtatur maiori numero, & eiſdem etiam verbis loquuntur DD. communiter, quando de hac materia tractant, vt teſtatur Rocc. de Curt. de iur. patron. in ver. Honorificum nu. 92. ſed in caſu noſtro Patroni diſcordãt in præſentando & maior numerus pręſẽtat B. ergo ipſe B. qui à maiori parte præſentatus eſt, ab Ordinario inſtituendus erit. Et hoc procedit etiam ſi

minor

minor pars prę̃ſẽtat et magis idoneũ nã ſufficit prę̃ſẽtato à maiori parte vt ſit idoneus, ad hoc vt eũ Epiſcopus inſtituere teneatur per tex. & ibi gloſ. & DD. in c. 3. de iur. patron. & Lanbert. de iure patronat. in 4. q. princ. 3. p. 2. lib.

6 Secundo facit, quia cum B. ſit pauperior A. præferendus eſt etiam in caſu æqualis electionis, per ea, quæ dicunt Hoſtien. & Ant. in c. tuam de ætat. & qual. vbi affirmant poſſe Epiſcopum prę̃fere pauperẽ idoneũ magis idoneo, ſi beneficium ſit ſimplex, & facit. c. paſce fame morientem, & c. qui clementiã 86. diſt. Tanto magis dicẽdũ hoc erit in caſu noſtro, in quo B. à maiori parte præſentatus eſt.

7 Tertio quia per præſentationẽ tale ius acquiritur præſentato, vt Epiſcopus cogatur eum inſtituere, ſi idoneus eſt, gloſ. fin. in c. monaſterium 1. q. 7. & probat Paul. de Cittad. de iur. patro. 6. p. ar. 1. nu. 9. 10. & 11. Acquiritur enim prę̃ſentato per prę̃ſẽtationem ius ad rem, vt dixit.

8 Petr. de Anc. in c. 1. de inſtit. lib 6. Et dicitur, idoneus quando eſt bonæ famę, & ſcit legere, & cãtare competenter, vt poſt Panor. in c. paſtoralis. 2. col. de iur. patron. dixit Cittad. ſupra nu. 10. vbi addit; quod tale ius ita prę̃ſentato acquiritur, vt Patronus eũ amplius reuocare non poſſit, licet poſſit alium prę̃ſentare; ſed B. idoneus eſt; ergo inſtituere illũ Epiſcopus tenetur.

Nec obſtat id quod in cõtrarium adductum eſt, nam & ſi A. conſentiat prę̃ſentationi de ſe factæ, attamen cum dimidiam tantum vocẽ ipſe habeat, & præſentantes ipſũ aliã dimi-

dimidiam, ab vna ſola voce præſentatur, & B. preſẽtatur ab vna & dimidia,
9 & ſic à maiori parte & conſequenter preferẽdus erit; nã id quod dicitur de progenie habet locum ceteris paribus, vt latè probat Lãbertinus ſupra 16. ar. 5. p. prin. 3. p. 2. lib nu. 3. Saluo ſenper &c.

CONS. XLVIII.

DE SIMONIA OB CESSIONEM vnius beneficij cũ promiſſione alterius.

SVMMARIVM.

1 QVod ſemel placuit diſplicere amplius non poteſt. explica vt in nu. 7.

2 Promiſſio etiam iurata, ſi ſine peccato ſeruari non poteſt, nõ eſt ſeruanda.

3 Promiſſio ceſſionis beneficij etiã facta ſub promiſſione collationis alterius beneficij ex vtraq; parte eſt Simoniaca.

4 Promiſſio reciproca etiã iurata nõ obligat niſi ex vtraq; parte impleatur.

5 Veriſimilitudo eſt quid connaturale naturę diſcurſiuę.

6 Actus agentium non operatur vltra intentionom agentis.

AN poſſit quis tuta conſcientia præſentatum ad ius patronatum cogere vt ius ſuum alteri cedat, ex eo quod promiſerat ceſſionem hanc facere, ſub alia promiſſione conferendi illi aliud beneficiũ; cũ ille

ille; cui promiſſio facta eſt ſit potens & nobilis, & qui ſine dedecore permittere non poteſt, vt ſibi promiſſio non ſeruetur?

Et videtur dicendũ poſſe dictum potentem prędictum prçſentatum cogere vt iuri ſuo cedat. Primo quia quando concurrunt ea quę sũt altioris ordinis cum eis quæ ſunt ordinis inferioris, ſemper ea prçferenda ſunt, quæ ſunt ordinis altioris; ſed in hoc caſu concurrit, honor Potentis, & lucrũ temporale ſacerdotis, & honor Potentis eſt altioris ordinis; ergo præferendus eſt ergo cogi à potente Sacerdos poteſt, vt illi promiſſa ſeruet.

1 Secundo per vulgatã regulam, quę ſe habet quod id quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt. c. quod ſemel de reg. iur. in Sexto Dico nihilominus nullo modo prædictũ promiſsorem cogẽdũ eſſe ad ſeruãdũ promiſsũ; tã in malis ꝓmiſſis reſcindenda eſt fides; ſed talis ꝓmiſſio eſt mala; nam ſeruari ſine

2 peccato non poteſt; & nec promiſſio iurata, quæ ſine peccato ſeruari non poteſt ſeruanda eſt, vt probatur ex c. ſi verò. de iure

3 iur. Quod autem promiſſio pradicta ſit mala ex eo probatur, quod ſi ſeruaretur, tàm ſacerdos, quàm potens ſimoniam committeret; nam omnis traditio rei ſpiritualis facta mediãte aliqua cõuentione, aut conditione ſimoniaca dicitur. c. quam pio. 1. q. 2. c. cum pridem & c. fin. de pact. & tradit Nau. in cõſ. 12. nu. 3. de ſimon. in atitq.

4 Et præterea dato quod promiſſio nõ eſſet ſimoniaca, & quod poſſet illã Sacerdos ſine peccato

ſer-

ſeruare; nec etiam illam ſeruare teneretur; nã cum talis promiſſio facta ſit interpoſita conditione de dando illi aliud beneficiũ dum potens talẽ conditionẽ nõ ſeruat, nec Sacerdos promiſſum ſeruare tenetur, etiam ſi illud iuramento confirmaſſet, vt eſt tex. in c. peruenit, il Secondo ĩ fine de iureiur. Nec dici poteſt potentem ſeruare pmiſſum, ſi longe inęquale beneficium dare vellet; eſſet enim talis ſeruatio promiſſi deluſoria & cõtra mentem ſacerdotis acceptantis promiſsum; ideo namq; promiſſit, quia veriſimiliter credebat tantũdem recepturum eſſe; nõ enim à potente veriſimiliter niſi ęquiualẽs ſperare poterat; nam cum veriſi-
5 militudo ſit quid connaturale naturæ diſcurſiuæ, vt ait Bald. in conſ. 180. nu. 3. vol. 1. Oldr. conſ. 13. Crauetta cõſ. 182. nu. 6. naturaliter diſcurendo à potente niſi æquiualens expectare nõ poterat; ſed ſi ſecus eueniret, contra mentem promitentis hoc
6 eſſet, & ſic omnis eius promiſſio ceſſaret; nam actus agentiũ nõ operatur vltra intentionem agentis. l. nõ omnis. & l. eius. ff. ſi cert. pet. Nec obſtant in cõtrarium adducta, nam quo ad primũ dico habere locum quando ſimul non cõcurreret bonũ altioris ordinis; ſed in caſu noſtro cõcurrit bonum ſpirituale, quod vna ſimul potens, & Sacerdos amitteret, ſi promiſſa ſeruarent; Simoniã enim cõmitterent per ſupra dicta.

7 Ad Secundum reſpondetur procedere quo ad ea quæ licitè placuerunt, nõ autem quò ad ea, quæ illicite: in caſu autẽ noſtro illicite placuit per ſupra

dicta

dicta. Et præterea regula prædicta procedit in contractibus nominatis, puta in emptione, & venditione, & ſimilibus, non autẽ in contractibus innominatis, puta, facio vt facias, (cuiuſmodi eſt caſus de quo quæritur) in quibus ſi res ex vtraq; parte eſt integra, licita eſt pænitentia, vt docet Dyn. in explic. d. reg. nu. 10. Saluo ſemper &c.

CONS. XLIX.

DE PRÆSCRIPTIONE VIRTVTE priuilegiorum non facienda, niſi &c.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio minor quam ſexaginta annorũ & ſi ex priuilegio non currat contra bona aliquarum religionum; hoc tamen priuilegiũ procedit quo ad bona religioni non incorporata.*

2 *Priuilegia nõ extenduntur vltra tenorem uerborum.*

3 *Societas Ieſu per ſuas cõſtitutiones iure ſuccedẽdi ſuis religioſis caret.*

4 *Religioſus qui non eſt incõmutabiliter, dici non poteſt perſona religionis.*

5 *Priuilegium non extenditur ad incognita.*

6 *Religioſi bona poſſidere nõ poſſunt, ſed ſi religio capax eſt ad illã trãſeũt, ſed incapax ad ſuccedentes ab inteſtato, q̃do religioſus ante pfeſſionẽ aliter nõ diſpoſuit.*

7 *Præſcriptionis priuilegiũ cõceſſum perſonis quomodo ſit intelligendum.*

8 Pri-

8 *Priuilegium conceſſum perſonę quod in perſona verificari poteſt, ad bona extendi non debet.*

Priuilegia ſuis finibus ſunt continenda.

PRiuilegium cõceſſum ab Eugenio Quarto ordini Sancti Benedicti Vallis Oletanę, in quo cauetur, ne vlla pręſcriptio minor quam ſexaginta annorum currat contra bona, perſonas, & loca d. religionis &c. etſi per participationem competat etiã ſocietati. N. attamen virtute talis priuilegij non exiſtimo neceſsariam eſſe hanc ſexagenariã pręſciptioné contra bona, quæ d. ſocietati non ſunt incorporata, ſed ipſa ſocietas eſt tantũ per accidés vſufructuaria reſpectu cuiuſdam ſacerdotis, qui nondum quartum votum emiſit, & ideo adhuc vſumfructũ ſuorũ bonorum ſocietas retinet.

2 Moueor, quia priuilegia non extenduntur vltra tenorem verborum c. porrò c. recipimus, c. cũ ſimus de priuileg. Petr. de Vbald. in tract. de canon. Epiſcop. & Paroch par. 2. c. 5. nu. 12. in fin. Socin. conſ. 112. col. 2. verſ. Secundo præmitto, & alij quos citat & ſequitur Mandoſ. de priuil. ad inſtar gloſ. 11. nu. 3. ſed tenor verborum d. priuilegij non comprehendit bona d. Sacerdotis: ergo bona d. Sacerdotis non debent gaudere priuilegijo, quin poſſint præſcribi minori tempore quam ſexaginta annorum.

Probatur minor, loquitur. n. priuilegium de bonis, perſonis, & locis ſocietatis; ſed bona prædicti Sacerdotis quò ad proprietatem ad ſocietatem, & ſocietatis loca pertinere nõ

 poſſunt;

3 poſſunt; Societas enim. N. per ſuas cõſtitutiones iure ſuccedendi ſuis religioſis caret, non ſolum in domibus profeſſis, ſed etiam in collegijs, vt teſtatur Leſius lib. 2. de iuſt. c. 41. dub. 10. in prin. Nec prędicta bona ſunt ſocietati incorporata iuſto aliquo titulo, ſed tãtũ ipſa vſufructuaria eſt durãte vita ipſius Sacerdotis; ergo non ſunt bona ſocietatis.

4 Nec perſona d. Sacerdotis dici propriè poteſt perſona, ſeu membrum, & de corpore ſocietatis; nam cum non ſit profeſſus omnium votorum, & ſi per illa tria vota, quæ emiſit à ſocietate ad eius libitum recedere non poſſit, attamen ad libitum ſui Præpoſiti Generalis exire poteſt; & ad hoc vt quis proprie cẽſeatur perſona, ſeu membrum, & de corpore ſocietatis, neceſſariò requiritur vt ſit incommutabiliter religioſus, vt poſt Aretin. in tract. de teſtam. gloſ. 11. verſ. Item reliquit Eccleſiæ nu. 2. dixit Mãdoſ. vbi ſupra num. 26. in fin. & rationem aſſignat, nempè quia illud eſt proprium, & incommutabile membrum, quod à ſuo corpore non ſeparatur c. cum nõ liceat à capite. de præſcri. c. non decet à capite. diſt. 2. & loquitur in terminis de illis religioſis eiuſdẽ ſocietatis, qui nec Nouitij, nec profeſſi ſunt, cuiuſmodi eſt prædictus ſacerdos, & hoc etiã probat præſertim ex Bulla Pauli Tertij, vbi dicitur quòd ſcholares eiuſdem ſocietatis peracto ſtudiorum ſuorum curſu in ſocietatem admitti poſſunt, & ſic neceſſariò pręſupponitur quòd antequã admittãtur de ſocietate non sũt, etſi illa tria vota emiſerint;

rint; ſed prædictus Sacerdos vel non fuit admiſſus, & ſic non eſt perſona ſocietatis, vel fuit admiſſus, & ſocietas ſuccedere non potuit, repugnantibus cõſtitutionibus, vt dictũ eſt.

5 Et quamuis per Bullam Greg. XIII. inter ſuas in ord. 102. Religioſi prædicti, tribus votis emiſſis, ex priuilegio verè, & propriè religioſi dicendi ſint, & in ipsũ corpus ſocietatis coo ptati cenſeantur, attamen eorum bona prędicto priuilegio gaudere non poſſunt; nam priuilegium ad incogitata extendi nõ debet c. ex multiplici de decim. c. dudum Eccleſia, ver. inſuper de elect & tradit Mãdoſ. vbi ſupra n. 4.

6 Sed Eugenius Quartus, veriſimiliter nunquam excogitauit concedere dictũ preuilegium perſonis pro rebus; nam vana fuiſſet talis conceſſio, cum religioſorum perſonę bona poſſidere non poſſint, ſed illorum bona, ſi religionem bonorum capacem ingreſſi ſunt, & aliter ingreſſus nõ diſpoſuit in ipſo ingreſſu ad religionem translata ſint. Auth. de Monachis §. illud quoq; & Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi Dec. c. ſi quia 19. q. 3. c. in præſentia, & ibi Doct. de prob. c. qa ingrediẽtes 19. q. 2. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 5. caſu 436. nu. 1. Et dixi latè in ſecunda parte Inſtit. Peregr. c. 26. q. 3. Si verò religio ſucceſſionis incapax ſit, ſi ingreſſus aliter non diſpoſuit, bona ad illos perueniunt, qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, vt docet gloſ. in clem. Exiui de paradiſo verſ. cum verò de verbor. ſignif. ergò veriſimiliter Eugen. IIII. prędictum priuilegiũ perſonis pro rebus non conceſſit;

ceſſit: & qui habet veriſimilitudinem pro ſe, habet pro ſe deciſionem legis, vt dixit Tiraquel. in l. ſi vnquam nu. 73. C. de reuoc. donat. & Euerar. in loc. à
7 leg. n. 5. Nec ly, Perſonas, eſſet vane in priuilegio poſitum, nam intelligitur, vt contra perſonas præſcribi nõ poſſint priuilegia perſonis conceſſa, contra quę nulla currit præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorũ, vt tradit Cõfect. in cõpẽd. priuileg. Mẽdic. tit. 12. c. 1. Imò neceſſario d. priuilegium perſonis conceſſum intelligendum eſt quò ad priuilegiorum, aliorumq; beneficiorum perſonalium præſcriptionẽ, nõ autẽ quò ad bona, tùm quia quò ad præſcriptionẽ bonorũ ſpecialitèr priuilegiũ cõceſsũ eſt ꝑ ly bona; tũ quia alia ſunt bona, alia eſt ꝑſona & ſic tãquã diuerſa in dicto priui-
8 legio ponũtur; & priuilegiũ conceſſum perſonæ, ꝙ in perſona verificari poteſt, ad bona extendi non debet; quia priuilegia ſuis finibus ſunt continenda, vt dixit Petrus Antib. de Munerib. in 3. par. princ. nu. 81. & Dec. conſ. 529. & ſequitur vbi ſupra nu. 3. Mandoſ. Extendendo autem priuilegium à perſona ad bona, ſuos fines excederet: & facit l. pater filię ff. de ſeruit. leg. vbi ius quod poteſt concedi rei, & perſonæ, in dubio videtur eſſe cõceſſum perſonę. Et hæc breuiter dicta ſint, Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. L.

DE VENDITIONE REI CVM reſeruatione dominij ob dilatã ſolutionẽ.

SVMMARIVM.

1 *VSuram non committit, nec iniuſtitiam vendẽs, reſeruato ſibi dominio rei venditæ ad ratam pretij non ſoluti, ſi percipiat pro dicta rata quinq; pro centenario, quando bona vendita tantumdem reddunt. vſq; ad nu. 4.*

Fructus non dicitur niſi quod ſupereſt deductis expenſis.

2 *Vſura eſt lucrũ ui pacti immediatè à mutuo pueniẽs.*

3 *Æquum non eſt ut emptor cũ aliena iactura locupletetur.*

4 *Iniuſtitiam non autem vſuram cõmitit uendens quãdo ex re vendita, cuius dominium ſibi ad rationem pretij nõ ſoluti reſeruauit, percipit aliquid vltra id quod res reddit. vſq; ad num. 8.*

6 *Iuſtitia eſt habitus ſecundum quem aliquis conſtanti & perpetua voluntate ius ſuũ vnicuiq; tribuit.*

7 *Iuſtitia æqualitatem circa alterum ſeruandam importat.*

8 *Reſtitutionis obligatio ex leſione ſpecialis iuſtitiæ alterius procedit.*

9 *Fructus rei uenditæ cum reſeruatione dominij venditori pereunt: niſi compenſari poſſint cum vbertate alterius anni.*

1 IN caſu propoſito quęritur primo an qui vendidit fundum retẽto ſibi dominio ad ratam pretij nõ ſoluti poſſit interim abſq; vſuræ vitio ſingulis annis percipere ad ratam d. pretij quinq; pro centenario? Et cum diſtinctione reſpõdendum eſſe cẽſeo, ad hoc vt inter tam varias Doctorum ſententias veritas elucescat; ſcilicet quòd aut ex rei venditæ fructibus (deductis laboribus, & expenſis, quæ ad ipſam colendam fieri ſolent; cum non dicatur fructus niſi ꝙ ſupereſt deductis expenſis l. fructus ff. ſolu. matrim.) habito reſpectu ad pretiũ, ad rationem quinque pro centenario ſingulis annis percipi poteſt, aut non. Si primum, cõtractus vſurarius nõ eſt, ſed vndequaq; iuſtus. Quod autem contractus vſurarius nõ ſit ex ipſamet vſuræ difinitione probatur, quæ ex mente omnium Theologorum,

2 Eſt lucrum vi pacti immediatè à mutuo prouenìens; ſed in hoc contractu lucrum vi pacti immediatè à mutuo non prouenit; ergò non eſt vſurarius.

Minor probatur: in cõtractibus enim in quibus pro rata pretij non ſoluti dominium rei venditæ in emptorem non transfertur, ſed apud venditorem retinetur, etſi poſſeſſio trãſferatur in emptorem, attamen venditor ipſe pro rata ipſius pretij nõ ſoluti, verè dominus rei venditæ remanet, & cum hoc tantum onere, vt teneatur tempore ſolutionis prætij pro rata dominium in emptorem transferre: & è cõtra emptor verè dominus pretij non ſoluti eſt, & cũ hoc tantum onere, vt teneatur adueniente tẽpore con-

conuento pretium ſoluere; quę cum per ſe pateāt, probatione non indigent; ſed inde fit vt dominus rei venditæ pro rata pretij nō ſoluti licitè poſſit ex eadē re fructus percipere; at quia non ipſe ſed emptor, qui pro rata pretij non ſoluti, illius rèi dominus eſt, fructus percipit, venditor pro huius ſui intereſſis recompenſatione licitè poteſt ab emptore tantumdē recipere; nā ęquū
3 non eſt vt emptor cū aliena iactura locupletetur c. locupletari, de reg. iur. in 6. l. iure naturę ff. eod. Cū igitur non ex pretio non ſoluto, ſed ex re ſua, ratione pretij non ſoluti, & dominij non translati, venditor lucrum percipiat, neceſſarium eſt aſſerere abeſſe ab hoc contractu contractum mutui, & conſequēter abeſſe vſuram, cuius lucrum immediatè à
4 mutuo prouenit. Quod autem idem cōtractus iuſtus ſit ex eo patet, quòd, deductis expenſis, tantum emptor ſoluit, quantum ex re nō ſua percipit; & ſic æqualitas ſeruatur; quod propriè ad iuſtitiam pertinet, vt ex dicendis patebit.

5 Si verò habito reſpectu ad pretium, & deductis expenſis, ſingulis annis ad rationem quinq; pro centenario ex re vendita percipi non poteſt, contractus prędictus iniuſtus tūc eſſet, vſurarius tamen non eſſet.

6 Quod autem contractus iniuſtus tunc eſſet, ex ipſa iuſtitię difinitione patet, quę eſt habitus ſecundum quem aliquis conſtanti & perpetua volūtate ius ſuū vnicuiq; tribuit, vt docet D. Thom. in 2. 2. q. 58. & deſumitur ex l. Iuſtitia ff. de iuſt. & iur. & ex

Ariſt. 5. Ethic. c. 1. tom. 5.
7 Sed in hoc contractu ius ſuum tunc vnicuiq; non tribüeretur; nam cum iuſtitia æqualitatem circa alterum ſeruandam importet, vt ipſius nomen demōſtrat, & docet D. Th. in d. 2. 2. q. 57. art. 1. 2. & 3. in hoc caſu nō ſeruaretur, quia emptor minus perciperet, & plus ſolueret, & ſic iniuſtus eſſet cōtractus: Et conſequenter tunc vēditor illud plus reſtituere teneretur, quia iuſtitia emptoris læſa eſſet, & ob-
8 ligatio reſtitutionis ex læſione ſpecialis iuſtitię alterius procedit, vt docet Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 1. num. 2. 3. & 4.

Quod autem nec etiam tunc contractus vſurarius eſſet ex dictis patet, cum in eo mutuum non interueniat.

9 Ex dictis etiam infertur quòd ſi interim fructus caſu pereant, venditori pro rata pretij non ſoluti perire debeant; cum pro tali rata rei venditæ verè Dominus ſit, & conſequenter ſui ſint fructus; & emptor interim tanquam cōductor eſt exiſtimādus, & cōſequenter periculis caſus fortuiti, ſi quis euenerit, venditor ſubiacere debet tanquā locator, vt in c. propter de loc. & cond. & in l. ex conducto §. ſi vis ff. loc. Et hoc ſiue pereant omninò, ſiue ex parte; ita tamen, vt ſi omnino pereant, venditor nihil percipere poſſit; ſi verò ex parte, diuidantur pro rata inter ipſum emptorem, & venditorem; ita vt emptor percipiat partem cōuenientem pretio ſoluto, & venditor partem conuenientem pretio non ſoluto iuxtà ea quæ habentur in l. fin. §. fin. ff. de fund. dota. quem tex. ad hoc

hoc commendat Bart. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Dummodo ſterilitas vnius anni cũ vbertate alterius compenſari non poſſit, vt dixit Bart. in d. l. ex conducto §. ſi vis ff. locati. Saluo ſemper, &c.

CONS. LI.

DE IVRE PATRONATVS cum grauamine ſundato.

SVMMARIVM.

1 *Modus appoſitus in fundatione monaſterij ſi pius & ſanctus eſt, ac ſecundum ius commune, admittendus eſt.*

2 *Bona quæ de ſe sũt bona toleranda non ſunt cũ in alterius contemptum deducuntur.*

3 *Monaſteria ſemel dicata ſemper monaſteria perſeuerare debent.*

4 *Eccleſia nõ eſt fundanda niſi prius competenter dotetur.*

5 *Eccleſia non dicitur dotata quando ita dotata eſt, vt in pænam dotem amittere poſſit.*

6 *Acceſſorium à ſuo principali vires non ſumit, quando in ipſo acceſſorio ſpecialis prouiſio reperitur.*

7 *Pæna à conditione, vel modo, cui inhæret, uires non ſumit, quando in ipſa pęna ſpecialis prouiſio reperitur, uel quando in ea eadem nõ militat ratio.*

8 *Eccleſiæ fundatio non eſt admittenda, ſi in illa appona-*

ponatur pæna amiſſionis dotis.

Illicite quod adiectum eſt pro non adiecto habetur.

D Siluius de Milano nob. Mutinenſis in ſuo vltimo teſtamento Monaſterium Sanctæ Vrſulæ fundandum eſſe mandauit, quod & heredem inſtituit, & inter cætera à puellis in eo recipiendis hæc obſeruari præcepit videlicet. *Che in detto luogo debbano eſſer accettate, & entrare ſanza pagare, ò che per loro ſi paghi pur un quattrino, ne robba, che lo uaglia, ma gratis & amore Dei.* Et addidit. *Et caſo che ſua Santità ò altri à chi ſpettaſſe non uoleſſero ammettere la fondatione fatta nella ſudetta forma, e modo: ouero dopo la fondatione fatta nel ſudetto modo in alcun tempo mai da eſſe uergini clauſtrate, o loro ſuperiori, Præſidenti, o chi che ſia foſſe per ingordigia di robba, o ſotto anco lecito e buõ preteſto intro dotto il far pagare, dare, ò donare, coſa alcuna quelle Zitelle, che ſaranno accettate, ò profeſſaranno in detto Monaſterio, all'ora, & in ciaſchedun di detti due caſi, & adeſſo per all'hora il Signore Teſtatore priua, e uuole, che ſia, e s'intenda ipſo iure, & facto, priuo eſcluſo, & esheredato in tutto e per tutto detto Monaſterio, e Vergini di eſſo anco clauſtrate, e profeſſe della detta Inſtitutione, e ſoſtituiſce di tutti i beni, & heredità del Signor Teſtatore, e della caſa, ò Monaſtero doue ſarãno come di ſopra, uniuerſale herede la Santa Unione, &c.* Quæritur an his ſic ſtantibus tuto poſſit ordinarius vel alius ſuperior ad erectionem dicti Monaſterij aſſenſum præſtare.

1 Et pro parte affirmatiua facit breuiter, quia teſtator in hac fundatione duo facit Primò conditionem appo-

apponit ſeu vt magis propriè hoc dicam, modum apponit per illa verba: *Che in detto luogo debbano eſſere accettate*, *&c.* & ſecundo apponit pænam per illa verba: *Et caſo che ſua Santità*, *&c.* & cum conditio, ſeu potius modus ſit pius, iuſtus, & ſanctus, ac proindè ſecundum ius commune, vt luce clarius apparet, ordinarius, vel alius ſuperior debet, & tenetur dictę fundationi aſſentiri, vt affirmat Lambert. in tract. de Iurepatronat. q. 9. 1. par. princ. lib. 1. nu. 32. verſ. Quid dicemus nos, & alibi. Et cum pæna à conditione, ſeu modo cui inhęret tāq̄ acceſſorium à principali ſuo vires ſumat iuxta reg. acceſſorium de iur. in 6. Cum inflicta ſit pro contrauentione conditionis ſeu modi ſecūdum ius cōmune, qui eſt principalis, ei aſſentiendum eſt, cum ſit acceſſoria.

Hac tamen ratione non obſtante, ego dicendum eſſe arbitror non poſſe ordinarium, vel alium ſuperiorum dictæ fundationi pro vt iacet aſſentiri, & moueor his rationibus.

2 Primo quia ea, quæ de ſe bona ſunt, toleranda non ſunt cum in alterius contemptum deducūtur arg. l. Item apud Labeonem §. Generaliter ff. de iniur. iunctis notatis per Cyn. in l. ſi non conuitij C. de iniur. & 7. q. 1. in fin. ſed hæc teſtatoris noſtri diſpoſitio, & inſtitutio, quāuis de ſe bona ſit, cum ſit ad piam cauſam facta, tamen, quia ei pęna eſt addita, ex qua iuris canonici, & Eccleſiæ cōtemptus & iniuria ſequi poteſt, cū per prædictam pænā fundandæ Eccleſiæ, & Monaſterij ſtatus ſubuerteretur, quod

quod abſq; iniuria eueniре minimè poſſet, cum ſit hoc in iure prohibitum per c. 2. de ſupplen. neglig. Prælat. & cum melius ſit non incipere, quam ab incepto turpiter deficere; & ideo in Calcedonenſi Concilio c. 24. relatum in c. quæ ſemel 19. q. 3. ſtatuitur, vt quæ ſemel ſũt dicata monaſtaria ſemper Monaſteria perſeuerent, vnde meritò Io. Andr. & Abb. in c. inter quattuor, circa med. de religioſ. domib. docent, ſi alicuius Monaſtarij religioſi deficiant, alterius Monaſterij eiuſdem ordinis religioſos ſumẽdos eſſe: eisq; deficientibus ad regulares alterius ordinis deueniendum eſſe, & deinde in defectum omniũ in illo ſeculares Clericos ordinandos eſſe: talis ergo diſpoſitio cũ tali pæna, admittenda non erit.

4 Secũdo quia Eccleſia nõ eſt fundanda niſi prius cõpetẽs ei dos fuerit aſſignata c. nemo de conſecrat. diſt. 1. Auth. vt nul. fabric. orat. dom. §. 1. collat. 5. & in Auth. vt determin. ſit num. Cleric. §. 1. collat. prima; ſed quando in limine fundationis, & dotationis Eccleſię conditio ſeruanda apponitur, vel modus cum pæna amiſſionis dotis in caſu non ſeruatæ conditionis vel modi, Eccleſia dotata non dicitur, cum in pænã dotem amittere poſſit, vt eruditè docet Lambert. ſupra art. 4. nu. 4. arg. c. 1. de Iudic. & c. debitor de iureiur. ergò in caſu noſtro talis diſpoſitio cum prædicta pęna admittenda nõ erit. Et ita expreſsè tenet Lambert. ſupra in num. 2. vbi formalia hæc verba dicit videlicet. *Licet poſſint apponere conditiones etiam contra*

ius

ius in limine dotationis de conſenſu Epiſcopi, non poterunt tamen apponere pœnã in caſu non obſeruatæ cõditionis, quia Eccleſia remaneret indotata.

6 Ad contrarium verò reſpondetur quòd ſicut tũc tantùm acceſſoriũ à principali ſuo vires ſumit, quã do in ipſo acceſſorio ſpecialis prouiſio, vel diſpoſitio non reperitur, vt tradit Dyn. in d. reg. acceſſorium nu. 2. per tex. in l. centum Capuę, & l. fin. ff. de eo quod certo loco: Et quãdo in acceſſorio eadem militat ratio arg. eorũ quæ dicit Dec. in c. cum principalis ff. de reg. iur. & Bart. in l. ſtipulatio iſta in 12. oppoſ. ff. de verbor. oblig. & Bald. in l. nõ dubium. in 14. oppoſ. C. de legib.

7 Ita tunc tantum pæna à conditione vel modo cui inhęret vires ſumit, quando in ipſa pęna prouiſio non reperitur; ad hoc vt acceſſorij regula omninò procedat: & quando eadẽ militat ratio in pæna, quæ militat in conditione cui inhęret. Sed in caſu noſtro tacitè ſpecialis prouiſio in pęna reperitur, cum prouiſum ſit ne Eccleſia abſq; dote fundari poſſit, & per appoſitionẽ prædictæ pęnę Eccleſia dotata dici nõ poteſt iuxta ſupradicta: & alia in caſu noſtro ratio militat in pęna, quam in conditione ſeu modo; nam conditio ſeu modus eſt ſecundum ius commune, pęna autẽ eſt cõtra ius, vt ex ſupradictis apparet.

8 Et ideo dico prędictam fundationem cum tali pęna admittendam non eſſe; & huius opinionis videtur Felin. in c. cũ venerabilis de cõſtit. n. 37. ĩ ver. demum nota tria, & allegat Petr. de Anch. in conſ. 193. quos citat & ſequitur

Lam-

Lambert.ſupra, qui quamuis olim tenuerit prædictã pænam eſſe admittendam in caſu quo iam fundatam Eccleſiam quis dotaret, dicit tamen mutaſſe ſententiam, & addit formalia verba: *Et potius tenerem Eccleſiam indotatam per mille annos, donec inuenirem dotãtem, qui licet apponeret conditiones, non apponeret pœnam amiſſionis dotis, quam illam dotari facere cum tali pæna.* Quid igitur faciendum ſit quæris? Reſpondetur Monaſterium cum ſola conditione, ſeu vt propriè loquar cum ſolo illo modo fundandum eſſe ſcil. *Che in detto luogo debbano eſſer accettate, & entrare ſenza pagare o che per loro ſi paghi pur un quattrino, ne robba che lo uaglia, ma gratis, & amore Dei*: & pęnam eſſe reijciẽdam; nam quod illicitè adiectum eſt, pro nõ adiecto habetur l. placuit ff. de Vſur. Saluo ſemper, &c.

CONS. LII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE cum pacto retrouendendi.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis, & uenditionis contractus cum pacto retrouendendi iuſtus eſt.*

2 *Reſeruatio dominij rerum uenditarum ad ratam pretij non ſoluti cum reſponſione ad rationẽ quattuor pro centenario, quare iuſta.*

3 *Penſionem integram rei emptæ, & eidem uenditori locatæ percipere, quando pars aliqua pretij non eſt ſo-*

ſoluta, uſurarum ſuſpicionem præbet.

GRaccus vendit domum cum apotheca Sabellio mille aureis cũ pacto redimẽdi intra quinquenniũ; ſoluit tantùm Sabellius centum aureos, & pro reliquis nõ ſolutis conuenit in eodem contractu cum Gracco annuatim ſoluere quattuor pro centenario; dominiũ tamen directũ ſibi reſeruat Graccus donec totum pretium ſolutũ fuerit pro rata pretij non ſoluti.

Præterea hanc eandem domum cum apotheca publico inſtrumento ſtatim poſt venditionem locat Sabellius emptor Gracco vẽditori pro pretio librarum 233. Mutin. annuatim. Quæritur quid iuris ſit in conſcientia de vtroq. contractu?

1 Primum ex narratis contractibus eſſe licitum non eſt dubitandum. Et quò ad iuſtitiam emptionis cũ pacto de retrouendendo (ſuppoſita iuſtitia pretij) eam probant Conrad. de contract. q. 83. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 8. nu. 4. latè Molin. de iuſt. tract. 2. diſput. 375. & Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. c. 2. à n. 92. vſq; ad num. 98. & dixi in 2. 2. meę Inſtit. lib. 2. c. 6. q. 7.

2 Quò ad pactum verò reſeruationis dominij rerũ venditarum ad ratam pretij non ſoluti cum reſponſione ad rationẽ quattuor pro centenario, eius iuſtitia ex eo probatur, quòd ob non traslatum dominiũ Graccus venditor ad rationem pretij non ſoluti, verè eſt dominus rerum venditarum, & Sabellius verè dominus pretij nõ ſoluti, & ideo pro rata pretij non ſoluti iuſtè penſio-

nem à Sabellio exigere poteſt, ſi interim in Sabelliũ rei emptæ poſſeſſionẽ trãſtulit; nam poſſidet Sabellius tanquam conductor, non autem tanquam dominus, cum dominiũ trãſlatum non ſit. Et hic Mutinę iuſta domorum penſio eſt ad rationem quattuor pro centenario.

3 Quòd autem attinet ad contractum locationis, & cõductionis ꝑ pretio 233. lib. dico, maximam palliatarum vſurarum ſuſpicionem præbere; nam cum tantùm centum à Sabellio ſoluta ſint, & tantùm ad rationem dd. cẽtum ſit dominus rerum emptarum, nihilominus tãquam ſi integrum illorum dominiũ haberet, illas Gracco locauit, ita quod Graccus pro parte pretij nõ ſoluti propriarum rerum eſt conductor, quod maxime abſurdum eſt. Sed ſi fortè dices iam illas Graccum tacitè per primum contractũ Sabellio locaſſe, & Sabelliũ illas Gracco expreſsè ſublocaſſe; tibi dico, ad quid hic circulus niſi ad oſtendendum deprauatum Sabellij animum eſſe, & ſub his licitis contractibus vſuras palliare velle. Caueat igitur ipſe Sabellius ne intrinſecè potius intentionẽ habeat percipiẽdi fructus ex pecunia ſoluta quàm emendi ſupradictas res, nã hoc eſſet vſura palliata & expreſſe cõtra illud Lucę 6 *Mutuum date nihil inde ſperantes*. Et hæc breuiter dicta ſint Saluo ſẽper, &c.

CONS.

CONS. LIII.

DE DONATIONE A' SPONSO minore 25. annis cum iuramento facta in Ciuitate vbi per ſtatutum huiuſmodi donationes moderantur.

SVMMARIVM.

1 *ACceſſorium ſemper ſequitur naturam ſui principalis. Fallit in iuramento vt in nu. 11.*

2 *Iuramentum regulatur ſecũdum naturam actus ſuper quo interponitur, ſed intellige quando actus iuramento non confirmatur, vt in nu. 12. vbi alias etiam exceptiones habes.*

3 *Stipulatio, nec mandatum, nec iuramentum tenet ex his quę ſunt reprobata per legẽ; explica ut in nu. 13.*

4 *Pactum & iuramentum ei additum non eſt ſeruandũ quando iuri communi eſt contrarium; explica ut in num. 14.*

5 *Iuramentum eſt uinculum perſonale, & ad heredes non tranſit.*

6 *Donatio iurata à minore facta ab heredibus eſt ſeruanda.*

7 *Contractus primariò ob priuatam, & ſecundariò ob publicam utilitatem prohibiti iuramento cõfirmãtur.*

Donatio inter uirum & uxorem iuramẽto confirmata, ualet.

8 *Lex quando prohibet ali-*

 quid

Ariſt. 5. Ethic. c. 1. tom. 5.

7 Sed in hoc contractu ius ſuum tunc vnicuiq; non tribueretur; nam cum iuſtitia æqualitatem circa alterum ſeruandam importet, vt ipſius nomen demõſtrat, & docet D. Th. in d. 2. 2. q. 57. art. 1. 2. & 3. in hoc caſu nõ ſeruaretur, quia emptor minus perciperet, & plus ſolueret, & ſic iniuſtus eſſet cõtractus: Et conſequenter tunc vẽditor illud plus reſtituere teneretur, quia iuſtitia emptoris læſa eſſet, & ob-

8 ligatio reſtitutionis ex læſione ſpecialis iuſtitię alterius procedit, vt docet Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 1. num. 2. 3. & 4.

Quod autem nec etiam tunc contractus vſurarius eſſet ex dictis patet, cum in eo mutuum non interueniat.

9 Ex dictis etiam infertur quòd ſi interim fructus caſu pereant, venditori pro rata pretij non ſoluti perire debeant; cum pro tali rata rei venditæ verè Dominus ſit, & conſequenter ſui ſint fructus; & emptor interim tanquam cõductor eſt exiſtimãdus, & cõſequenter periculis caſus fortuiti, ſi quis euenerit, venditor ſubiacere debet tanquã locator, vt in c. propter de loc. & cond. & in l. ex conducto §. ſi vis ff. loc. Et hoc ſiue pereant omninò, ſiue ex parte; ita tamen, vt ſi omnino pereant, venditor nihil percipere poſſit; ſi verò ex parte, diuidantur pro rata inter ipſum emptorem, & venditorem; ita vt emptor percipiat partem cõuenientem pretio ſoluto, & venditor partem conuenientem pretio non ſoluto iuxtà ea quæ habentur in l. fin. §. fin. ff. de fund. dota. quem tex. ad

hoc

hoc commendat Bart. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Dummodo ſterilitas vnius anni cũ vbertate alterius compenſari non poſſit, vt dixit Bart. in d. l. ex conducto §. ſi vis ff. locati. Saluo ſemper, &c.

CONS. LI.

DE IVRE PATRONATVS cum grauamine ſundato.

SVMMARIVM.

1 *Modus appoſitus in fundatione monaſterij ſi pius & ſanctus eſt, ac ſecundum ius commune, admittendus eſt.*

2 *Bona quæ de ſe sũt bona toleranda non ſunt cũ in alterius contemptum deducuntur.*

3 *Monaſteria ſemel dicata ſemper monaſteria perſeuerare debent.*

4 *Eccleſia nõ eſt ſundanda niſi prius competenter dotetur.*

5 *Eccleſia non dicitur dotata quando ita dotata eſt, vt in pœnam dotem amittere poſſit.*

6 *Acceſſorium à ſuo principali vires non ſumit, quando in ipſo acceſſorio ſpecialis prouiſio reperitur.*

7 *Pœna à conditione, vel modo, cui inhæret, uires non ſumit, quando in ipſa pœna ſpecialis prouiſio reperitur, uel quando in ea eadem nõ militat ratio.*

8 *Eccleſiæ fundatio non eſt admittenda, ſi in illa appona-*

ponatur pœna amiſſionis dotis.

Illicite quod adiectum eſt pro non adiecto habetur.

D. Siluius de Milano nob. Mutinenſis in ſuo vltimo teſtamento Monaſterium Sanctæ Vrſulæ fundandum eſſe mandauit, quod & heredem inſtituit, & inter cætera à puellis in eo recipiendis hæc obſeruari pręcepit videlicet. *Che in detto luogo debbano eſſer accettate, & entrare ſanza pagare, ò che per loro ſi paghi pur un quattrino, ne robba, che lo uaglia, ma gratis & amore Dei.* Et addidit. *Et caſo che ſua Santità ò altri à chi ſpettaſſe non uoleſſero ammettere la fondatione fatta nella ſudetta forma, e modo: ouero dopo la fondatione fatta nel ſudetto modo in alcun tempo mai da eſſe uergini clauſtrate, o loro ſuperiori, Præſidenti, o chi che ſia foſſe per ingordigia di robba, o ſotto anco lecito e buõ preteſto intro dotto il far pagare, dare, ò donare, coſa alcuna quelle Zitelle, che ſaranno accettate, ò profeſſaranno in detto Monaſterio, all'ora, & in ciaſchedun di detti due caſi, & adeſſo per all'hora il Signore Teſtatore priua, e uuole, che ſia, e s'intenda ipſo iure, & facto, priuo eſcluſo, & esheredato in tutto e per tutto detto Monaſterio, e Vergini di eſſo anco clauſtrate, e profeſſe della detta Inſtitutione, e ſoſtituiſce di tutti i beni, & heredità del Signor Teſtatore, e della caſa, ò Moneſtero doue ſarãno come di ſopra, uniuerſale herede la Santa Vnione, &c.* Quæritur an his ſic ſtantibus tuto poſſit ordinarius vel alius ſuperior ad erectionem dicti Monaſterij aſſenſum præſtare.

1 Et pro parte affirmatiua facit breuiter, quia teſtator in hac fundatione duo facit Primò conditionem appo-

apponit ſeu vt magis propriè hoc dicam, modum apponit per illa verba: *Che in detto luogo debbano eſſere accettate, &c.* & ſecundo apponit pænam per illa verba: *Et caſo che ſua Santità, &c.* & cum conditio, ſeu potius modus ſit pius, iuſtus, & ſanctus, ac proindè ſecundum ius commune, vt luce clarius apparet, ordinarius, vel alius ſuperior debet, & tenetur dictę fundationi aſſentiri, vt affirmat Lambert. in tract. de Iurepatronat. q. 9. 1. par. princ. lib. 1. nu. 32. verſ. Quid dicemus nos, & alibi. Et cum pæna à conditione, ſeu modo cui inhęret tãq̃ acceſſorium à principali ſuo vires ſumat iuxta reg. acceſſorium de iur. in 6. Cum inflicta ſit pro contrauentione conditionis ſeu modi ſecũdum ius cõmune, qui eſt principalis, ei aſſentiendum eſt, cum ſit acceſſoria.

Hac tamen ratione non obſtante, ego dicendum eſſe arbitror non poſſe ordinarium, vel alium ſuperiorum dictæ fundationi pro vt iacet aſſentiri, & moueor his rationibus.

2 Primo quia ea, quæ de ſe bona ſunt, toleranda non ſunt cum in alterius contemptum deducũtur arg. l. Item apud Labeonem §. Generaliter ff. de iniur. iunctis notatis per Cyn. in l. ſi non conuitij C. de iniur. & 7. q. 1. in fin. ſed hæc teſtatoris noſtri diſpoſitio, & inſtitutio, quãuis de ſe bona ſit, cum ſit ad piam cauſam facta, tamen, quia ei pęna eſt addita, ex qua iuris canonici, & Eccleſiæ cõtemptus & iniuria ſequi poteſt, cũ per prædictam pænã fundandæ Eccleſiæ, & Monaſterij ſtatus ſubuerteretur,

quod

quod abſq; iniuria eueni-re minimè poſſet, cum ſit hoc in iure prohibitum per c. 2. de ſupplen. neglig. Prælat. & cum melius ſit non incipere, quam ab incepto turpiter deficere; & ideo in Calcedonenſi Concilio c. 24. relatum in c. quæ ſemel 19. q. 3. ſtatuitur, vt quæ ſemel sũt dicata monaſtaria ſemper Monaſteria perſeuerent, vnde meritò Io. Andr. & Abb. in c. inter quattuor, circa med. de religioſ. domib. docent, ſi alicuius Monaſtarij religoſi deficiant, alterius Monaſterij eiuſdem ordinis religioſos ſumẽdos eſſe: eisq; deficientibus ad regulares alterius ordinis deueniendum eſſe, & deinde in defectum omniũ in illo ſeculares Clericos ordinandos eſſe: talis ergo diſpoſitio cũ tali pæna, admittenda non erit.

4 Secũdo quia Eccleſia nõ eſt fundanda niſi prius cõpetẽs ei dos fuerit aſſignata c. nemo de conſecrat. diſt. 1. Auth. vt nul. fabric. orat. dom. §. 1. collat. 5. & in Auth. vt determin. ſit num. Cleric. §. 1. collat. prima; ſed quando in limine fundationis, & dotationis Eccleſię conditio ſeruanda apponitur, vel mòdus cum pæna amiſſionis dotis in caſu non ſeruatæ conditionis vel modi, Eccleſia dotata non dicitur, cum in pænã dotem amittere poſſit, vt eruditè docet Lambert. ſupra art. 4. nu. 4. arg. c. 1. de Iudic. & c. debitor de iureiur. ergò in caſu noſtro talis diſpoſitio cum prædicta pęna admittenda nõ erit. Et ita expreſsè tenet Lambert. ſupra in num. 2. vbi formalia hæc verba dicit videlicet. *Licet poſſint apponere conditiones etiam contra*

ius in limine dotationis de conſenſu Epiſcopi, non poterunt tamen apponere pænā in caſu non obſeruatæ cōditionis, quia Eccleſia remaneret indotata.

6 Ad contrarium verò reſpondetur quòd ſicut tūc tantùm acceſſoriū à principali ſuo vires ſumit, quā do in ipſo acceſſorio ſpecialis prouiſio, vel diſpoſitio non reperitur, vt tradit Dyn. in d. reg. acceſſorium nu. 2. per tex. in l. centum Capuę, & l. fin. ff. de eo quod certo loco: Et quādo in acceſſorio eadem militat ratio arg. eorū quæ dicit Dec. in c. cum principalis ff. de reg. iur. & Bart. in l. ſtipulatio iſta in 12. oppoſ. ff. de verbor. oblig. & Bald. in l. nō dubium. in 14. oppoſ. C. de legib.

7 Ita tunc tantum pæna à conditione vel modo cui inhęret vires ſumit, quando in ipſa pęna prouiſio non reperitur; ad hoc vt acceſſorij regula omninò procedat: & quando eadē militat ratio in pæna, quæ militat in conditione cui inhęret. Sed in caſu noſtro tacitè ſpecialis prouiſio in pęna reperitur, cum prouiſum ſit ne Eccleſia abſq; dote fundari poſſit, & per appoſitionē prædictæ pęnę Eccleſia dotata dici nō poteſt iuxta ſupradicta: & alia in caſu noſtro ratio militat in pęna, quam in conditione ſeu modo; nam conditio ſeu modus eſt ſecundum ius commune, pęna autē eſt cōtra ius, vt ex ſupradictis apparet.

8 Et ideo dico prędictam fundationem cum tali pęna admittendam non eſſe; & huius opinionis videtur Felin. in c. cū venerabilis de cōſtit. n. 37. ī ver. demum nota tria, & allegat Petr. de Anch. in conſ. 193. quos citat & ſequitur Lam-

Lambert.ſupra, qui quam uis olim tenuerit prædictã pænam eſſe admittendam in caſu quo iam fundatam Eccleſiam quis dotaret, dicit tamen mutaſſe ſententiam, & addit formalia verba: *Et potius tenerem Eccleſiam indotatam per mille annos, donec inuenirem dotãtem, qui licet apponeret conditiones, non apponeret pænam amiſſionis dotis, quam illam dotari facere cum tali pæna.* Quid igitur faciendum ſit quæris? Reſpondetur Monaſterium cum ſola conditione, ſeu vt propriè loquar cum ſolo illo modo fundandum eſſe ſcil. *Che in detto luogo debbano eſſer accettate, & entrare ſenza pagare o che per loro ſi paghi pur un quattrino, ne robba che lo uaglia, ma gratis, & amore Dei*: & pęnam eſſe reijciẽdam; nam quod illicitè adiectum eſt, pro nõ adiecto habetur l. placuit ff. de Vſur. Saluo ſemper, &c.

CONS. LII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE cum pacto retrouendendi.

SVMMARIVM.

1 *EMptionis, & uenditionis contractus cum pacto retrouendendi iuſtus eſt.*

2 *Reſeruatio dominij rerum uenditarum ad ratam pretij non ſoluti cum reſponſione ad rationẽ quattuor pro centenario, quare iuſta.*

3 *Penſionem integram rei emptæ, & eidem uenditori locatæ percipere, quando pars aliqua pretij non eſt ſo-*

ſoluta, uſurarum ſuſpicionem præbet.

GRaccus vendit domum cum apotheca Sabellio mille aureis cũ pacto redimẽdi intra quinquenniũ; ſoluit tantùm Sabellius centum aureos, & pro reliquis nõ ſolutis conuenit in eodem contractu cum Gracco annuatim ſoluere quattuor pro centenario; dominiũ tamen directũ ſibi reſeruat Graccus donec totum pretium ſolutũ fuerit pro rata pretij non ſoluti.

Præterea hanc eandem domum cum apotheca publico inſtrumento ſtatim poſt venditionem locat Sabellius emptor Gracco vẽditori pro pretio librarum 233. Mutin. annuatim. Quæritur quid iuris ſit in conſcientia de vtroq. contractu?

1 Primum ex narratis contractibus eſſe licitum non eſt dubitandum. Et quò ad iuſtitiam emptionis cũ pacto de retrouendendo (ſuppoſita iuſtitia pretij) eam probant Conrad. de contract. q. 83. Couar. lib. 3. var. reſol. c.8.nu.4. latè Molin. de iuſt. tract. 2. diſput. 375. & Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. c.2. à n. 92. vſq; ad num. 98. & dixi in 2. 2. meę Inſtit. lib. 2. c. 6. q. 7.

2 Quò ad pactum verò reſeruationis dominij rerũ venditarum ad ratam pretij non ſoluti cum reſponſione ad rationẽ quattuor pro centenario, eius iuſtitia ex eo probatur, quòd ob non traslatum dominiũ Graccus venditor ad rationem pretij non ſoluti, verè eſt dominus rerum venditarum, & Sabellius verè dominus pretij nõ ſoluti, & ideo pro rata pretij non ſoluti iuſtè penſionem

nem à Sabellio exigere poteſt; ſi interim in Sabelliũ rei emptæ poſſeſſionẽ trãſtulit; nam poſſidet Sabellius tanquam conductor, non autem tanquam dominus, cum dominiũ trãſlatum non ſit. Et hic Mutinę iuſta domorum penſio eſt ad rationem quattuor pro centenario.

3 Quòd autem attinet ad contractum locationis, & cõductionis ꝑ pretio 233. lib. dico, maximam palliatarum vſurarum ſuſpicionem præbere; nam cum tantùm centum à Sabellio ſoluta ſint, & tantùm ad rationem dd. cẽtum ſit dominus rerum emptarum, nihilominus tãquam ſi integrum illorum dominiũ haberet, illas Gracco locauit, ita quod Graccus pro parte pretij nõ ſoluti propriarum rerum eſt conductor, quod maxime abſurdum eſt. Sed ſi fortè dices iam illas Graccum tacitè per primum contractũ Sabellio locaſſe, & Sabelliũ illas Gracco expreſsè ſublocaſſe; tibi dico, ad quid hic circulus niſi ad oſtendendum deprauatum Sabellij animum eſſe, & ſub his licitis contractibus vſuras palliare velle. Caueat igitur ipſe Sabellius ne intrinſecè potius intentionẽ habeat percipiẽdi fructus ex pecunia ſoluta quàm emendi ſupradictas res, nã hoc eſſet vſura palliata & expreſſe cõtra illud Lucę 6 *Mutuum date nihil inde ſperantes*. Et hæc breuiter dicta ſint Saluo ſẽper, &c.

CONS.

CONS. LIII.

DE DONATIONE A SPONSO minore 25. annis cum iuramento facta in Ciuitate vbi per ſtatutum huiuſmodi donationes moderantur.

SVMMARIVM.

1 *ACceſſorium ſemper ſequitur naturam ſui principalis. Fallit in iuramento vt in nu. 11.*

2 *Iuramentum regulatur ſecũdum naturam actus ſuper quo interponitur, ſed intelli ge quando actus iuramento non confirmatur; vt in nu. 12. vbi alias etiam exceptiones habes.*

3 *Stipulatio, nec mandatum, nec iuramentum tenet ex his quę ſunt reprobata per legẽ; explica ut in nu. 13.*

4 *Pactum & iuramentum ei additum non eſt ſeruandũ quando iuri communi eſt contrarium; explica ut in num. 14.*

5 *Iuramentum eſt uinculum perſonale, & ad heredes non tranſit.*

6 *Donatio iurata à minore facta ab heredibus eſt ſeruanda.*

7 *Contractus primariò ob priuatam, & ſecundariò ob publicam utilitatem prohibiti iuramento cõfirmãtur. Donatio inter uirum & uxorem iuramẽto confirmata, ualet.*

8 *Lex quando prohibet ali-*

quid primariò ob publicam & ſecundario ob priuatam utilitatem.

9 *Minor 25. annis cum cõſenſu tutoris, & decreto iudicis etiam res pretioſas donare poteſt, ſecus ſine illis.*

10 *Contractus minoris iuramento confirmatur.*

Minor ratione iuramenti ſupplentis defectum ętatis efficitur maior.

15 *Iuramentum continet obligationem ſpiritualem, & tẽporalem.*

SPonſus minor 25. annis contrahendo matrimonium iureiurando, cõſentiente curatore, & cũ decreto Iudicis, & corã Principe ireuocabiliter inter viuos donauit ſcuta decẽmillia ſponſæ promittenti ſcuta duodecimillia in dotem. Quæritur an talis donatio valeat ſtante minore ætate & ſtatuto Ciuitatis; quo cauetur ne ſponſus, vel maritus poſſit donare ſponſę, vel vxori niſi cẽtum aureos pro ſingulis mille ſcutis, ita defuncto donatore teneantur heredes eidem ſponſæ donationem ſoluere? Et videtur dicendum donationem uon valere, & ab heredibus ſoluendam non eſſe.

1 Primo quia acceſſorium ſemper ſequitur naturam ſui principalis c. acceſſorium de reg. iur. in 6. etiã ſi acceſſorium ſit pretioſius, vt in l. etſi non ſint §. pecuniam ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l. 1. & 2. ff. de aur. & arg. leg. ſed ĩ caſu noſtro donatio, quę eſt principalis eſt nulla, nõ ſolum ex diſpoſitione dicti ſtatuti, ſed etiam ex diſpoſitione iuris ciuilis propter minorem ætatẽ; ergo nullũ eſt etiam iuramentũ quod eſt acceſſoriũ, quãuis ſit pretioſius.

2 Se-

2 Secundò quia iuramentũ regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, vt in l. finali, vbi omnes C. de non numer. pecun. & in l. ſed & ſi poſſeſſori §. Item ſi iurauero, & ibi Iaſ. in not. 9. ff. de iureiur. & per Abb. in c. quemadmodum per illum tex. de iureiur. ſed actus, ſuper quo interponitur in caſu propoſito, eſt nullus per ſupradicta; ergò nullum eſt iuramentũ.

3 Tertiò quia nec ſtipulatio, nec mandatum, nec iuramentum tenet ex his, quæ ſunt reprobata per legem l. non dubium, in fine C. de legib.

4 Quartò quia non eſt ſeruandum pactum nec iuramentum ei additum, quoties eſt iuri communi contrarium l. iuris gentium §. & generaliter ff. de pactis; ſed pactum ſeu donatio prædicta eſt contra ius cõmune prohibens minoribus donationem; ergò iuramentum additum non eſt ſeruaudum.

5 Quintò quia ſi talis donatio valeret hoc eſſet virtute iuramenti; ſed iurameutum cum ſit vinculũ merè perſonale, vt notat Bart. in l. generaliter, in prin. C. de reb. credit. ſi defunctus viuens iurauit aliquid facere, vel dare, & non fecit vel non dedit, ratione periurij heredes non tenentur, vt affirmat ibidem Bart. ipſe; ergò in caſu noſtro in quo ſponſus iureiurando promiſit, & nõ dedit, heredes eius ſub periurij pæna donare non tenẽtur; & ita tenet Panor. in c. veritatis, de iureiur. poſt Hoſtien. & Doct. cõmuniter, quos ſequitur Sylu. in ver. Iuramentum 4. q. 3.

6 His tamen, & alijs, quę in cõtrarium adduci poſsũt,

non obſtantibus, cenſeo prædictam donationẽ ita valere vt teneantur heredes illam ſoluere.

7 Primò quia contractus, qui primariò ob priuatam, ſecundariò ob publicam vtilitatem prohibentur iuramento confirmãtur; nam cum tunc in alterius præiudicium iuramentum non redundet, ſed tantùm in proprium, cui quiſq; cedere poteſt, ſine diſpendio ſalutis ęternæ ſeruari poteſt, ac ideo ſeruandum eſt c. cum contingat de iureiur. c. liceat eod. tit. in 6. Clar. lib. 4. recept. ſent. §. donatio q. 18. nu. 1. & 9. q. num. 3. vbi probat donationẽ inter virum & vxorem iuramento confirmatam valere; & conſequenter contractus remanet validus, vt affirmat Bart. in l ſi qs pro eo ff. de fideiuſſor n. 9. ſed tàm contractus minorum quàm donatio inter ſponſos faciẽda primariò ob priuatam, & ſecundariò ob publicam vtilitatem prohibetur; ergo valida fuit dicta donatio, & conſequenter ab heredibus etiã donatio mortuo donatore ſoluenda eſt.

8 Probatur minor, nam tunc lex primariò ob priuatam vtilitatem contractus prohibet, & ſecundariò ob publicam, quando diſponit de rebus priuatis, & vtilitas immediate ad priuatos ſpectat, & ſecundariò & conſequenter ad rempublicam, nempè quia bonum priuatum eſt etiam bonum reipublicę, vt patet, & dixi in pri. ſecundę lib. 1. meę Inſtit. c. 2. q. 2. in prin. Sed in caſu noſtro tam lex cõmunis quòad minores, quàm lex municipalis quò ad ſponſos diſponit de rebus priuatis, & vtilitas immediatè

diatè ad priuatos pertinet, & ſecundariò & conſequenter ad rempublicam; ergo validum fuit iuramentum.

9 Secundo quia etſi minor 25. annis donationes præſertim preciosas facere nõ poſſit, cũ conſenſu tamen tutoris, & decreto Iudicis donare etiam pretioſa poteſt. l. lex quę C. de adminiſtrat. tut. vbi expreſſim de donatione propter nuptias fit ſermo. Sed in caſu noſtro etſi pretioſa donatio ſit, cum decreto tamen Iudicis, & conſenſu Curatoris; imò & quod maius eſt cum conſenſu Principis, vt dixi, facta eſt; ergò valida donatio.

10 Tertiò quia contractus minoris iuramento fimatur, teneturq; illi in vtroq; foro ſtare, nec competit ei reſtitutio quamuis lęda tur; quia efficitur maior ratione iuramenti ſupplẽtis defectum ætatis, & ita probatur ex Auth. Sacramenta puberũ C. ſi aduer. vendit. & latè tradit Ant. Gomez. tomo. 2. var. reſolut. c. 14. nu. 16. & Seraphinus de Seraphin. de priuileg. iur. priu. 83. Sãchez lib. 6. de matrim. diſput. 83. nu. 3. Et hoc eſſe verum affirmat etiam ſi curatorem habeat, & ſine eius aſſenſu iuret: & ſiue per ſe, ſiue per procuratorem cum ſpeciali mandato ad iurandũ conſtitutũ, iuret, pro vt eſt in caſu noſtro.

11 Nec in contrarium adducta obſtant, nã ad primum reſpondetur regulã illam fallere in iuramento, ex cuius priuilegio fit vt non ſequatur naturam ſui principalis, ſecundum gloſ. fin. & communiter receptam in c. cum non deceat. de elect. in 6. & in clem. dudum. de ſepult. in

ſine ver. pactũ. Pedemõt. deciſ. 35. nu. 6. & tradit Seraphin. de Seraphin de priuil. iuram. priu. 116. num. 3.

12 Ad ſecundum reſpondetur tunc tantùm iuramentum regulari ſecundũ naturam actus, ſuper quo interponitur, quãdo actus talis eſt, vt ex natura ſua iuramento confirmari nõ poſſit, cuiuſmodi eſſet primo actus in quo vis vel dolus interueniret; nam talis actus iuramento non confirmatur, vt probatur ex d. c. cùm contingat de iureiur. & c. 2. eod. tit. in 6. & ex c. quamuis pactum. de pactis in 6. & Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. Secundo quando actus non ſolum eſſet irritus, ſed etiam expreſsè irritaretur iuramẽtum appoſitum, vt patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regular. Tertio quando actus reprobatus eſſet in odium illius, in cuius fauorem iuratur, quia in ipſo eſſet turpitudo, vt dixit Bart. in l. ſi quis pro eo nu. 10. ff. de fideiuſſor. dicit tamen ſeruandũ eſſe in hoc caſu vſq; ad relaxationem. Quarto quando actus eſſet inualidus ex defectu alicuius ſolemnitatis ſubſtantialis, quã prohibitoriam Doctores appellant, ex eo quod lex prohibet contractus ſine tali ſolemnitate fieri poſſe.

Et ratio eſt nam talis ſolemnitas ob publicam vtilitatem requiſita cẽſetur, cui partes renuntiare non poſſunt. Ita notat Bart. in l. ſi quis pro eo in 7. membror. ff. de fideiuſſ. Alex. conſ. 95. in fin. vol. 1. quos citat & ſequit̃ Marc. Ant. Barcar. in tract. de virt. & virib. Iuram. nu. 44. quæ cũ nõ cõueniant caſui noſtro, argumentum ceſſat.

13 Et ex dictis patet etiam reſpõſio ad tertium, quod tantum locum habet in caſu quo lex non ſolum contractum, ſed etiam iuramẽtum reprobaret, vt patet ex verbis d. l. non dubiũ, in qua argumẽtum fundatur; dicitur enim ibi: *Nec ſtipulatio, nec mandatum, nec iuramentum tenet ex his quæ ſunt reprobata per legem* vbi ly *ex his* referẽdum eſt ad iuramenta, vt ſit ſenſus ex his iuramentis, quæ per legem ſunt reprobata.

14 Ad quartũ reſpondetur locũ habere ad cõtractus, qui ꝓhibẽtur primariò ob publicã, & ſecundariò ob priuatam vtilitatẽ, cuiuſmodi eſſet cõtractus, ne qs ciuis alienare poſſit in nõ ciuem; nam hic contractus immediatè de publica vtilitate agit, & ſecundariò de priuata, quatenus ſcilicet bonum publicũ etiã in bonum priuatorum redundat; nam cũ tunc agatur de præiuditio publico, cui priuatus renuciare nõ poteſt c. ſi diligenti de foro compet. tale iuramentũ ſine diſpendio ſalutis ęternæ ſeruari non poteſt, & ideo ſeruandũ non eſt arg. d. c. cũ contingat. de iureiur. & c. liceat eod. tit. in 6.

15 Ad quintum reſpondetur quod in iuramento duplex obligatio conſideratur vna ſpiritualis, & alia tẽporalis. Spiritualis obligatio eſt illa, quæ virtute religonis procedit, per quã anima iurantis in conſcientiæ foro Deo ad iuramentum ſeruandum obligatur; & hæc non tranſit de anima in animã, vt affirmat Innoc. in c. venient. de iureiur. nam *anima, quæ peccauerit ipſa morietur*, vt habetur Leuit. 4. & ex iuramento vnius non eſt alteri pęna ſpiritualis imponẽda arg. c. turbatã. 1. q. 4.

ac ideo ad ſeruandã promiſſionem defuncti heredes in caſu noſtro ſub perjurij reatu non tenentur. Obligatio verò temporalis eſt illa, quæ oritur ex ipſo contractu juramento confirmato, & hęc cum ſit realis, & perpetua, ad heredes tranſit, quia factum defuncti reputatur factum heredis, vt dixit Paul. de Caſtr. conſil, 13. vol. 2. & Gram. in cõſ. 71. col. pen. num. 20. Et hęc breuiter dicta ſint, ſubſtantialia dũtaxat, & ad rem conferentia attingendo, vt docuit Bald. in Auth. ex cauſa in prin. C. de liber. preterit: & Iaſ. in conſ. 2. in princ: vol. 2. & Rolan. conſ. 34. in prin. vol, 2. Saluo ſemper, &c.

CONS. LIV.

DE ELEEMOSYNA pro celebratione Miſſarum.

SVMMARIVM.

1 *Taciti & expreſſi eadẽ eſt virtus.*

2 *Errans non conſenſit.*

3 *Miſſa pro dicenda qui, ſufficientem eleemoſynam recipit, ex iuſtitia tenetur applicare integram portionem ſatiſfactionis, quæ illi vt miniſtro publice commiſſa eſt.*

4 *Miſſæ iuſta eleemoſyna eſt illa, quæ communi conſuetudine communiter recepta eſt.*

5 *Miſſa pro dicenda quando iuſta eleemoſyna nõ datur poteſt*

poteſt Sacerdos ſe indemnem ſeruare.

6 *Miſſas diminuendi iuſta cauſa non eſt paucitas Sacerdotum, niſi accedat conſenſus dantium elemoſynã.*

7 *Miſſa pro dicẽda qui elemoſynam accepit, ſi notabiliter implere negligat, mortaliter peccat, ideoq; pro longinquo tempore eleemoſynas accipere non debet.*

8 *Miſſæ concurſus quando ita excedit numerum Sacerdotum, qui inueniri poſſunt ad ſupplendũ, poteſt Epiſcopus Mißarum eleemoſynam augere.*

9 *Miſſarum ſtipendia Epiſcopus in ſua diœceſi taxare poteſt.*

AD Eccleſiam Sãctę Agatæ Villæ Soleriæ Mutinenſis Dięceſis, in qua miſſam tantum celebrat Rector eiuſdem Eccleſiæ, & Capellanus eius, ob deuotionem d. Sanctæ quotidie tantę eleemoſynę concurrunt pro celebrandis ibidẽ Miſſis, vt dicti Sacerdotes ſupplere non valeãt. Quæritur quid ſit faciendum, vt Rector ad quem elemoſynę perueniunt tutus in cõſcientia maneat?

Alij dixerũt ſatisfacere prędictũ Sacerdotẽ ſi propriã, & Capellani Miſsam eleemoſynã dãtib⁹ applicaret illis dieb⁹, in quibus ratione curę illã applicare non tenetur, nec ad aliud teneri; nã cũ dantes eleemoſynas pro miſſis dicendis ſciant duos tantùm Sacerdotes adeſſe, & concurſum dantium eleemoſynã pro Miſſis dicẽdis videãt, nec alias curatorum obligationes ignorent, tacitè conſentire cenſentur, vt prędictis diebus prædicto modo dicti Sacerdotes celebrare valeant, & ad aliud faciendum eos obligare nolle.

Quam

Quam ſententiam veriſſimam cenſeo, ſuppoſito d. tacito conſenſu eleemoſynam faciẽtium; nã ſcienti & conſentienti non fit iniuria c. ſcienti, de reg. iur. in 6. & ſiuè tacitè, ſiue
1 expreſſe cõſentiat parum refert, quia taciti & expreſsi eadem eſt virtus l. cum quid ff. de rebus creditis. Verùm quia talis tacitus conſenſus raro, aut nunquam accidere ſolet, vt inquit Nau. in conſ. 11. de celebrat. miſſ. lib. 3. & in caſu noſtro præſertim difficillimè pręſumi poteſt, cũ facientes dd. eleemoſynas pro prędictis miſſis dicendis, vt plurimum ſint perſonæ ruſticæ, & mulieres, quæ vel dictorum Sacerdotum obligationem ignorant, vel illã non conſiderant, ſed potius ſimpliciter credunt integram Miſſam pro ſingulis eleemoſynis fore dicendam, & cum ita errent non conſentient. l. ſi quis per errorem ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. non idcircò C. de iur. & fact. ignor. l. conſentiſſe ff. de iudic. & ideo d. rectorem alio remedio indigere exiſtimo, vt in conſcientiæ foro tutus maneat.

3 Et quia Sacerdos, qui pro Miſſa dicenda ſufficientem eleemoſynam accipit, ex iuſtitia tenetur ei, qui elemoſynã dedit, integram illam portionẽ ſatisfactionis applicare, quę illi vt miniſtro publico ad diſtribuendum, ſeu applicandum commiſſa eſt, vt probat Suar. tõ. 3. diſput. 86. ſect. 1. & alioquin mortaliter peccaret, & ad reſtitutionem teneretur. Ita Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 2. num. 263. Cord. qui teſtatur de communi in lib. 1. qq. q. 3. & ſequitur Roderiq. in par. 1. ſummæ c. 250.

c. 250. n. 4. Arag. de iuſt. & iur. q. 85. ar. 3. col. 28. verſ. dico ſecundo. Ideo curet d. Rector, vt ꝑ qualibet ſufficienti eleemoſyna integram Miſſam applicet, vel applicare faciat.

4 Et quia illam eſſe iuſtam eleemoſynam cenſeo cum Suar. in d. diſput. 86. ſect. 2. concl. 2. quę cummuni cõſuetudine communiter recepta eſt, & aprobata à viris prudentibus, & Deũ timentibus, communiter recepta ſe habet, vt valor Iulij pro iuſto miſſę ſtipendio detur: ideo dico debere d. Rectorem pro ſingulis Iulijs integram miſſam per ſe vel per alium applicare, alioquin contra iuſtitiam peccabit, & ad reſtitutionẽ obligabitur. Quæ

5 tamẽ cũ hac moderatione intellige, vt ſi forte adeò tenuem eleemoſynam aliqui preſtent, vt prædictũ valorẽ non attingat, quod vt plurimũ ruſtici faciunt, tunc poſſit d. Rector ab eodem vel à diuerſis tot eleemoſynas pro vna Miſſa accipere, quot ad d. iuſtum ſtipendium ſufficiãt; quia tunc fit iniuria Sacerdoti, à qua poteſt ipſe ſe indemnem ſeruare, vt dixit Suar. in d. diſput. 86. ſect. 4. & faciunt ea, quæ dixit Sot. li. 9. de iuſt. q. 3. art. 1. circa ſinem, & in quartum diſt. 13. q. 2. ar. 1. in fine. & Can. lib. 12. de locis theolog. c. 3. ad 10. & Ledes. de Sacram. Euchar. c. 18. concl. 14. Arag. vbi ſupra col. 29. verſ. His tamen. Nec ideo illos decipere dicitur (quamuis dantes eleemoſynam velint totum ſacrificium ſibi applicari, atq; faciendum eſſe putent) ſi ſacerdos integrum ſacrificium expreſſè non promittat, ſed cum ſilentio eleemoſynã recipiat; nam cum ſtipendiũ iuſtum

iuſtum non ſit, vtitur iure ſuo ſe indemnem ſeruando, vt dixit Sot. in d. li. 9. de iuſt. q. 3. art. 1. circa finem. Nec cenſetur tacitè promittere ex eo quòd dando quis elemoſynam Miſſam petit, & certũ eſt integram petere, & hoc animo dare vt alterum obliget, ac ideo dum Sacerdos eleemoſynam recipit, tacitè intelligitur integrã Miſſam promittere, & animo ſe obligandi elemoſynam accipere; nam cum actus agentium vltra intẽtionem agentis non operetur. l. non omnis, & l. eius ff. ſi cert. pet. & ipſe nõ habeat intentionẽ promittendi, niſi quod iuſtũ eſt ad rationem ſtipendij dati, ad hoc tantum per illam tacitam promiſſionẽ obligatur; nec ideo eis iniuriam facit, cum ſingulis reddat, quod illis debetur. Nec dici poſſunt rationabiliter inuiti, cum Eccleſię miniſtri ſine alterius iniuria pro ſuo miniſterio iuſtum ſtipendium percipere poſſint.

6 At ſi forte nec cum prædicta moderatione Miſſarum exuberantem numerum, Sacerdotes prædicti ſupplere poſſent, alios Sacerdotes auxiliatores ſibi Rector adiungat, vt docet Sot. in d. li. 9. de iuſt. q. 3. art. 1. nam paucitas Sacerdotum non eſt iuſta cauſa diminuendi Miſſas, quæ in dies à pijs perſonis petuntur, niſi conſenſus eorum accedat, vt dixit Nau. in d. conſ. 11. nu. 1. de celebrat. Miſſ. addens quòd rarò accidere ſolet, vt ſupra dixi.

7 Caueatq; Rector ne notabiliter negligat ſuam obligationem implere, cum eleemoſynas acceperit: nam ex tali notabili negligẽtia mortaliter peccaret, vt inquit

Sylu.

Sylu. verſ. Miſſa q. 10. & Roderiq. in d. c. 250. nu. 7. cum ideò iniuſtitiam expectantibus faciat, & graue præiudicium ſequi poteſt tùm viuis, non impetrando gratias quas fortè per ſacrificium illud obtinerét, tùm defunctis quorum animarum liberatio à pęnis purgatorij retardatur, ac ideo modo ſibi poſſibili pro huiuſmodi damnis compenſationem facere tenetur, ac etiam Miſſas celebrare, ita ſentit etiam Arag. vbi ſupra col. 35. in prin. qui addit non ideo teneri Sacerdotē prę ſertim Mercenarium omnes Miſſas ſtatim dicere; nam ſi ita ſe gereret, vt nullam eleemoſynam acciperet, niſi quando nullā priorem obligationem haberet, viuere non poſſet, & ſæpe illū oporteret Miſſas in vanum dicere, ſed tantum teneri ad non acceptandas longinquo tēpore anticipatas eleemoſynas, quod arbitrio boni viri, & ſuæ conſcientiæ, & honeſtæ commoditati relinquendum eſſe dicit.

8 Quod ſi fortè Rector Sacerdos quos adiungat difficillimè inueniat, tūc exiſtimo Illuſtriſſimū & Reuerendiſſimum Mutinenſem Epiſcopum poſſe dictum ſtipendium vſq; ad valorem duorum Iuliorū augere, ſi hac via ſtipēdiarios Sacerdotes quos adiū geret facilius inueniret.

9 Poteſt enim Epiſcopus in ſua Dięceſi rationabilia, & ſufficientia miſſarū ſtipendia taxare, vt affirmat Arogo. vbi ſupra col. 32. verſ. Dico ſecundo Suar. in d. diſput. 86. ſect. 2. concl. 1. & ſentit Roderiq. vbi ſupra concl. 4. ſed quando difficillimè inueniuntur Sacerdotes, qui accedere velint ad Eccle-

ſias

ſias in Villis conſtitutas pro celebrandis Miſſis, niſi ita ſuperabundans ſtipẽdium habeant, iuſta adeſt cauſa ita taxandi d. ſtipendium, ne ceſſantibus Sacerdotibus qui Miſſas celebrent, ceſſet & deuotio populi. Et rationabilis etiam tunc erit talis taxa, cum illa obligatio manendi, vel accedendi ad Eccleſias in Villis poſitas pretio ſit æſtimabilis; ergò poteſt tũc Epiſcopus etiã vſq; ad talem ſummã ſtipendium taxare. Et hæc remedia pro nunc occurrunt ad ſaluandã conſcientiam dicti Rectoris. Saluo ſemper, &c.

CONS. LV.

DE MVLIERE, QVÆ matrimonium fictè ſine vrgenti cauſa contraxit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ficte contrahens ſine vrgenti cauſa mortaliter peccat.*

2 *Matrimonium qui fictè contraxit non tenetur, ceſſante ſcandalo, poſtea illi conſentire, niſi interuenerit virginis defloratio.*

3 *Opinionem probabilem ſequens non peccat, nec eſt illi abſolutio deneganda etiam ſi confeſarius contrarium ſentiat.*

1 ETſi mulier quæ ſine vrgenti cauſa fictè matri-

matrimonium contraxit mortaliter peccauerit; nã notabilem iniuriam in re grauiſſima alteri contrahenti intulit, vt docent Caiet. in ſumma ver. Matrimonium tit. contractus matrimonij poteſt ex 7. capit. dici vitioſ. verſ. Quartum caput peccati. Armil. eod. ver. nu. 65. Petr. Sot. lect. 3. de matrim. verſ. primum igitur, March. Ant. Cucch. lib. 5. inſtit. maior. tit. 11. nu. 46. Petr. Ledeſ. de matrim. q. 45. art. 4. dub. 1. Nau. in man. c. 22. num. 78. & Sanch. lib. 1. de matrim. diſp. 11. num. 2. attamen matrimonium non tenet; quia ſi conſenſus in nuptis defuerit, cætera etiam cũ ipſo coitu celebrata fruſtrãtur c. ſufficit 27. q. 2. Et ceſſante ſcandalo non tenetur mulier prædicta matrimonio ſic contracto conſentire; cum multi Doctores ad id non teneri ſentiant; ita Roſella ver. matrim. 4. nu. 2. Angel. matrim. 2. nu. 15. Sylu. matrim. 4. q. 8. Barthol. à Ledeſ. de matrim. dub. 19. f. 1297. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 4. vbi tantùm obligant fictè cõcontrahentem ad verè cõſentiendum quãdo interuenit Virginis defloratio ob reparationem talis dãni; ergò aliter ſentiẽt quãdo talis reparatio ex iuſtitia facienda non erit, cuius modi eſt in caſu noſtro, in quo ipſa mulier non conſenſit, nec conſentire vult, & ferè in proprijs terminis hanc ſententiam tenet Petr. Ledeſ. 2. 4. q. 47. art. 4. & probabilem eam cenſet Victor. in ſumma de matrim. num. 252. & alij quos citat Petr. Ledeſ. in d. art. 4. dub. 7. verſ.
3 In hac difficultate ergò ceſſante ſcandalo mulier

præ-

prędicta abſoluenda erit etiam ſi conſentire noluerit: nam qui ſequitur opinionem probabilem non peccat, & conſequenter abſolutio illi denegari nõ poteſt, quamuis confeſſarius contrariam opinionẽ ſequatur, ita Sot. in quartam diſt. 18. q. 2. art. 5. & alij quos retuli in pri. par. Inſtit. Peregr. lib. 1. c. 3. nu. 7. ſed ſi fortè ſine ſcãdalo diſſentire nõ poteſt, abſoluẽda mulier nõ erit, nec aliud confeſſarius facere debet, nec poteſt, ne fortè confeſſionis ſigillum violet, quod maximoperè curandum eſt. Saluo ſemper, &c.

CONS. LVI.

DE ABSOLVTIONE NON deneganda pęnitenti ob priuatam ſcientiam confeſſarij.

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ priuata vti poteſt confeſſarius ad redarguendum, & conuincendum pænitentem, non autem ad denegandam ille abſolutionem.*

2 *Abſolutio ob peccata non confeſſa denegari non poteſt.*

1 Confeſſarius qui ex propria ſcientia ſcit pęnitentẽ aliquod peccatum commiſiſſe, vti poteſt illa ſcientia priuata ad cõuincendum, & redarguẽdum,

dum ipſum pænitentem; ita Suarez, tom. 4. diſput. 32. ſect. 3. nu. 8. Negare tamen ideo illi abſolutionem non poteſt, ſi pænitẽs in negatione perſiſtat; nã abſolutio denegari non poteſt ob peccata non cõfeſſa; Nau. in c. 1. §. diligens de pænit. diſt. 6. & conſil. 1. de conſtit nu. 54. lib. 1. Poteſt enim tunc, & debet confeſſarius ſaltẽ credere, pęnitentem ideo peccatum denegare, quia exiſtimat illud ob aliquã rationabilem cauſam non eſſe hic & nunc confitendum, per ea quæ dixi in Inſtit. Peregr. lib. 1. c. 2. nu. 12. p. 1. Saluo ſemper, &c.

CONS. LVII.

DE DISPENSATIONE OB magnam & vrgentem cauſam facienda ab Epiſcopo ſuper matrim. nullo ob impedimentum conſanguinitatis infra quartum gradum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſare quoad impedimentum conſanguinitatis intra quartum gradum Epiſcopus non poteſt, ſed Papæ hoc reſeruatur.*

2 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus ex magna, & vrgenti*

cauſa in caſibus Papæ reſeruatis, quando Papa cõſuli non poteſt.

3 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus quò ad matrimonium nullum ob impedimentum cõſanguinitatis intra quartũ gradũ ad uitãda ſcãdala, quãdo ob paupertatem Papa conſuli non poteſt.*

4 *Veriſimilitudinem qui habet, deciſionem etiam legis habet.*

A Et B. nobiles & pauperes bona fide matrimonium contraxerunt, & plures annos cum eadem bona fide in eodem matrimonio perſeuerauerunt, & filios genuerunt, ſed tandem in cognitionem deuenerunt infra quartũ gradum conſanguinitatis inter ſe cognationem habere ac ideo matrimoniũ nullum eſſe; notumq; eſt hoc ferè per vniuerſam Ciuitatem, in qua domicilium habent; & cum pauperes ſint, & ideo non poſſint à ſummo Põtifice diſpenſationem obtinere; quęritur an poſſit Epiſcopus circa tale impedimentum diſpenſare?

1 Pro parte negatiua facit quia cum matrimonium ex lege ſummi Pontificis, vel Concilij impediatur & dirimatur vſq; ad quartũ gradum conſanguinitatis & affinitatis incluſiue, Epiſcopus ex defectu poteſtatis circa has leges diſpenſare non poteſt, cũ ſit inferior, vt communiter Doctores docent in c. at ſi Clerici §. fin. de Iudic. vbi Felin. in n. 5. & Archidiac. in c. licet canon. de elect. in 6. Abb. in c. cum dilecti nu. 10. de elect. Couar. in quartum decretal. 2. p. c. 6. in prin. nu. 15. & §. 10. nu. 11. Gutier. li. 1. qq. canon. c 5. nu. 10. March. Ant. Cucch. li. 2. in-

inſtit. maior. tit.6. nu.135 Tenent hanc ſententiam Sot. li. 1. de iuſt. q. 7 a. 3. verſ.& nu. Sciſcitaris & in 4. diſt. 37. q. 1. ar. 2. Cor dub.li. 1. qq. q.11. verſ. Hęc igitur ſecunda opinio Meti. in 1. 2.q. 97 ar.4.& alij, ac preſertim Burſat. de irregularit,& diſpenſat p.6. i tit. de cognat. ſpirit. & leg.conſanguin.& affin. nu. 1. vbi dicit diſpēſationem ſupra gradibus tam diuina, quam poſitiua lege ꝓhibitis, & vtriuſq; cognationis, & conſanguinitatis, & affinitatis ſoli Papæ eſſe reſeruatam per tex. in c. fin. de tranſact. & gloſ. in c. quia circa de conſanguinitat. & affinit. in ver. Apoſtolica: cum qua gloſſa idem Burſat. affirmat nec legatos à latere diſpēſare poſſe, niſi ſpecilialiter hoc illis conceſſum eſſet, & hoc eſſe verū dicit in d. p. 6.in tit. de ſponſalib. & màtrim. nu. 1. tam ante conſummationem, quam poſt.

2 Pro parte verò affirmatiua facit primo quia ex magna,& vrgenti cauſa in caſibus Papæ ſpecialiter reſeruatis Epiſcopus diſpenſare poteſt quando de facili Papa conſuli nō poteſt, vt poſt dominos de Rota in deciſ. 355. vel in deciſ. 262. dixit Abb. ſicul. in d. c. at ſi Clerici §. de adulterijs num. 9. de Iudic. per tex. ſingularem, in l. ſi huiuſmodi ff. mand. & approbat. Andr. Sicil.in c. de cauſis col.15. de offic. deleg. & ſequitur Burſat. de irregular. & diſpenſ. p.3. tit. Vtrum Epiſcopus in aliquo caſu, vel cauſa diſpenſ. ſuper. reſer. Papæ nu. 1. Ioa. de Ligna. in d §. de adulterijs, Felin. in c. 1. de Conſtit. fallent. 7. Bald. in l. omnes populi nu. 8. ff. de iuſt. & iur.

Speculat. tit. de diſpenſat. §. nunc de Epiſcoporum num. 3. in fine, Sylu.ver. diſpenſatio q. 15. Roman. ſing. 486. March. Ant. Cucch. li. 2. inſtit. maior. tit. 6. num. 334. Gutier. li.1. canonic.qq. c. 23.nu. 18. & alij quos citat, & ſequitur Sãchez de matrim. lib. 2. diſput. 40. num. 3.

3 Sed in caſu propoſito adeſt magna & vrgens cauſa diſpenſandi ; nam abſq; ſcandalo ſeparari non poſſunt,non ſolum quia filios habent, qui ſeparatis parentibus, commodè educari non poſſunt , ſed etiã quia ex natura rei huiuſmodi ſeparationes ſine ſcãdalo fieri non poſſunt , cũ etiam viri prudentes ex tali ſeparatione offenſionẽ recipiant;& mulieres preſertim digito oſtendũtur , & vilipendio habentur ; ergo cum de facili propter paupertatem Papa conſuli non poſſit, Epiſcopus diſpenſare poteſt.

4 Secundò quia qui habet veriſimilitudinem pro ſe, habet etiam pro ſe deciſionem legis, vt dixit Tiraquell. in l. ſi vnquã nu. 37. C. de reuocand. donat. Euerar. in loco à lege n. 5. Roderiq. tom. 1. qq. regular. q. 20. art. 9. ſed eſt veriſimile ſummum Pontificem in prædicto caſu nolle predicta incommoda; nam reſeruatio hæc fit ob charitatem , & bonam reipublicæ gubernationẽ, & in tali caſu reſeruare,eſſet contra charitatem , & bonam Reipublicæ gubernationem; manerent enim homines remedio deſtituti; ergo præſumendum eſt ſummum Pontificem velle vt in tali caſu Epiſcopus diſpenſet . Et hanc communem eſſe Doctorũ ſententiã teſtatur Garzia in tract. de beneſ. per. 11. c. 5.

c. 5. nu. 342. vbi multos Doctores illam ſequentes adducit, quamuis ipſe illam non ſequatur cũ Soto & non nullis alijs, & illã probabilem & piam appellat Sot. in d. q. 1. art. 2. & illam poſt Ange. & Sylu. tenet Nau. in man. c. 22. nu. 85. in fine, & in conſ. 14. de conſangui. & affin. Nec obſtat contrarium, nam reſpondetur habere locum regulariter, & in caſu quo magna, & vrgẽs cauſa ceſſaret. Saluo ſemper, &c.

CONS. LVIII.

DE RESTITVTIONE FACIENDA ab illa, quæ iniuſte aliquem accuſauit.

SVMMARIVM.

1 *OBligatio reſtitutionis ex ſpeciali læſione iuſtitiæ alterius procedit.*

2 *Mulieres infirmi iudicij ſunt.*

3 *Mulier, quæ iniuſtè aliquem accuſauit abſoluenda non eſt, niſi damna reſtituat, aut reſtituere promittat; & in nu. 6.*

4 *Damnum inferens proximo ex culpa ſua illud reficere obligatur, etiam ceſſante prauo animo.*

5 *Illicita facienti imputantur omnia, quæ inde ſequuntur etiam præter intentionem.*

7 *Volitũ in ſe & in cauſa in foro conſcientię non differũt.*

AN mulier, quæ nocturno tem pore percuſſa

 acuſa-

accuſauit illum, quē falſo
credebat percuſſorem fuiſ
ſe, quia ſecum verbis pri-
die contenderat, ita dam-
na accuſato reſtituere te-
neatar, vt abſolutio ei iu-
ſtè denegari poſſit, cum
habita eodē tempore, quo
percuſſa fuerat, diligētia,
inuenerit illum quem per
cuſſorem credebat in pro-
pria domo in lecto recum
bere, & nihilominus illum
accuſſauerit?

Et videtur dicendum
mulierem predictam à re-
ſtitutione excuſandā eſſe
& conſequenter abſolutio
nem illi denegandam non
eſſe, ſi reſtitutionem face-
1 re denegaret; nam obliga-
tio reſtitutionis ex ſpeciali
læſione iuſtitiæ alterius ꝓ-
cedit, vt poſt Petr. Nau.
lib. 2. de reſtit. c. 1. nu. 2;
3. & 4. dixi in ſecūda par-
te Inſtit. Peregr. lib. 2. c.
18. q. 4. verſ. dico nihilo-
minus & in c. 31. q. 2. verſ.
pro prędictorum. Sed ne-
mo poteſt iuſtitiam alte-
rius lędere niſi volens, vt
dixit D. Thom. in 2. 2. q.
99. art. 3. Sed mulier
prædicta lædere noluit; nā
2 cum mulieres infirmi iu-
dicij ſint, vt habetur in l.
Imperialem C. de nuptijs,
& momentaneum, & in-
ſtabile cor habeant l. filia
in orbitate C. de inoffic.
teſt. l. differre, in princ. ff.
de iur. fic. c. focus, in fine
extra de verbor. ſignif. po-
tius ex infirmitate iudicij,
& leuitate cordis, quàm
ex voluntate lædendi dā-
num dediſſe dicendū erit;
ergò à reſtitutione excu-
ſatur.

3 His tamen non obſtanti-
bus dico mulierē prędictā
ad reſtitutionem prędicto
rum damnorū obligari, &
abſoluendam non eſſe niſi
vel reſtitutionem pręmit-
tat; vel ſaltem promittat
quamprimum reſtituere.

4 Pro-

4 Probatur prima pars huius aſſerti, ſcilicet, mulierẽ ad reſtitutionẽ teneri. Primo quia qui infert dãnum proximo ex culpa ſua illud reficere tenetur, c.2. & fin. de iniur. & damn. dat, etiam ſi animum damnificandi non habuerit, vt dixit Panor. in d.c.fin.not. Sed ex culpa mulieris dãnum accuſatus paſſus eſt; Ergo mulier ad reſtitutionem talis damni tenerur.

Secundò quia qui dat operam rei illicitæ, quæ prohibita ſit ex præcepto iuſtitiæ, illi imputantur omnia quæ ſequuntur etiã præter intentionem ſuam c. tua de homic. c. fin. eod. tit. in 6. dummodo res illa, cui operam dat ex natura ſua ordinata ſit. ad illud quod ſequitur, vt dixit Dec. in c. 1. de offi. deleg. nu. 72. verſ. Non obſtat q. dans operã. Sed in hoc caſu ſupradicta mulier dedit operam rei illicitę, & ex præcepto iuſtitiæ prohibitæ; cum iniuſtè proximum accuſauerit; nam cũ inuenerit illum in domo, & in lecto iacentem eadẽ hora qua percuſſa fuit, veriſimiliter credere nõ potuit ab illo percuſſam fuiſſe, quamuis paulo ante verbis ſimul cõtenderint, & accuſatio ex natura ſua ſit directa ad aſſerendum damnum; ergò tenetur mulier huiuſmodi damnũ reficere, dato quod intentionem inferendi non habuerit.

6 Secunda pars aſſerti ꝓbatur, ſcilicet, mulierem abſoluendam non eſſe, niſi reſtitutionem præmittat, vel promittat quãprimũ illam facere; nam pænitẽs qui nõ eſt bene diſpoſitus abſolutionis capax non eſt, nam non habet ſufficientem materiam cui forma applicari poſſit; ſed

qui iuſtitiã alterius læſit, & damnum reficere non vult, non eſt bene diſpoſitus ad abſolutionẽ ſuſcipiendam, nam adhuc in peccato perſeuerat; Ergo abſoluenda nõ erit mulier prędicta, ſi in prædicto caſu reſtituere non vult.

7 Nec obſtat ratio in contrarium adducta, nam volendo accuſationem, dam nũ voluit in cauſa, & quò ad forum cõſcientię ita eſt volitum, quod in cauſa eſt volitum, ſicut illud quod eſt in ſe volitum, nec excuſari poteſt ex infirmitate iudicij, vel leuitate animi; nam quamuis mulieres tales verè ſint, attamẽ non eſt hęc legitima cauſa excuſandi eas à peccato, & reſtitutione, vt notum eſt. Saluo ſemper, &c.

CONS. LIX.

DE MERCEDE ASSIGNANDA pro occiſſione bannitorum.

SVMMARIVM.

1 *ASſaſſinium commitunt qui locant operas ad homicidium perpetrãdum: ſi hoc faciant iniuſtè vt in num. 6.*

2 *Banniti vt occidãtur ſoluere eſt prębere occaſionẽ perimẽdi corpus, & animam ipſorum.*

3 *Licitè quod efficitur ſi fiat gratis, efficitur illicitum ſi fiat recepta mercede: ſed explica vt in nu. 8.*

4 *Statuta cuiuſcunq; vniuerſitatis*

ſitatis vbiq; permittunt præmia occiſoribus bannitorum.

5 *Bannitorum occiſoribus dupliciter præmia aſſignari poſſunt; & quando fieri hoc licitè poteſt, & quando non.*

7 *Banniti ſi in ſtatu peccati mortalis occidantur ſibi imputare debent.*

DVbitatur, An liceat aſſignare mercedem (*vulgò la Taglia*) eis qui occidũt bannitos illos, qui iuridicè dãnati fuerunt ad mortem ob contumaciam?

1 Et videtur reſpondendũ eſſe negatiuè Primò quia aſſignare, aut dare mercedem, & mercedem recipere pro homicidio committendo, nihil aliud eſt in rei veritate, quàm conducere & locare operam ad homicidium perpetrãdum; ſed qui conducunt, aut locant operas ad homicidium perpetrandum, aſſaſſinium committunt, vt ex communi vſu loquẽtium, & longa interpretatione receptum eſſe dixi in 3. p. meæ Inſtit. lib. 4. c. 2. nu. 19. poſt Decianũ in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 18. Et aſſaſſini hoc modo ſumpti excõmunicãtur in c. 1. de homicid. in ſexto veluti in d. nu. 19. pbaui; ergò illicita erit predictę mercedis aſſignatio.

2 Secũdò quia per aſſignationem huius mercedis datur occaſio nõ ſolum procurandi mortem corporis bannitorum, ſed etiã animarum; quia ob ſpem prętij multi quærunt illos interficere, & niſi eos exuberans gratia diuina præuenerit, vt ſint armis ſpiritualibus præmuniti, facilè in ſtatu peccati mortalis occidendi erunt; ergo illicita erit talis mercedis aſſignatio.

3 Tertio quia, quamuis liceat bannitos occidere, tamen non licet pro illis occidendis mercedē dare, vel recipere; nam illud quod fit licitè ſi fiat gratis efficitur illicitum ſi fiat recepta vel promiſſa pecunia, vt patet ex l. ead. lege & ex toto illo tit. ff. ad leg. Iul. repetundar.

4 Sed in contrariū faciunt ſtatuta cuiſcumq; vniuerſitatis, quæ vbiq; promittunt pręmia occiſoribus bannitorum, veluti teſtatur Aegidius Boſſ. in tit. Banniti quid ammittant num. 1.

5 Reſpondeo dicendum, duplici ex cauſa, aliquem aſſignare poſſe mercedem eis, qui bannitos prædictos occidunt, ſcilicet, aut ob liuorem vindictæ priuatæ, aut ob vindictam & vtilitatem publicam. Ob primam cauſam nullo modo licet occiſoribus mercedem aſſignare; ſicut nō licet vindicta, ſed Deo eſt ſeruanda, ita nec etiam licebit pro illa conſequenda, mercedem ſoluere, aut promittere. Ob ſecundam autem cauſam licita eſt talis mercedis aſſgnatio. Imò in grauioribus delictis eſt etiam neceſſaria, ad hoc vt mali homines ſimilia perpetrare terreantur; *Oderunt namq; ſæpius peccare mali formidine pęnę*. Et illam licitam eſſe ex eo probatur, quòd ſicut non peccat ille, qui ſoluit, vel promittit mercedem Iudici ferenti ſententiam ſanguinis, & miniſtro iuſtitię illam exequenti, imò potius ex iuſtitia eſt illis merces hæc debita, cum dignus ſit operarius mercede ſua; ita nec peccat & qui promittit, aut ſoluit mercedem illis, qui occidunt bannitos

tos illos, qui iuridicè dãnati fuerũt ad mortem ob contumaciam; imò & illis ex iuſtitia merces debetur; pari enim paſſu ambulant, cum quilibet ipſorum ſit iuſtæ ſententiæ executor. Et in hoc ſolum differunt, quòd illis parua merces debetur, cum ſine periculo iuſtitiam exequãtur; iſtis autẽ magna merces eſt debita, cum multis ſe exponant laboribus, & periculis ad hanc iuſtitiã exequendam.

6 Ad primum ergo dicendum eſt, illos aſſaſſinium committere ſoluendo aut promittendo mercedem, vel illam recipiendo pro homicidio committendo, qui hæc faciunt iniuſtè & ob liuorem priuatę vindictæ; non autem illos, qui hoc faciunt iuſtè, & ad vindictam & vtilitatem publicam. Vnde fit vt illi non autem iſti excommunicẽtur in d. c. 1. de homic. in ſexto.

7 Ad ſecundum dicendũ, ſibi imputare debere bannitos, ſi in ſtatu peccati mortalis interficiantur, quia cum ſciant periculũ, debent ſe ſæpius ſpiritualibus armis pręmunire. Et ſicut non Iudici, nec miniſtro iuſtitiæ, ſed ipſi reo imputandum eſt, ſi quando eſt decapitandus nolit penitentiam agere, & ſacramenta recipere, ita nec erit imputandum ſoluenti, vel promittẽti mercedem ſi bannitus armis ſpiritualibus ſe non præmuniat, & ſine ſacramentis moriatur.

8 Ad tertium dicendum, illa effici illicitè, ſi fiant recepta pecunia, quæ quis gratis facere obligatur, vt in d. l. eadem lege, & in toto illo tit. ff. ad leg. Iul. repetund. At ea, quę quis gratis facere non obligatur,

tur, nunquam illicita fiunt ex eo quod quis pro illorum executione pecuniam recipiat. Nemo autem obligatur gratis occidere bannitos ob publicam vindictam.

CONS. LX.

AN BANNITI OCCIDI POSSINT extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *BAnnitus extra territoriũ a quo eſt bannitus occidi nõ poteſt: ſed limita vt in nu. 13.*

2 *Acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis.*

3 *Tacitè quæ ex natura rei inſunt ſuperflue exprimũtur.*

Taciti & expreſſi eadẽ eſt uirtus.

4 *Bannitorum occiſoribus quãdo aſſignatur merces nõ eſt expreſſe reſtringenda quo ad occiſores intra territorium.*

5 *Bannitos extra territorium occidere licet in quibusdã caſibus & quinam ſunt hi caſus explicatur.*

6 *Effectus qãdo nullus eſt ſequendus fruſtra euentus expectatur.*

QVeritur An aſſignantes mercedem eis, qui occidunt bannitos illos, qui iuridice damnati fuerunt ad mortem ob contumaciam, teneatur promiſſionem expreſſe reſtringere quoad occidẽtes intra fines iuriſdictionis illius ter-

territorij à quo ſunt banniti.

1 Et videtur reſpondendũ eſſe affirmatiuè Primò qa bannitus extra territoriũ à quo eſt bannitus occidi non poteſt, cum in alio territorio nõ ſit bannitus; ergo neceſſariò reſtringẽda erit promiſſio ad termi nos territorij bannientis Secundò quia vbi negatur antecedens negandum eſt etiam conſequens; ſed extra territorium bãnientis deneganda eſt occiſio ban niti; ergò & promiſſio pręmij eis, qui illum occidũt; cum ſit conſequens occiſionis.

2 Tertiò quia acceſſorium ſequitur naturam ſui prin cipalis c. acceſſorium de reg. iur. c. ſi ſuper gratiam de offic. deleg. in 6. ſed extra territorium eſt prohibita occiſio bãniti; quod eſt principale; ergò expreſ ſè in promiſſione mercedis eſt prohibendũ ne fiat extra territorium, cum ſit hoc acceſſorium.

3 Sed in contrarium ſe habet quia ea quę ex natura rei tacitè inſunt ſuperfluè exprimuntur, cum taciti & expreſſi eadem ſit virtus l. cum quid ff. de reb. credit.

4 Reſpondeo dicẽdum aſſignationem & promiſſionem mercedis non eſſe expreſsè reſtringẽdã quò ad occiſſores intra territoriũ.

5 Tùm quia, cum tacitè ita facta intelligatur, vana eſſet hæc expreſſio; nam fruſtra fiunt per plura quę fieri poſſunt per pauciora. Tùm quia nonnulli dantur caſus, in quibus etiam extra territorium bãnitos occidere licet, quorum Primus erit quando Princeps alterius territorij requiſitus bannitos punire neglexerit; nam cum tũc liceat illi bellum mouere

ve-

veluti dixi in prima ſecundæ lib. 2. c. 18. num. 20. multo magis licebit prædictos bannitos occidere, quia cui conceditur quod eſt plus, conceditur etiam quod eſt minus, quemadmodum in ſpecie tenui in 3. p lib. 5. c. 4. num. 37. vbi de hoc latius ſcripſi. Et idem eſt dicendũ quando ideo Princeps alterius territorij nõ requiritur vt bannitos puniat, quia ex probabilibus coniecturis conſtat illum hoc non eſſe facturum ſaltem ſecundũ qualitatem delicti; tunc enim non eſt.

6 Princeps ille requirendus, quia fruſtra expectatur euentus, cuius nullus ſit ſequendus effectus c. cum cõtingat de offic. deleg. & dixi in d. c. 18. n. 29. & idem eſt quando non eſſet facturus, niſi cũ aliquo natabili præiudicio Principis requirentis; nã tunc etiam remaneret Princeps offenſus, ita vt etiam bellum moueri poſſet per dicta in d. c. 18. Secundus caſus erit quando quis eſſet bãnitus pro aſſaſſinio, & hoc coram iudice delicti conſtaret per argumenta ſaltem probabilia, & ſuper ea probatione fuiſſet declaratum, vt per Boſſi. in tit. de mandato ad homicid. nu. 19. per tex. in c. 1. de homicid. in ſexto vbi ita tenere teſtatur Doctores omnes. Et idem eſt dicendum in delictis maioribus, ſummendo argumentũ à minori ad maius. Et cum in his caſibus liceat extra territorium bãnitos offendere, licebit etiam offenſoribus mercedem promittere, cum acceſſorium ſequatur naturã ſui principalis; nec eſt reſtringenda promiſſio quò ad occiſores bannitorũ intra territoriũ à quo sũt bãniti,

niti, ſed abſolutè & abſq; reſtrictione aliqua fieri poteſt, maxime q̃do ſumus in aliquo ex dictis caſibus.

Ad Primum ergo dicẽdum procedere regulariter ſcilicet vt bannitus extra territorium occidi non poſſit; ſed cum contrariũ ſit dicendum in caſibus ſupra expreſſis, erit in illis prædicta regula limitãda. Nec in caſibus, in quibus hoc non licet, neceſſariò requiritur vt in promiſſione fiat expreſſa reſtrictio territorij, cum tacitè intelligatur, & taciti ac expreſſi eadem ſit virtus. Et ſic patet etiam reſponſio ad ſecundum, & tertium argumentũ. Saluo ſẽper, &c.

CONS. LXI.

DE EXIGENTIBVS ONERA ab Eccleſiaſticis reſpectu bonorum acquiſitorum.

SVMMARIVM.

1 *ONus annexum res ſi habet, cum illo tranſit.*

2 *Bona tranſeunt ad Eccleſiã cum onere ſoluendi tributa, quæ inerant illis priuſquam ad Eccleſiam tranſirent. ſed vide in nu. 7.*

3 *Exigentes onera ab Eccleſiaſticis abſq; ſpeciali, & expreſſa licentia Romani Põtificis indiſtinctè excommunicantur in bulla cænę Domini.*

Exceptio firmat regulam in omnibus alijs caſibus non exceptis.

Tri-

4 *Tributum nõ perpetuum & certum, ſed q̄ pro varieta te rerum & temporum exigitur ex aliquibus bonis nõ tranſit ad eccleſiaſticos vna cum bonis illis.*

5 *Statuta laicorum odioſa clericis ipſos clericos nõ ligant Et nulla eſſent huiuſmodi ſtatuta ſi clericos cõprehenderent.*

6 *Statuta laicorum cõtra libertatem Eccleſiaſticam nulla ſunt.*

DVbitatur, an ſint excõmunicati ex bulla cænę Domini, & ex alijs iuribus ciues N. q̄ ab anno 1602. exegerunt, & exigunt ab Eccleſiaſticis onera, quæ à laicis exigũtur reſpectu bonorum ex tunc ab ipſis Eccleſiaſticis acquiſitorũ?

Et videtur dicendum prima fronte prædictos ciues nullam excommunicationem contrahere; cum exigendo prædicta onera vtantur iure ſibi conceſſo à ſtatuto N. in quo cauetur, vt bona tranſeant cũ onere ſuo, licet tranſeant in exemptum, ſed bona diſtrictus N. habent annexum onus, vt ex illis ſeu reſpectu illorum ſoluant ciues mercedes miniſtrorum, & annuos cenſus, ac alia huiuſmodi onera; ergo ad quęcunq; tranſeunt bona illius diſtrictus, trãſeunt cum hoc onere; quia

1 res habens annexum onus cum ſuo onere tranſit c. ex clericis de pignorib. c. ſi quis laicus 16. q. 1. cum alijs concordantibus; ergo exigentes hoc onus nullam excommunicationem contrahunt.

2 Secundò quia cõmunis Doctorum ſententia docet, bona quæ tranſeunt ad Eccleſiam non eximi à reali ſolutione tributorũ, quæ ipſis inerant priuſquàm ad Eccleſiam tranſirent

ſirẽt quemadmodũ tenet Bart. in l. de ijs C. de Epiſcopi. & Cler. & in l. placet. C. de Sacroſãct. Eccl. Innoc. in c. non minus. de immunit. Eccleſiar. Gloſ. & Archid. in c. ſecundum canonicam 23. q. 8. & alij ergo nullam excommunicationem contrahunt ciues N. exigẽtes prædictas exactiones.

3 Quibus tamen non obſtantibus exiſtimo prædictam exactionem eſſe illicitam, & ciues prædictos qui prędicta onera exegerunt, vel exigũt incurrere excommunicationem Bullæ cænę Domini, & c. quãquã de cenſ. & exactionib.
3 in ſexto, ac aliorum iurium prohibentiũ exactionem prædictam ſub pæna excõmunicatonis. Primo quia in Bulla cænæ Domini excommunicat. 18. indiſtinctè excõmunicantur exigentes quęcunq; onera ab Eccleſiaſticis, ac ex bonis eorum abſq; Romani Pontificis ſpeciali & expreſſa licentia; & cum in illo textu ſolus caſus ſpecialis, & expreſſæ licẽtiæ ſummi Pontificis ſit exceptus, & in c. quanquam excipiantur tantũmodo bona pertinentia ad mercaturam, ita cenſetur in omnibus alijs caſibus prohibita hæc exactio, vt in nullo alio caſu in iure non excepto liceat: natura enim exceptionis talis eſt, vt firmet regulam in omnibus alijs caſibus non exceptis c. dixit Dominus 32. q. 7. & notatur in c. quoniam de coniug. leproſor.
4 Secundò quia hoc onus quod exegerunt, & exigũt ciues N. ex bonis, quæ tranſierunt ad Eccleſiaſticos, non eſt perpetuum, & certum, ſed, vt in facto mihi tranſmiſſo aſſeritur, nunc exigitur maius nũc

minus ſecundum varietatem imminentium cauſſarum, & quãdo ex aliquib' bonis exigitur aliquod tributum, ſeu onus, quod nõ eſt perpetuum, & certum, ſed pro varietate temporum, & imminentium negotiorum & cauſſarũ variatur, quod fit, vt dicunt Doctores, pro ſolido, & libra, tunc, ſi bona huiuſmodi oneribus grauata, ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas perueniant, onus illud habere deſinũt c. nouit. 10. q. 1. c. 1. de iure patronat. in ſexto, Archid. in c. 1. de immunit. Eccleſ. in ſexto, & ibidem Io: Andr. in nu. 5. in fine. Gemin. in nu. 9. Cald. in conſil. ſecundo de conſtit. num. 2. & dixi in mea pri. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 103.

5 Et ad primam ex contrarijs rationibus adductis reſpondetur, ſtatutũ N. nõ ligare perſonas Eccleſiaſticas, cum ſit illis odioſum, vt per ſe patet; & ſtatuta laicorum, quæ ſunt odioſa clericis & Eccleſiaſticis, ipſos clericos, & Eccleſiaſticos non ligant, veluti poſt Baldum in l. cunctos populos col. 12. de ſumma trin. & fid. cathol. dixi in d. c. 17. q. 6. n. 111. quinimo ſi Eccleſiaſticas perſonas comprehẽderet, nullum eſſet tale ſtatutũ; eſſet etenim contra libertatem Eccleſiaſticam per ea quę dixi in d. pri. ſecũdę li. 2. c. 27. q. 3. n. 34 & 35.

6 Et ſtatuta laicorum, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticã, nulla sũt Auth. cauſas C. de Sacroſanct. Eccleſ. Conſtit. Frider. de ſtat. & conſuetud. in vſib. feudor. c. nouit de ſent. excom. & dixi in d. q. 3. num. 34.

7 Ad ſecundam rationem reſpondetur, communem ſententiam Doctorum eſſe

in-

intelligendam de bonis illis, quę onera certa, & inuariabilia ſoluunt, quia tunc onera hæc ita sũt annexa poſſeſſionibus vt ad quemcunq; tranſeant cũ his oneribus tranſeant, alioquin ſecus per ea, quę dixi in d.c. 17.q. 6. nu.98. & ita illam eſſe intelligendam dixit Panor. in c. 1. de cenſib. nu. 6. & 7. & in c. vlt. de vit. & honeſt. clericor. & Syl. ver. immunitas 1. q. 5. verſ. Tertium, & alij. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXII.

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

SVMMARIVM.

1 *Damnum dediſſe videtur qui cauſam damni dat.*

2 *Reſtitutionem pro damno dato innocenti falsò accuſato facere non obligatur percuſſor, nec mandans, ſed ille, qui accuſauit Limita vt in nu. 4.*

Reſtitutionis obligatio tantum naſcitur ex damno illato cum iniuria.

3 *Reſtitutionem damnorum ſolummodo facere obligatur ille qui proximam cauſam damni præſtat.*

PErcuſſor an teneatur dãnorum reſtitutionem facere tertio innocenti, qui ob talem percuſſionẽ falsò accuſatus multa damna paſſus eſt?

1 Et videtur dicendum à mandante, vel à percuſſore tertio innocenti iniuſtè

accuſato reſtitutionem faciẽdam eſſe; quia qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur c. de cætero, & c. presbyterum de homicid. c. ſecut. de teſtib. c. ſi tu 25. q. 2. c. eſt iniuſte 23. q. 4. & arg. c. de neptis 31. q. 3. ſed mandans, & percuſſor cauſam damni dederunt, nam ſi vnus non mandaſſet, & alter non percuſſiſſet, innocens nõ fuiſſet accuſatus; ergò ad reſtitutionem tenentur.

2 Dico nihilominus neq; à mandante, neq; à percuſſore reſtitutionem faciendam eſſe, ſed ab ipſa tantum muliere, quæ falsò accuſauit; & ratio eſt; nam obligatio reſtitutionis, vt ſępe dixi, tantum naſcitur ex damno dato cum iniuria, hoc eſt cum læſione iuſtitiæ eius, cui infertur: ſed à prædicto mandante, & percuſſore nulla iniuria, ſeu nulla iuſtitię læſio innocenti accuſato facta eſt, ſed eius iuſtitia tantũ læſa eſt ab accuſante; ergò non mãdatarius, & percuſſor, ſed ipſa tantum accuſans reſtituere tenetur.

3 Nec ratio contraria obſtat, nam non omnis qui qualẽcũq; causã, & occaſionẽ damni pręſtat reſtituere tenetur, ſed ille tantum, qui cauſam eius proximam pręſtat, vt dixit Nau. in conſil. 4. num. 1. de iniur. & damn. dat. per gloſ. quam dicit ſingularẽ in d. c. de cætero, de homicid. Sed tu conſimilem gloſſam adde in c. placuit vt vnusquiſq; 1. q. 1. cauſa autem prædicta non eſt proxima, nam illa poſita, innocentis accuſatio inde non ſequitur.

4 Limita tamẽ in caſu quo ideo tali die vel tempore percuſſio facta eſſet, quia

à man-

à mandante vel percuſſore probabiliter preſumebatur tertio illi innocenti eã fore imputãdam, nam verè tunc cum iniuria ſeu læſione iuſtitiæ illius innocẽtis percuſſio facta eſſet: & verè tunc cauſa damni à mandante & percuſſore preſtita eſſet. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXIII.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus concedere non poteſt vt ſecerdos ultra conſuetam eleemoſynã aliquid recipere ualeat pro celebratione miſſarum ſed limita vt in uu. 5.*

2 *Miſſa pro dicenda qui conſuetam eleemoſynam accipit, totum id quod illi vt miniſtro publico applicare commiſſum eſt, applicare obligatur.*

3 *Miſſa pro dicenda iuſta eleemoſyna quæ ſit.*

4 *Miſſarum celebrandarũ numerus vbi magnus eſt ſacrum Concil. Trid. ſtatuit vt poſſit Epiſcopus illum minuere; & quare.*

Abſurda non ſunt dicenda.

5 *Miſſa pro dicenda qui minorem taxa dat eleemoſynã iniuſtitiã committit, à qua ſe indemnẽ Sacerdos Seruare poteſt.*

NOn poteſt Epiſcopus ſine peccato iniuſtitiæ cõcedere Parochis, alijsq; Sacerdotibus quibuſcũq; vt

vt pro miſſis quotidianis dicendis vltra conſuetam eleemoſynā quam aliquis fidelis dat, aliam cōſimilē eleemoſynam ab alio fideli recipiant; nam facere nō poteſt vt quod alicui de iuſtitia ex natura rei eſt debitum, illi non debeatur:
2 ſed de iuſtitia Sacerdos, qui pro miſſa dicenda ſufficientem eleemoſynā accepit, ex natura rei integram illam portionem ſatisfactionis, quę illi vt miniſtro publico ad applicādum commiſſa eſt, applicare tenetur, vt probat Suar. tom. 3. diſput. 86. ſect. 1. alioquin mortaliter peccat, & ad reſtitutionē tenetur, vt dixit Petr. Nau. li. 2. de reſtit. c. 2. nu. 263. Cord. qui teſtat. de communi li. 1. qq. q. 3. & ſequitur Roder. in p. 1. ſummæ c. 250. nu. 4. Petr. de Aragon. de iuſt. & iur. q. 85. ar. 3. col. 28. ver. dico ſecundo ergo ſine iniuſtitia ſtatuere non poteſt Epiſcopus vt pro vna miſſa ab vna, vel à diuerſis perſonis duas iuſtas eleemoſynas ſacerdotes reci-
3 piant. Et illam eſſe iuſtā eleemoſynam cenſeo cum Suar. in d. diſput. 86. ſect. 2. concl. 2. quæ communi conſuetudine communiter recepta eſt, & approbata à viris prudentibus, & Deum timentibus. Et communis Italię noſtræ cōſuetudo à viris prudentibus, & Deum timentib⁹ communiter recepta, & approbata eſt, vt valor Iulij pro iuſto miſſæ ſtipenpio detur.
4 Nec obijcias ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de reformat. vbi conceditur Epiſcopis, vt in Eccleſijs, in quibus magnus miſſarum celebrandarum numerus impoſitus eſt ex varijs defunctorum relictis, ita vt

pro

pro ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis nequeat ſatisfieri, vel in quibus eleemoſyna aſſignata, adeo tenuis eſſet, vt non facilè inueniatur, qui velit huic muneri ſubiacere, in Synodo Diæceſana, re diligenter perſpecta, ſtatuere poſſint pro ſua conſcientia quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atq; Eccleſiarũ vtilitatem viderint expedire; nam non ideo conceſſum eſt Epiſcopis, vt circa hęc iniuſtitiam cõmittere poſſint; abſurdum enim hoc eſſet, & à ſacri Concilij mente alienum, ac ideo non dicendum l. nã quod abſurdum ff. de bon. lib. c. dudũ de præb. in 6. Sed prędicta Epiſcopis ideo ſacrum Concilium conceſſit, quia cum in primo caſu, ſcilicet vbi magnus miſſarum celebrandarum numerus impoſitus eſt ex varijs defunctorum relictis pro ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis ſatisfieri nequeat, conſequẽter omnimodè inde non oritur obligatio, quæ quo ad impoſſibilia ceſſat. l. impoſſibilium ff. de reg. iur. & in 2. caſu non iuſta, ſed tenuis eſt eleemoſyna, ac ideo cupiens ſancta Synodus, vt quò plenius fieri poteſt ad pios vſus relicta impleãtur, cõceſſit Epiſcopis, vt circa eleemoſynas huiuſmodi ſtatuere poſsĩt. Quæ oĩa cũ ceſſent in caſu noſtro, Epiſcopus vigore dicti Concilij nihil ſtatuere poteſt; nam vbi ratio legis ceſſat, & legis diſpoſitio ceſſare debet c. cum ceſſante de appellat. l. fin. ff. de hered. inſtit. l. quod dictum ff. de pact.

5 Fateor tamen poſſe Epiſcopum in caſu noſtro miſſarum ſtipendium augere vſq; ad valorem illũ, quo

probabiliter credi poteſt Sacerdotes facilè forè inueniendos, q̨ miſſas celebrẽt. Poteſt enim Epiſcopus in ſua Diœceſi hoc agere ex rationabili cauſa, vt affirmat Arag. vbi ſupra col. 32. verſ. Dico ſecundo Suar. in d. diſp. 86. ſect. 2. concl.1.& ſentit Roderiq. ĩ loco ſupra citato cõcl.4.

6 Quam taxam promulgatam ſi quis non ſeruaret, ſed minorem eleemoſynam pro miſſa dicẽda daret, tunc poſſent Sacerdotes ab eodem, vel à diuerſis tot eleemoſynas ꝑ vna miſſa accipere, quot ad taxatum ſtipẽdium ſufficerent, quia tunc qui minorẽ eleemoſynam daret, iniuriam Sacerdoti faceret, à qua ſe indemnẽ ſeruare poteſt abſq; iniuria dantis eleemoſynam, quia lex pro ipſo Sacerdote interpellat, & iure ſuo vtitur. Et ita tenet Suar. in d. diſput. 86. ſect. 4. Et faciunt ea, quæ dixit Sot. lib. 9. de iuſt. q. 3. art. 1. circa finem, & in quartum diſt. 13. q. 2. art. 1. in fine Can. lib. 12. de loc. Theologicis c. 13. ad 10. Ledeſ. de ſacr. Euchar. c. 18. cõcl. 14. Arag. vbi ſupra col. 29. verſ. His tamen. Saluo ſemper. &c.

CONS.

CONS. LXIV.

DE EXACTIONE SVBSIDII cuiuſdam Feudatarij.

SVMMARIVM.

1 *INiuriam nemini facit, qui ſuo iure vtitur.*

2 *Feudatarij, qui in ſubditorũ adminiſtratione ab alio dependent quidquam à ſubditis exigere non valent: diſtingue vt in nu. 4. & 6.*

3 *Feudatarij Principes nõ sũt ſed Capitanei proprie nominantur.*

5 *Regalium in conceſſione, & ius exigendi gabellas cõceſſum eſt.*

7 *Gabellas exigentes ex bonis patrimonialibus clericorũ, aut ex beneficialibius excõmunicationẽ bullę cęnę Domini incurrunt.*

FEudatarius quidã Ducatus Mũtinenſis ſępius cogens ſubdictos ad ſubſidium aliquod illi pręſtandum: Quęritur an peccet, & reſtituere teneatur? Et Secundò queritur quam pænam incurrant ſubditi prædictum donatiuũ exigentes nõ ſolum ex bonis conſubditorum, ſed etiã ex bonis patrimonialibus Clericorum, & ex bonis beneficiorum ſimpliciũ.

1 Quò ad primum videtur dicendum feudatariũ prędictum non peccare, nec ad reſtitutionem teneri; nam qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam c. cum Eccleſia. de elect. l. iniuria

rum

rum §. 1. ff. de iniur. ſed prædictus feudatarius petendo à ſubditis ſubſidiũ vtitur iure ſuo; nã Doctores ponentes cauſas, ob quas gabellas ſeu collectas imponere licet, inter cætera ponunt pietatem erga propium Principem, vt dixi in prima Secundæ Inſtit. Pereg. lib. 2. c. 17. q. 4. Ergo feudatarius prę dictus non peccat, nec reſtituere tenetur.

2 E contra vero videtur dicendum feudatarium prædictũ mortaliter peccare, & ad reſtitutionem in prædicto caſu teneri; nam feudatarij, qui in ſubditorum adminiſtratione ab alio ſuperiore dependent ius nõ habẽt à ſubditis quidquã exigendi, niſi quod illis à ſuperiore conceſſum fuerit, vt poſt. Leſ. li. 2. de iuſt. c. 33. dub. 2. nu. 13. dixi in d. c. 17. q. 1. in prin. & dixi ſupra in conſ. 24. in c.

3 Illuſtriſſime D. in fine. Et ratio eſt; nam non à populo, ſed ab eo à quo conſtituti ſunt ſtipendia accipere debent, cum ipſi Principes nõ ſint, ſed Capitanei proprie nominentur quocunq; titulo ſint decorati, vt poſt Aluar. in c. 1. §. ſi Capitanei de feud. nat. & Zaſium de feud. p. 5. tit. Qui feud. dar. vel accip. poſſ. nu. 1. dixi in d. prima ſecundæ Inſt. Peregr. li. 2. c. 16. q. 1. quapropter cõtrarium argumentũ non obſtat, nam loquitur de Principe, & feudatarius predictus Princeps nõ eſt.

4 Vt vtramq; igitur difficultatẽ effugiamus, cũ diſtinctione erit reſpõdẽdũ, ſcilicet, quòd aut prædictus feudatarius habet regalia, aut non. ſi habet regalia, & iuſtã habet causã cogẽdi ſubditos ad ſubſidium aliquod ſibi prę ſtandum, neq; peccat, neq; reſtitu-

reſtituere tenetur; nã in regaliũ cõceſſione & ius exigẽdi à ſubditis ſubſidium & gabellas concesſum eſt, vt patet ex c. 1. quæ ſint regal. & dixi in d. c. 17. q. 2. ad primam, & cum iure ſuo tunc vtatur, nemini facit iniuriam, vt patet ex dictis in ratione pro parte negatiua adducta.

Dixi: ſi iuſtam habet cauſam; nam ſine iuſta cauſa ſubſidium à ſubditis exigere minimè poteſt, vt latè dixi in d. c. 17. q. 4. vbi tunc iuſtam cauſam Principem, ſeu feudatarium aliquem habere oſtendi quando pro ſuſtinẽda propria vel prolis dignitate indigeret, vel pro ſe, aut prole ab hoſtibus liberanda, vel pro filia maritanda, & in cauſis cõſimilib⁹.

6 Si verò feudatarius prædictus regalia nõ habet, à ſubditis ſubſidiũ aliquod iuſtè exigere non poteſt, & exigẽdo mortaliter peccat, & reſtituere tenetur, per dicta in ratione pro parte affirmatiua.

Ad ſecundum dubium videtur dicendum prædictos ſubditos ex duplici capite pœnam bullæ cęnæ Domini incurrere. Primò propter impoſitionem nouorum pedagiorum, propter quam incurrunt excommunicationem §. 5. Et ſecundò propter exactionem gabellarum ex bonis Eccleſiaſticorum propter quam incurrunt excommunicationem 18.

Dicas nihilominus excommunicationem §. 5. non incurrere; nã cũ prædicta exactio fiat per modum collectæ, quæ à ſolis ſubditis, & incolis exigitur, quibuſcunq; adminiſtratoribus Caſtrorum, & Villarum, quæ per adminiſtratores reguntur, illas imponere, & exigere licet,

Bulla

Bulla prædicta non obſtāte, quæ in d. §. 5. de pedagijs, & gabellis loquitur, & ita ſentiunt communiter doctores vt latè dixi in d. c. 17. q. 3. verſ. quam primam concluſionem.

7 Sed tantum incurrere ex communicationem 18. ex duplici capite, ſcilicet, quia exigunt gabellas ex bonis patrimonialib' Clericorum, & quia exigunt ex beneficijs ſimplicibus, vt expreſsè patet ex d. Bulla, & latè probaui in d. c. 17. q. 6. Saluo ſēper, &c.

CONS. LXV.

DE PROMISSIONE BENEFICII viuentis.

SVMMARIVM.

1 *PRomiſſiones beneficiorū non vacantium in iure prohibentur.*

2 *Promiſſionem præſentationis ad beneficium cum uacauerit, qui procurauit nec mortaliter peccauit, nec pœnā aliquam cōtraxit, ceſſante contēptu, voto captandæ mortis, ac eius periculo.*

3 *Lex humana tàm ciuilis quàm canonica, quæ in præſumptione, fundatur ad mortalem culpā nō obligat, quando veritas præſumptioni eſt contraria.*

4 *Promiſſiones ad beneficia uacatura canones prohibent ob præſumptionē voti captandæ mortis.*

5 *Tranſgreſſio cuiuſcunq; præcepti, mandati, aut conſilij ob cōtemptum mortalis eſt.*

AN-

ANtonius viuẽte beneficiario cuiuſdã Iuriſpatronatus procurauit,& obtinuit promiſſioné pręſentationis ad eundem à Frãciſco legitimo patrono illius, & mortuo dicto beneficiario, virtute dictæ promiſſionis Antonius fuit præſentatus, & beneficiũ obtinuit ; Quęritur, an mortaliter paccauerit, vel in pęnã aliqã inciderit, cũ in c. cum dilecta de conſſ. preb. huiuſmodi promiſſiones prohibeantur.

1 Reſponſum fuit Antoniũ mortaliter peccaſſe, nulli tamẽ cenſuræ obnoxium fuiſſe, fructoſq; perceptos ſuos feciſſe & facere. Et mortaliter peccaſſe ideo affirmatum fuit,quia trãſgreſſio cuiuslibet legis regulariter obligat ad mortale, ſi fuerit iuſta, lata ab habente poteſtatem,& ad bonũ cõmune, cõtineatq; materiã ſanã & vtilem, & ſeruet proportionem Ciuiũ, ſi publicata, & recepta fuerit. Quę omnia cũ in caſu noſtro optime cõcurrant,non apparet quomodo Antonius à laetali trãſgreſſione defendi poſſit.

2 Dicas nihilominus, Antonium,ceſſante contemptu & voto captandæ mortis, ac eius periculo, neq;mortaliter peccaſſę, neq; in pænam aliquam incidiſſe. Et ratio eſt;nam lex huma ſiue ciuilis,ſiue canonica, & ſi iuſta ſit, ad culpam mortalẽ tamẽ nõ obligat, quoties in præſumptione fundatur,& in caſu aliquo veritas præſumptioni eſt contraria, vt patet ex c. is qui, & c. tua. de ſponſal.

4 Et ex his quæ docet Nau. in man. c. 23. nu. 62 Sed Concilia & canones, quæ prohibent dictas promiſſiones fundantur in præſumptione, ne quis deſide-

derare videatur mortem proximi, in cuius locum, & beneficium ſe credat ſucceſſurum, vt videri poteſt in Concilio Lateranenſi relato in c. nulla de conceſſ. præb. in quo fundantur c. relatum c. conſtitutus, c. ex tenore, & c. cum dilecta eod. tit. Et idem patet ex c. deteſtanda eod. tit. in 6. ergò dicto deſiderio, ſeu voto captandę mortis ceſſante, Antonius neq; mortaliter peccauit, neq; pænam aliquã contraxit.

5 Dixi; *ceſſante contemptu*, nã tranſgeſſio cuiuſcunq; præcepti, mandati, vel conſilij ſi fiat ex contemptu, peccatũ mortale eſt, vt dixit Sylu. ver. lex q. 8. Ex his patet ceſſare contrarium argumentum, dato quod eius fundamentum verum eſſet, quod tamen non ita indiſtinctè concedo, ſed de hoc alibi dicam, nam nunc altioribus impeditus longiorem ſuper hoc ſermonem texere non valeo. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXVI.

DE VOTO CASTITATIS AB Epiſcopo diſpenſabile.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quò ad votũ perpetuæ caſtitatis diſpenſare poteſt quando recurſus ad Papam haberi non poteſt, & periculum adeſt in mora.*

Epi-

EPiſcopus an diſpenſare poſſit cum muliere, quæ votum perpetuæ caſtitatis emiſit; & poſtea ſponſalibus à patre contractis conſenſum præſtitit, & cum ſponſo familiariter ita conſuetudinẽ habuit, vt ſine ſcandalo à cõtractis ſponſalibus recedere non poſſit?

1 Exiſtimo poſſe Dominat. tuam Illuſtriſſimam cum muliere prædicta diſpenſare, cum pateat ipſam ad Papam recurſum habere non poſſe, & periculum in mora adſit ratione familiaritatis, quam cum ſponſo habet; quibus interueniẽtibus Sylu. ver. votum 4. q. 4. dicit, quoad votum perpetuę caſtitatis Epiſcopum diſpenſare poſſe. & teſtatur Sanchez in opere morali lib. 2. c. 10. nu. 43. communem eſſe Doctorũ ſententiam, poſſe Epiſcopum diſpenſare in omnes caſus pontificios quando periculum eſſet in mora, ſi licentia ſummi Pontificis expectaretur. Iniungẽdum tamen erit prædictę mulieri vt prædictum tantum matrimonium cõtrahat, & mortuo viro, caſtitatem ſeruet, ac etiam vt ſemel in menſe ad confeſſionem accedat, & quotidie pium aliquod opus à Dominatione tua Illuſtriſſima illi aſſignandum faciat, iuxta ſacrę pænitentieriæ morem. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXVII.

DE MACELLARIIS permittentibus Iudæis occiſionem animalium more Iudaico, & de Chriſtianis comedentibus ex dictis carnibus.

SVMMARIVM.

1 *PErmiſſo vno omnia cenſentur permiſſa ſine quibus illud expleri non valet.*

2 *Iudęis permiſſum eſt iudaico more in terris Chriſtianorum viuere & ſuos ritus exercere,*

3 *Ius ſpecificum vbi non extat recurrendum eſt ad cõſuetudinem loci.*

Conſuetudo uim legis habet in actibus de qbus lex nõ extat.

4 *Communicatio cum Iudęis eſt prohibita.*

Sinagogæ veteres Iudęis permiſſę ſunt.

5 *Macellarij concedere nõ poſſunt Iudęis vt iudaico more animalia occidant.*

Iudęi in vſu ſuorum rituum peccant.

Conſentiens peccato alterius mortaliter peccat.

6 *Ordinarij peccata manifeſta punire, & occulta inquirere vt illa punire poſſint obligantur.*

7 *Conſuetudo vt in macellis Chriſtianorum occidantur animalia more iudaico eſt praua & non ualet.*

8 Pec-

8 *Peccatorum tolerantia non pertinet ad priuatos, ſed ad ſuperiores, ideoque peccant priuati tolerando.*

9 *Macellarijs non licet partes animalium Iudaico more occiſorum Chriſtianis vendere, nec illas Chriſtiani comedere poſſunt: & impugnatur ſententia Marquardi, qui contrarium docuit vt in nu. 10. 11. & 12.*

10 *Azima Iudęorum manducare fideles prohibentur.*

11 *Chriſtiani cum Iudæis conuiuia facere prohibentur, & quare?*

15 *Scandalo pro uitando omnia ea omittenda ſunt, quæ ſine peccato omitti poſſunt.*

VErtitur in dubium, an Macellarijs Chriſtianis liceat permittere Iudæis, vt ſecũdum eorum ritum occidere valeant animalia in macellis Chriſtianorum pro victu eorumdem Iudęorum, & partes anteriores animalis per eos occiſi reſeruent pro eorum vſibus, & poſteriores abijciant? & an liceat ipſis macellarijs prædictas partes poſteriores à Iudęis derelictas Chriſtianis vẽdere, & illis veſci? Quò ad primam ex prædictis duabus difficultatibus propoſitis videtur affirmatiuè eſſe reſpondendum Primò quia vno permiſſo omnia videntur permiſſa, ſine quibus illud expleri non valet c. præterea, & c. prudentiã, de offic. deleg. l. ad rem mobilem, & l. ad legatũ ff. de iuriſdict. omni Iudi.

2 Sed iudæis permiſsũ eſt, vt in terris Chriſtianorum iudaico more viuere, & omnes ſuos ritus exercere poſſint, vt patet ex c. qui Syncera 45. diſt. & tradit D. Thom. in 2. 2. q. 10. art. 11. & iudaico more viuere, & omnes ſuos ritus

exercere non poſſunt niſi carnes animalium iudaico more occiſorum comedant; ergo videtur eis permiſſum, vt etiam in macellis Chriſtianorum prædicta animalia ſecundum iudaicum ritum occidere valeant.

3 Secundò quia vbi non extat ius ſpecificum recurrendum eſt ad cõſuetudinem loci arg. c. vtinã 76. diſt. quæ conſuetudo vim legis habet in actibus, de quibus lex non extat c. cõſuetudo 1. diſtinc. l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. ſed in hac Mutinenſi Diœceſi non extat lex, quę prohibeat macellarijs Chriſtianis permiſſionem quã ipſi faciunt Iudęis, vt poſſint ſecundũ ritũ iudaicũ dicta animalia occidere, & extat conſuetudo, quę hoc permittit; ergo dictę conſuetudini ſtandum erit.

4 Tertiò quia macellarij permitẽdo dictã cõſuetudinẽ dici nõ poſſunt cõmunicare cũ Iudęis, quod eſt prohibitum, vt in c. Iudæorũ filios cũ ſeq. 28. q. 1. ſed ſimpliciter tolerare vt Iudæi eorũ ritibus vtantur, quod eſt permiſſum, vt in d. c. qui ſyncera, prout etiam veteres ſinagogæ illis permittuntur, vt in. c. conſuluit de Iudæ. & in l. ſinagoga C. eod.

5 His tamen, & alijs, quę in contrarium adduci poſſunt, non obſtantibus, cẽſeo, nullo modo licere dictis macellarijs predictam animalium occiſionem, ſecundum iudaicum ritum Iudæis concedere; quod ex eo mihi probatur quòd manifeſtũ eſt iudæos peccare in ſuis vſibus ſeruandis, & qui conſentit peccato mortali alterius, mortaliter peccat vt habetur in gloſ. ad Rom. 1. ſuper illud, *Non ſolũ qui faciũt,*

ſed

ſed etiam qui conſentiunt, & tradit D. Th. in 2. 2. q. 10. ar. 11. ſed prędicti macellarij permittẽdo Iudæis, vt ſecundum Iudaicũ ritum animalia occidere poſſint, peccato mortali Iudæorũ conſentiunt, iuxta ea, quę dicit Nau. in man. c. 11. nu. 15. ergo mortaliter macellarij peccãt; & cõſequẽ-
6 ter Ordinarij præſertim Eccleſiaſtici tale peccatũ tolerare non debent, cum teneãtur ipſi caſtigare peccata, quæ patent, & ea, quę latent inquirere vt punire illa poſſint, vt probatur ex c. 1. de offic. ordin. & ex l. cõgruit ff. de offic. Pręſid.

Et ad primum reſpondetur, falſam eſſe conſequentiam, non enim ex illis præmiſſis ſequitur permiſſum eſſe Iudæis, vt in macellis Chriſtianorũ prædicta animalia iudaico more occidere poſſint, ipſis macellarijs Chriſtianis cõſentientibus, ſed tantùm ſequitur, vt ſit permiſſum Iudæis animalia iudaico more occidere, quod nos non negamus.

7 Ad ſecundum reſpondetur, dictam conſuetudinem eſſe prauam, & ideo potius corruptelam dicẽdam eſſe, vt in c. inter dilectos de exceſſib. prælat. & cum inducat peccatum nõ valet, vt dixit Panorm. in c. Clerici nu. 14. de vit. & honeſt. Cleric. per tex. in c. ex parte, de conſuet.

8 Ad tertium reſpõdetur, macellarios permittendo dictam occiſionẽ non poſſe dici illam ſimpliciter tolerare, nam ad priuatos peccatorum tolerantia nõ pertinet, ſed proprie illa pertinet ad ſuperiores, qui ideo peccata tolerãt, quia illa nõ puniunt ad grauiora vitanda: priuati verò, ſi peccatum à ſuperioribus toleratum fieri permitant

in peccatum conſentiunt, & mortaliter peccãt: alioquin poſſet quis ſine peccato concedare meretrici domum ad meretricandũ, quod eſt falſum, & contra mentem omnium Doctorum, vt patet ex his, quę dicit Nau. in man. c. 17. num. 195.

9 Quò ad ſecundam difficultatem propoſitam affirmatiuã ſententiam tenet Marquardus de Suſanis in tract. de Iudæ. p. 1. c. 4. nu. 15. vbi vtramq. difficultatem proponit, ſcilicet, ſuperiorem, & hanc de qua nunc agimus, ſed de prima ne verbum quidem dicit, ſecundam vero hanc his medijs probat.

Primò quia reiectio illarum carniũ partis poſterioris animalis eſt inducta ex antiquiſſimo Iudęorũ ritu, & de iure ſunt Iudæi in eorũ ritibus permittẽdi c. qui ſyncera 45. diſt.

Secundò quia plura reperiuntur per eccleſiã Iudæis prohibita, & de hoc de quo agitur nulla prohibitio inuenitur, ſed paſſim toleratur.

Tertio quia omnia mũda mũdis, & Paul. ad Corint. 10. ait: omne q̃ in macello venit manducate: nihil interogãtes propter cõſciẽtiam: hæc Marquardus.

10 Quibus nõ obſtãtibus exiſtimo nõ licere macellarijs prædictas poſteriores partes Chriſtianis vẽdere, nec Chriſtianis licere illis veſci. & hoc mihi ſuadetur Primo ex tex. in c. nullus eorum 28. q. 1. vbi prohibetur fidelibus Iudæorum azima manducare, Clericis ſub pæna depoſitionis, laicis vero ſub pęna excommunicationis: & cum eadẽ ratio omnino militet quò ad comedentes prædictas carnes, idem in eodem caſu dicendum

erit, & ita expceſsè tenet Vgolin. in tract. de offi. & poteſt Epiſc. c. 22. §. 1. num. 2.

11 Secundo mihi hoc probatur ex ratione Conc. Aganteſ. relati in c. omnis 28. q. 1. vbi ideo Iudęis conuiuia cum Chriſtianis facere prohibetur, quia cum Iudæi communibus cibis non vtantur, indignum, atq; ſacrilegũ eſſe ibi dicitur eorum cibis Chriſtianos vti: cum ea, quę Apoſtolo permittente nos ſumimus, ab illis iudicentur immunda: ac inferiores incipiant eſſe Chriſtiani Iudęis, ſi nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi verò à nobis oblata contemnant. Ideo igitur prædicta conuiuia prohibentur, quia ſacrilegium eſt eorum cibis vti; & hoc non alia ratione niſi quia ea, quæ Apoſtolo permittente nos ſumimus ab illis iudicantur immũda; & ideo inferioris eſſent conditionis Chriſtiani, ſi cibis Iudæorũ vterẽtur, illi verò noſtris minimè; ſed eadem ratio militat quò ad vendentes, & mãducãtes prædictas carnes; ergò eadem iuris diſpoſitio militare debet.

12 Nec in contrarium à Maſquardo adducta obſtant: nam ad primum dicitur, permiſſionem prædictam ad ſuperiores non autem ad macellarios pertinere, per dicta ſupra in difficultate præcedenti ad tertium.

Ad ſecundum reſpondetur negando non adeſſe prohibitionẽ, cum ex ratione dictorum iuriũ prohibitionem adeſſe cõſtet. Nec valet ſi dicamus, per commeſtionem nos Iudęorum ritus ſpernere, nam & ſi verum hoc ſit, attamen quia non ſine Iudæorum

tripudio hoc fit, conſequenter ſine ſcandalo fieri non poteſt, ac ideo faciendũ non eſt; nam pro ſcãdalo vitando omnia ea omittenda ſunt, quæ abſq; peccato omitti poſſunt c. 2. de noui oper. nunt.

13 Ad tertium reſpondetur, ex natura rei omnium carnium comeſtionem nobis licere, ſed quia talis comeſtio ſæpe eſt cum nota, & offenſione aliorũ, ad vitãdum hoc ſcandalũ talis comeſtio ommittenda erit: ſed illo ceſſante fateor hoc non eſſe neceſſarium, vt tenet Sanchez in 1. tom. 2. lib. decalogi. c. 31. num. 7. in fine. Et hæc breuiter dixiſſe ſufficiant, Saluo ſemper, &c.

CONS. LXVIII.

DE EMPHYTEVSIS NOVA conceſſione ad formam antiquæ facienda.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis noua cõceſſio facienda eſt ad formã antiquæ conceſſionis, alioquin non ualet & ſi in illa noua aliqua conceſſio fit contrahitur pœna alienantium bona Eccleſiaſtica.*

2 *Iura, actiones, & annui redditus loco rerum immobilium habentur.*

3 *Emphyteuſis noua conceſſio totaliter nulla non eſt ſed eatenus quatenus receſſum eſt ab antiqua.*

4 *Utile per inutilem uon uitiatur inſeparabilibus.*

AN

1 AN valeat conceſſio nouæ emphyteuſis facta per Prelatũ, qui receſſit à forma conceſſionis antiquæ? Reſpondetur quòd quamuis poſſit Prelatus in emphyteuſim concedere bona Eccleſię, quę in emphyteuſim concedi ſolent, debet tamen huiuſmodi conceſſio ab eo fieri eo modo, & forma qua fieri ſolet, alias non ſolum non valet conceſſio vt dixit Clar. in §. Emphyteuſis q. 6. nu. 2. ſed ſi eſt talis vt per eam de nouo alienetur aliquod ius, aut actio aliqua, vel annuus redditus, incurrit Prælatus pęnas extrauagantis Pauli II. ſi in d. conceſſione nõ ſeruantur ſolemnitates in d. extrauaganti requiſitę.
2 Iura enim, & actiones, ac annui redditus loco rerũ immobilium habentur, vt patet ex clement. Exiui de Paradiſo §. cumq; annui redditus, de verbor. ſignif. & in d. extrauagãti quæcunq; alienatio rerum immobiliũ prohibetur etiã ſi tantum quò ad vtile dominium fuerint alienatæ, (pro vt fit in Emphyteuſi) vt poſt Doctores quos citat probat Quar. in ſum-
3 ma Bulla. ver. Alienatio nu. 16. exiſtimo tamen cũ Bald. in Auth. ſi quas ruinas num. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Claro in d. q. 6. nu. 2. ac alijs, quos ipſe citat, conceſſionem in totum nullam non eſſe, ſed eſſe ſuſtinendam quò ad illã partẽ, in qua ſeruata eſt forma conceſſionis
4 antiquę. Nã cũ huiuſmodi validæ & inualidę conceſſiones ſeparari poſſint, vtiles per inutiles non vitiantur l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verbor. oblig. c. vtile de reg. iur. in ſexto, Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 16. nu. 5. Molina de cõtract.

 di-

diſput. 467. nu. 2. Et ab hac ſententia nõ recedas, cum communis & probabilis ſit, licet Iaſ. in l. 2. nu. 170. & alij exiſtiment de iure teneri poſſe quòd talis conceſſio in totum vitietur. & noſtram ſententiam communem eſſe, & ab illa non eſſe recedendũ affirmat Claudi. de Seijſel. in ſpec. feud. tit. qui feud. dar. poſſunt ver. concluſiuè tamẽ. Saluo ſẽper, &c.

CONS. LXIX.

DE VSVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Ratum habens delictũ etſi propriè non committat, interpretatiuè tamen cenſetur committere, & vt mandans punitur.*

2 *Contrahentium mens conſideranda eſt in contractibus bonæ fidei.*

3 *Mutuanti licet ſe indemnẽ ſeruare tàm ratione lucri ceſſantis quàm dãni emergentis.*

4 *Damnum dicitur ex eo quòd aliquis minus habet quàm habere debet*

5 *Mens principalis à quo dependent negotia eſt potius attendenda quàm mens procuratoris.*

Actus Agentium non operatur vltra intentionem agentis.

PRocurator D. Equitis. N. accepit Romæ nomine ſui principalis quandam pecuniẹ ſummam à quibuſdam nobilibus Senenſibus

bus ad ratam fructuũ mille ducatorũ, quę ipſi Senẽſes mutuo acceperant à d. D. Equite cũ pacto expreſſo, vt poſſit ipſe, ne dãnum patiat̃, accipere dicta mille ad cambiũ, dũmodo cãbiũ nõ excedat ſummã octo ducatorum pro quolibet centenario ſingulis annis: quã fructuum ſolutionẽ d. procuratori Romæ factam d. Eques Parmæ ꝑ ſuas litteras ratas habuit. vertitur nunc in dubio à fiſco Romanæ curię, an d. Eques per d. ratihabitionem cenſendus ſit, & puniri poſſit tanquam Vſurarius, cum non ſit factum cambium, ſed perceptum ſit lucrũ ex mutuo?

1 Et videtur eſſe reſpondẽdũ affirmatiuè; quia licet ille, qui ratum habet delictum nomine ſuo cõmiſſum proprie non cõmitat illud, tamen interpretatiuè cenſetur illud committere, & tanquam eiuſdem delicti particeps, & mãdãs punitur, vt notat Bald. in l. vni. §. ne autẽ C. de caduc. tollend. ſed. d. procurator accipiendo lucrũ ex mutuo nomine d. Equitis cõmiſit vſuram; ergo Eques, qui ratam illam habuit tanquam eiuſdem delicti particeps erit puniendus.

Minor probatur, quia cum nõ ſint accepta mille ad cambium, & Senenſes ſoluerint pecuniam pro fructibus dictorum mille, & procurator ratione fructuum illom receperit, vere accepit lucrum ex mutuo, quod eſt vſura vt communiter dicunt Doctores.

2 Dicas nihilominus, prædictum D. Equitem nullã vſuram in caſu prædicto commiſiſſe. Et ratio eſt; quia in contractibus bonę fidei conſiderari debet

mens

mens cõtrahentium l. ſed Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahe. empt. l. fin. ff. quę res pign. oblig. & per notata in l.fin.ff.de cõdit. ob turp. cauſ. ſed in contractu mutui celebrato inter d. Equitem ex vna & dictos Senẽſes ex alia parte mens contrahentiũ fuit ne damnum pateretur mutuans, qui ſolitus erat negotiari, vt conſtat ex authẽticis atteſtationibus,& bona fide Eques credebat procuratorem licitè fructus percepiſſe aliquo iuſto titulo iuxta mandatũ, ſiue ille iuſtus titulus eſſet ex cambio conuento, ſiue ratione lucri ceſſantis; ergo dicta ſumma, quæ ſub nomine fructuũ fuit ſoluta, & ab Equite ratificata ad hoc ſoluta, & ratificata fuit, ne mutuans patiatur

3 damnum; ergo licita fuit ratihabitio, cũ liceat mutuanti ſe indemnem ſeruare non ſolũ à damno emergente, ſed etiam à lucro ceſſante cauſa mutui, cum minus ipſe mutuãs tũc habeat, quàm debet habere;

4 Et damnum dicatur ex eo quòd aliquis minus habet, quam debet habere, vt dixit Ariſtot. 5. Ethic. c. 4. & ſequitur D. Thom. 2. 2 q. 62. art. 4. Ideoq; licet illi ratione talis lucri aliquid vltra ſortem accipere arbitrio boni viri, vt docet Panor. in c. cõqueſtus de vſur. Conrad. de contract. quęſt. 30. Turrecrem. in c. ſi reſ. 14. q. 6. ver. ad 3. Caiet. in 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primũ, Ang. ver. vſura. 1. nu. 16. Syl. eod. ver. quęſt. 19. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. nu. 1. vbi multos citat, Molin. in tract. 2. de iuſt. diſput. 315 nu. 5. vbi teſtatur de communi, Nau. in man. c. 17. nu. 211. & in comment. de vſur. not. 16. Leſſ. lib. 2.

de

de Iuſt. c. 20. dub. 11.
Petr. Nau. lib. 3 de reſtit.
c. 2. nu. 287. & recentio-
res communiter in d. q.
78. art. 2.

Nec obſtat ratio in cō-
trarium adducta; nā quā-
uis procurator accepiſſet
fructus ratione mutui, ipſe
tamē Dominus Eques ge-
ſtum procuratoris nō ha-
buit ratū nomine mutui,
ſed bona fide credens ta-
les fructus prouenire ex iu
ſto titulo quomodocunq;
ille eſſet, ideſt ſiue ex cā-
bio conuento, quod exiſti-
mabat procuratorem fe-
ciſſe, ſiue ratione lucri ceſ-
ſantis, quod cenſuit, &
cenſet potuiſſe, & poſſe ac
cipere, & expetere, cum
ſit ſolitus negotiari, & pa-
rata habebat negotia, qui-
bus dictam pecuniam ex-
ponere poterat ad lucran-
dum, & tali lucro caruit in
gratiam dictorum Senen-
5 ſium; & potius mens prin-
cipalis, à quo dependent
negotia, quàm mens pro-
curatoris in negotijs pera-
gendis eſt attendenda, cū
ipſe principalis negotium
agat, & actus agentiū non
debeat operari vltra intē-
tionem agentis l. non om-
nis & l. eius ff. ſi certum
petat. Saluo ſemper,
&c.

CONS. LXX.

DE EMPTIONE ET VENDIT. facta vltra iuſtum pretium ratione periculi.

SVMMARIVM.

1 *Periculum amittendi capitale eſſe iuſtam cauſā vendendi rem carius credito pretio multi Doctores negant. Sed hoc licere multi alij affirmant in num.2. & quinq; conditiones ad hoc neceſſariæ traduntur in num. 3.*

NDat tormentum bellicū. valoris aureorum decē B. pro quindecim ſibi ſoluendis cum vxorem duxerit; quæritur an huiuſmodi contractus ſit vſurarius, cū nō liceat ſine vſura expectata pecunia vltra pretiū rigorosū aliqd vēdere?

1 Reſpondetur ſupra poſiti caſus difficultatem in eo conſiſtere, ſcilicet, an ratione periculi amittendi capitale liceat rem carius vendere credito pretio ad tempus. De qua quæſtione maxima eſt difficultas inter Doctores: Sot. enim lib. 6. q. 4. art. 1. de iuſt. multis argumentis conatur negatiuam ſententiam defendere, quam ſequitur Nau. in man. c. 23. nu. 81. exiſtimatq; hanc negatiuam ſententiā fuiſſe ab Eccleſia declaratam in c. in Ciuitate de vſur. Tenetq; eandem ſententiam Conrad. de contract. quęſt. 59. concluſ. 1. & 2. poſt

poſt 3. concluſ. & arg. 2. poſt 4.

2 Affirmatiuam nihilominus ſententiã tenet Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. c. 2. à num. 98. vſq; ad num. 125. vbi latè rationibus Soti & Nau. reſpondet, illaſq; impugnat, probatq; hanc affirmatiuam ſententiam veriorem eſſe; & illã docuerunt Ang. vſura. 1. nu. 38. Syl. vſura. 1. q. 35. Med. in C. de reſtit. q. 38. §. ad tertiam cauſam, quos ſequitur Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 20. dub. 13. & in c. 21. dub. 6. num. 54. & eandem ſententiam tenet Arag. de Iuſt. q. 77. ar. 4. col. 18. verſ. his tamen, Cord. in ſumma q. 84. Mol. de contract. diſput. 358. & ego dixi in 2. 2. lib. 2. c. 6. q. 4. limit. 3. vbi tamen addidi quinq; conditiones eſſe neceſſarias vt talis contractus iuſtificet. Quarum Prima eſt vt periculum ſit reale, & non imaginarium Secunda vt ſit graue. Tertia vt fiat ſine ſcandalo ob ſuſpicionẽ palliandi vſuras. Quarta vt manifeſtetur emptori ratione periculi aſcẽdi vltra iuſtum pretium. Quinta vt augmentum pretij ſit proportionatum periculo.

Quæ affirmatiua ſentẽtia cum firmo illi nitatur fundamento, nempe, quia illa omnia vendi poſſunt, quę pretio ęſtimabilia sũt, & periculum amittendi capitale ſit pretio æſtimabile, ab ea non eſſe recedendum exiſtimo, dummodo ſupradictæ quinq; conditiones concurrant.

Et cum in caſu propoſito adſit periculum amittẽdi capitale non ſolum ob mortem emptoris, ſed etiã quia fieri poteſt, vt ipſe ob multa, quæ cõtingere poſſunt, vxorem non ducat,

&

& nullũ ex tali cõtractũ ſumatur ſcandalũ, cũ paſſim Mutinè fiat ſine vlla ſuſpitione vſurarum, notumq; ſit emptoribus ratione periculi vltra iuſtum pretiũ aſcendi, dico licere dictũ tormentum bellicum vẽdere vltra iuſtum pretium cum ſupra dicta conditione, dummodo ceſſet omnis fraus vſurarum, & illa quinq; quibus iuſtum pretium augetur ſint iuſtum pretium talis periculi, & dũmodo periculum ſit graue: & in hoc caſu graue periculum exiſtimarem illud quod conditio adimplenda pro ſoluendo pretio ex ſimplici voluntate emptoris dependet, vel ex euentu alicuius rei valde difficilis. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXI.

DE LEGATO AD PIAS CAVSAS inſufficiente ad implendum opus annexum.

SVMMARIVM.

1 *Legata ad pias cauſas duos habent fines primarium, qui eſt fauor animæ, & ſecundarium, qui eſt vt opus impleatur; & quia primarius ſemper remanet, valet legatũ quãuis opus impleri non poſſit. Eritq; legatũ ad aliud opus applicandum.*

2 *Legatum, quando tàm primarius quàm ſecundarius finis eius reſpicit fauorem animæ, non poteſt applicari*

cari ad opus niſi æqualiter fauorabile iuxta capacitatem legati.

3 *Legatorum cõuerſio ad alios vſus proximiores auctoritate Epiſcopi eſt facienda quandò non ſufficiunt ad opus deſtinatum.*

LEgauit quis ſummam librarum 250. currentis monetę Mutinenſis Eccleſiæ Monialium Corporis Chriſti cum onere vt moniales ſingulis annis celebrare faciant pro anima ſua ac defunctorum eius vnum officium mortuorũ. Sed cum dicta eleemoſyna ſit inſufficiens pro onere implendo, & moniales nolint legatum cum tali onere acceptare; quæritur quid ſit agendum?

1 Reſpondetur quòd cum in legatis ad pias cauſas duplex finis adſit, vnus primarius, qui eſt fauor animæ, alius ſecundarius, qui eſt vt opus illud impleatur; inde fit vt legatum valeat, quamuis finis ſecundarius impleri non poſſit; ſẽper enim ſubeſt finis primarius; & nõ ceſſãte fine primario non ceſſat diſpoſitio, vt probatur ex §. affinitas Inſtit. de Nupt. Valet igitur legatum ſupradictum, quamuis inſufficiens ſit ad implendũ opus impoſitum. Eritq; pecunia legata ad aliud pium opus applicãda arg. l. legatum ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuitat. perti. vbi legata pecunia ciuitati, ſi pro illo vſu pro quo eſt legata non ſufficit, expendenda eſt in alia facta ciuitatis, in quæ ciuitas velit erogari.

2 Verum quia in caſu noſtro tàm primarius, quàm ſecundarius finis teſtatoris reſpicit fauorem animæ illius, cum opus implẽdum ſit officium mortuo-

tuorum in ſuffragium animæ ſuæ, & defunctorum eius: & quia in tali caſu pecunia legata cōuerti debet ad alios vſus pios proximiores voluntati teſtatoris vt ex Cōcil. Trident. ſeſſ. 25. c. 8. de reformat. dixit Genuenſ. in Praxi Archiepiſc. c. 24. num. 4. ideo pecunia legata non erit in beneficium d. Eccleſię ſimpliciter applicāda, ſed cum onere vt Eccleſia tale officium faciat celebrare, quòd pecunia legata pro illius celebratione ſufficiens cenſeatur arbitrio Ordinarij.

3 Eſt enim conuerſio hæc auctoritate Epiſcopi facienda vt patet ex c. nos quidem, de teſtam. & argumento eorum, quæ habentur in d. c. 8. Concil. Trident. & docent Innoc. Imola, & Abb. in d. c. nos quidem, & Card. & Bonif. & Imo. in clement. quia contingit. de religioſ. domib. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXII.

DE IMMVNIT. ECCLES.

SVMMARIVM.

1 *Statuere ſæculares ob defectum poteſtatis contra Eccleſiaſticos non poſſunt.*

Lex municipalis etiam fauorabilis nō continet perſonas Eccleſiaſticas, niſi ſit à Papa approbata.

2 *Poſſeſſor nec iniuſtus de poſſeſſione ſua de facto eſt remouendus.*

3 *Con-*

3 *Conſuetudo immemorabilis vim conceſſionis habet.*

4 *Bulla cœnæ Domini tollit etiam immemorabilem cõſuetudinẽ exigẽdi gabellas ab Eccleſiaſticis, & inficit titulum, & poſſeſſionem.*

5 *Eccleſiaſtici, etiamſi peculiare commodum ex aliqua re percipiant in quadam diœceſi, cogi non poſſunt ad ſolutionem cũ ſecularibus, niſi ſeruatis conditionibus contentis in litteris cuiuſdã Illuſtriſſimi Cardinalis. Non tenentur tamen ciues prædictas literas recipere, ſed ſufficit illos ſeruare ius commune, vt in num. 7. vſq; ad nu. 14.*

6 *Priuilegia Principum tantùm valẽt quantum ſonãt.*

7 *Eccleſiaſtici cũ laicis ad onera vniuerſitatis ſoluenda concurrere poſſunt, ſi ea copulatiuè ſeruentur, quæ habentur vſq; ad nu. 14. incluſiuè.*

14 *Commodum peculiare quid ſit, & quid ſit commodum per cõſequentiã explicatur.*

15 *Commodum qui ſentit, & incommodum ſentire debet.*

16 *Eccleſiaſtici ad faciendam taxam vna cum laicis vocandi ſunt, quando vna cũ illis ſoluere illam debent.*

17 *Eccleſiaſtici pauperes nunquam contribuere tenentur cum laicis ad ſolutionem collectarum, etiamſi peculiare commodum recipiant.*

18 *c. non minus de immunit. Eccleſ. non excludit clericos ab obligatione ſoluendi collectas in caſu, quo peculiare commodum recipiunt.*

Lex quãdo recipit duos intellectus benignior, & mitior recipiẽdus eſt.

19 *Determinatio Clementis Papæ. 8. quò ad obligationẽ cleri Piſani circa quandã ſolutionem collectarum explicatur.*

20 *Sentẽtia Principis vim legis non habet, niſi à principio Princeps hoc exprimat.*

CVM non ſit vertendum in dubium, an clerici, & Eccleſiaſtici comprehendantur ſub ſtatuto ſecularium loquente de eis, qui tenentur ad impenſas pontium, viarum, & fontium, cum ob defectum
1 poteſtatis ſeculares contra Eccleſiaſticos ſtatuere nō poſſint, vt patet ex his, quę per tex. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ dixit Bart. in l. 1. nu. 29. de sūma Trinit. & fid. cat. & Abb. in c. ꝙ clericus de foro compet. & probatur ex c. bene quidem 96. diſt. & ex d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de cōſtit. c. fin. de vita & honeſt. cleric. Auth. ſtatuimus C. de Epiſ. & cler. & facit regula tradita per Hoſt. in c. fin. de ſolut. vbi dicit, quòd lex municipalis etiam fauens Eccleſiaſticis, non continet perſonas Eccleſiaſticas, niſi ſit approbata per Papam, ſolum ſupereſt, vt examinemus an Reuerendiſſimus D. Epiſcopus poſſit tuta cōſciētia in præſentiarum compellere perſonas Eccleſiaſticas vicinię N. ad contribuendum pro earū rata, ſecūdū taxā à Gubernatoribus Ciuitatis factā, pro refectione alicuius parui pontis in d. vicinia poſiti, cum ipſi Gubernatores allegent ſe eſſe in poſſeſſione talia faciendi, & exigendi, & propterea in tali poſſeſſione conſeruari debere; cum nec iniuſtus
2 poſſeſſor de ſua poſſeſſione de facto ſit remouēdus c. licet Epiſcopus de præben. in ſexto, & etiam prędo in poſſeſſione ſua ſit cōſeruādus, &, ſi ſpoliatus ſit, reſtituendus ſit c. in literis de reſtit. ſpoliat. l. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Iul. de vi, l. colonus, & l. cum fundus ff. de vi, & vi arm.

Circa quam difficultatem tàm ex mandato Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, quàm ex peculiari mea inclinatione fateor me diu inſudaſſe, ſummumq; ſtudium adhibuiſſe ad ſaluandam poſſeſſionẽ prædictã, & poſt prolixã examinationẽ tandẽ inueni ſaluari forte poſſe ĩ caſu, quo probari poſſet poſſeſſionẽ hanc immemorabilẽ eſſe, & à clericis, & Eccleſiaſticis ſẽper ſpõtè & pacificè ſolutionẽ
3 factã fuiſſe; tanti enim tẽporis conſuetudo vim conceſſionis habet c. ſuper quibuſdam, §. pręterea de verbor. ſignif. l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua quotid. & æſt. & ita tenuiſſe inueni Paul. de Caſtro in cõſ. 423. Ex pũcto trãſmiſſo nu. 2. vol. 2. qui nec obſtare dicit c. quanquã de cenſib. in ſexto, vel alia conſimilia iura, in quibus omnis contraria, conſuetudo tanquam corruptela improbatur, qui ea loqui affirmat in caſu quo conſtaret de iniuſto, & illicito, & ſic quando contra voluntatẽ clericorũ exactio facta fuiſſet, non autẽ quãdo à ſponte dantibus, & cum auctoritate ſummi Pontificis, quę auctoritas per curſum tãti temporis interueniſſe præſumitur.

4 Verũ quia habemus nos hodie Bullã cœnę Domini, quæ non ſolum tollit quaſcunq; conſuetudines etiã immemorabiles, ſed etiam continet clauſulam irritantem, quæ inficit titulum, & poſſeſſionem, vt dixit Caſſad. in Deciſ. 11. nu. 5. ſuper. regul. cancel. per tex. in c. ſi eo tempore de elect. in 6. & c. 1. & 2. vt lite pend. & c. 2. de præb. eod. lib. velim nolim dicere cogor quòd nec prædicta immemorabilis conſuetudo, nec poſſeſſio

ſeſſio prędictis DD. Gubernatoribus ſuffragatur: & ita in terminis decreuiſſe inuenio Romanam Rotam in vna Valentina Gabella die Mercurij 10. Decembris 1598. Et hæc addenda ſunt his, quę dixi in 1. 2. l. 2. c. 17. nu. 113.

Nec obſtat quòd nec iniuſtus poſſeſſor à poſſeſſione ſua de facto eſt remouendus, cum hic non agatur de remouendis DD. Gubernatoribus à poſſeſſione ſua de facto, ſed de iure.

5 Nec pariter obſtaret ſi pro DD. Gubernatoribus adduceretur, ex refectione ſupradicti parui pōtis, clericos, & Eccleſiaſticos dictæ vicinię percipere commodum aliquod particulare, nā nec etiam in hoc caſu Eccleſiaſtici conferre tenentur, niſi illa concurrant, quæ habentur in litteris Illuſtriſſimi D. Cardinalis N. de madato Sanctiſſimi emanatis ſub die X. Nouembris 1607., in quibus cauetur, & conceditur vt in caſu communis vtilitatis, & in quo Clerici & Eccleſiaſtici cuiuſdam Diæceſis peculiare commodum recipiunt, ad ſolutionem faciendam ipſi cogantur, dummodo nōnulla concurrant, quæ in d. litteris continentur, & nō aliter, nec alio modo.

6 Qua conceſſione ſic ſtante nullo modo poteſt D. Epiſcopus conſentire vt in tali Diæceſi Eccleſiaſtici contribuāt cum ſecularibus ad aliquod opus pro communi vtilitate faciendum, niſi ſupradicta concurrāt. Cōceſſiones enim & priuilegia Principis tātū valent quantùm ſonāt, cū habeāt effectum ſuum ex voluntate concedentis, non eius cui conceſſa ſunt, vt dixit Lap. in allegat.

gat. antep. circa finem, & ſequit͂ Prob. in add. ad Io: Monach. in c. vt animarũ de conſtit. in ſexto nu. 85.

7 Sed ſi fortè DD. Gubernatores dicerent, conceſſionem prędictam ſe recipere nolle, fateor quidem illos dicere hoc poſſe, cũ beneficium non conferatur in inuitum, & conceſſio hæc non ſit lex Pontificia, nec reuocatoria iuris communis, ſed tantùm licentia quædam exigendi ab Eccleſiaſticis onera ſupradicta in terminis & modis in quib⁹ loquitur, vnde nõ debet DD. Gubernatoribus præiudiciũ afferre quò ad ea, quę ſunt iuris communis, ſi ea ſeruare velint, quę quidem ſunt copulatiuè ſeruanda & hæc ſunt videlicet.

8 Primò vt opus faciendũ ſit tale, cui alias facile ſubueniri non poſſit, niſi Eccleſiaſtici cũ laicis contribuant ex c. non minus, vbi expreſsè hoc notat Abb. in num. 5. verſ. ſecundo requiritur, & c. aduerſus de Immunit. Eccleſ. vbi etiã Abb. in n. 4. & manifeſtè hoc apparet ex extrau. Bened. 11. de Immunit. Eccl.

9 Secundò debet concurrere cõmunis neceſſitas, aut vtilitas, vel ſaltem pietas, vt in d. c. non minus, & c. aduerſus, & c. peruenit de Immunit. Eccleſ. & in d. extrau. Bened. 11. & pro pietate eſt tex. in l. ad inſtructiones C. de ſacroſ. Eccleſ.

10 Nec erit facienda diſtinctio inter opera neceſſaria, & vtilia, cum tex. in d. c. non minus indiſtinctè loquatur, prohibẽs ſub anathematis diſtrictione, vt tàm in caſu neceſſitatis quàm vtilitatis nõ teneãtur clerici aliquid conferre, niſi ſpontè velint, & approbante Epiſcopo, cum

clero, & dummodo laicorum non ſuppetant facultates, vt expreſsè docet Panor. in d. c. non minus nu. 18. verſ. & primo adduco, vbi etiã addit, quòd per c. aduerſus de immu. Eccleſ. nec in prædictis caſibus neceſsitatis, & vtilitatis poſſunt hodie clerici contribuere, niſi prius conſulto Romano Pontifice; & dicit fuiſſe illud ſancitũ propter quorumdam imprudentiam ſępe allegãtium talem neceſſitatem vel vtilitatem, & idem docet in conſil. 3. nu. 1. p. 1. Quę ſententia quò ad caſum neceſſitatis apud ipſum Abbatẽ Panor. adeo eſt vera vt in nu. 19. in d. c. non minus exiſtimet tantùm eſſe limitandam in caſu quo tanta neceſſitas immineret, vt nõ poſſit ſine aliorum ſcandalo, & periculo haberi recurſus ad Papam; tunc enim ſufficere dicit deliberationem Epiſcopi, & clericorum. Non eſt igitur vllo modo diſtinguendũ inter dictos caſus, cum æqualiter omnes comprehẽdantur ſub diſpoſitione c. non minus, & c. aduerſus, de Immunit Eccleſ.

11 Tertiò requiritur vt indigentia ſit talis vt ad illam ſuſtinendam laicorũ non ſuppetant facultates, vt in d. c. non minus, & c. aduerſus, & in d. extrau. Bened. XI.

12 Quartò vt hoc onus cõmuni omniũ Eccleſiaſticorum, & laicorum conſilio imponatur: nec ſufficit cõſenſus Epiſcopi cum capitulo; nam cum omnes tangat, debet ab omnibus approbari c. ad hęc, in fine de offic. Archid. c. cum omnes de conſt. c. quod omnes de reg. iur in ſexto, & probatur ex d. c. aduerſus, ibi; *Verum ſi quando forte Epi-*

Epiſcopus ſimul cum clericis, &c. & conſiderat Abb. in d. c. non minus nu. 4. & 5. Alioquin tanquam contempti ſoluere non tenentur, quia non ſunt tunc ſua iura ſeruanda laicis, cum Eccleſiaſticorum ius violare non metuunt iux. c. vt dilecti filij. de priuileg. & c. ſi dicet. 25 q. 2.

13 Quinto requiritur vt primitus conſulatur Romanus Pontifex, cuius intereſt cõmunibus prouidere vtilitatibus, vt habetur in d. c. aduerſus, & ibi Abb. nu. 5. & in d. extrau. Bened. XI.

14 Et præterea neceſſarium eſt, vt poſt quam, prędictis requiſitis cõcurrentibus, hæc onera impoſita fuerint, ſi clerici & Eccleſiaſtici ſoluere recuſauerint, ab eorum Iudicibus compellantur, cũ Principes, & Poteſtates ſæculares in hoc ſe intromittere non poſſint, vt poſt Innocent. in d. c. non minus nu. 6. & Bald. in d. l. ad inſtructiones num. 4. & 6. cõmuniter docent Doctores præſertim Abb. in d. c. nõ minus nu. 18. & Guido Papæ deciſ. 18. in fine, verſ. ſi tamen dicti viri.

An autem conditiones prædictæ ſeruandæ ſint in caſu de quo eſt quęſtio, cũ ignorem, an ad priuatum commodum omnium Eccleſiaſticorum viciniæ ſupradictę referatur refectio illius parui pontis; & in tali loco pons ille eſſe poſſit, vt monialibus præſertim non principaliter, ſed per conſequentiam ſit vtilis, cũ diſtinctione à me eſſe reſpondendum exiſtimo, ſcilicet, aut Eccleſiaſtici dictæ viciniæ peculiare aliquod commodum ex refectione illa ſentiunt; puta quia inde ipſi, vel ſui tranſitum habent; aut tale com-

commodum nõ ſentiunt,
ſed tantum per cõſequen
tiam, quia, ſcilicet, cum
inde ceteri ciues tranſitũ
habeant, & commodum
commune ſit, per conſe-
quentiam etiam in com-
modum ipſorum Eccleſia
ſticorum cedit. Et in pri-
mo caſu dico conditiones
illas regulariter non eſſe
ſeruandas, ſed cogendos
15 eſſe ab Epiſcopo Eccleſia-
ſticos vt cum alijs contri-
buant; cũ ſecundũ naturã
ſit, vt qui cõmoda ſentiũt
ſentiant & incommoda c.
qui ſentit de reg. iur. in 6.
l. ſecũdũ naturã ff. de reg.
iur. & habetur in clement.
1. de cenſib. Et huius ſen-
tentię eſt Sylu. ver. Immu
nitas. 1. q. 5. Ang. eod.
ver. nu. 3. Barthol. & legi
ſtæ communiter in d. l.
ad inſtructiones C. de ſa-
croſ. Eccleſ. Gloſ. in ver.
releuandus in c. nõ minus
de Immunit. Eccleſ. & ibi
Abb. in nu. 20. Salon. To
mo 2. de Iuſt. q. 78. ar. 5.
controuerſ. 1. nu. 4. & ſũ-
miſtę communiter. Aduer
tũt tamẽ & bene Panor. &
Salon. ibid. & Ricar. ĩ quo
libet 2. q. 30. ar. 5. in hoc
caſu communi laicorum,
& Eccleſiaſticorum cõci-
lio taxam faciendam eſſe;
nam cum Eccleſiaſtici lai-
cis ſint digniores vbi agi-
tur de communi cauſa in
cõcilio vocandi ſunt, alio-
quin tanquam contempti
ſoluere nõ tenentur, iuxta
dicta ſupra in quarta con-
ditione de iure communi.
17 Dixi: regulariter: quia
limitandum eſt hoc quò
ad Eccleſiaſticos paupe-
res, qui in nullo caſu con-
tribuere tenentur, vt dixit
Cepoll. de ſeruit. ruſtic.
prædior. tit. de ſeruit. vię
q. 25. nu. 47. verſ. non au
tem dicas, & Bouadilla
in ſua politica lib. 2. c. 18.
num 312. & alij.

Nec

18 Nec ſupradictis obſtat c. non minus de Immun. Eccleſ. nam textus ille nõ excludit obligationem ſoluendi in caſu quo clerici & Eccleſiaſtici peculiare commodum recipiunt, cũ talis abligatio naturali iuri conſona ſit, vt patet ex d. clement. 1. de cenſib. & naturalia iura sẽper firma, atq; immutabilia ꝑmanere debeãt. §. ſed naturalia Inſt. de iur. nat. gẽt. & ciui. ſed diſponit clericos & Eccleſiaſticos tãtũ ĩ ſubſidiũ teneri ĩ caſu quo cõmunis vtilitas, vel neceſſitas ĩ peculiarẽ eorũ vtilitatẽ tãtũ per conſequentiam redundat, vt Doctores nonnulli ſentiunt pæſertim D. Laderchius in conſil. 145. nu. 4. & cum intellectus hic benignior ſit, cum ſit magis naturę conſonus, ab eo non eſt recedendum quamuis non deſint Doctores, qui aliter canonem illum interpretantur; nã cum lex apertè recipiat duos intellectus benignor & mitior eſt recipiendus l. benignius. ff. de legib.

19 Nec etiã obſtare exiſtimo determinationem Clem. Papę VIII. anno 1600. factam in cauſa inter Populum, & clerum Piſanũ, in qua cum tractaretur de reparando flumine Arno ex qua reparatione non ſolum laici, ſed etiam clerici particulare cõmodũ erant percepturi, tandem Summus Pontifex prædictus decreuit Eccleſiaſticos teneri in ſubſidiũ, & in caſu quo laicorũ bona non ſufficerent, vt refert Marta in ſuo tract. de Iuriſd. p. 4. centur. 1. caſu. 1. nu. 52. quia reſponderi poteſt, ſummum Pontificem ibi mandaſſe vt Eccleſiaſtici, qui ſoluere repugnabant, omnino

omnino contribuerent, cũ ad hoc tenerentur ſaltem in ſubſidium; namq; notorium erat bona laicorum non ſufficere; & quamuis ſubiunxerit mandatũ de facienda diſcuſſione bonorum laicaliũ, hoc fecit vt Eccleſiaſtici facilius conuincerentur, & quietius ſoluerent, cum clarè illis de propria obligatione cõſtaret. Vel dicamus ibi sũmum Pontificem ad tollẽdam omnẽ difficultatem, ſuam interpoſuiſſe auctoritatem, & iuxta canones licentiam cõceſſiſſe vt Eccleſiaſtici ſaltem in ſubſidium ſoluerẽt in caſu quo laicorum bona non ſufficerent, in cuius ſignum ibi Papa ita determinat teneri Eccleſiaſticos ad ſoluendum in ſubſidium, vt non dicat aliter eos nõ teneri. Vel dato quòd sũmus Põtifex ibi decreuerit clerũ Piſanum non teneri niſi in ſubſidium, attamen non ideo conſtituit legẽ generalem vt ita ſeruari oporteat in omnibus alijs caſibus, ſed ita decreuit eſſe ſeruandum in illo caſu particulari ꝑ multa, quę mentẽ illius mouere potuerunt ad determinationem illã in tali caſu faciẽdam: ſententia enim Principis vim legis non habet, niſi hoc à principio Princeps expreſſerit, vt in l. fin. C. de legib. & clare hoc patet ex §. ſed quod Principi, & ibi gloſſa Inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. & probatur ex l. leges, in fine C. de legib.

20 In ſecundo verò caſu dico, non eſſe cogendos Eccleſiaſticos ad ſolutionem aliquam faciendã niſi omnia ſupradicta quinq; requiſita interueniant, vt clare patet ex d. c. non minus, & c. aduerſus de Immunit. Eccleſ. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXIII.

DE EADEM IMMVNITATE Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Res tranſit cum onere ſuo: ſed quid ad hoc requiratur vide in num.* 2 *&* 3.

2 *Onera impoſita perſonis pro rebus à ſolis ciuibus exigũtur.*

3 *Onus tributarium quod dicatur.*

QVò ad caſum in conſilio præcedenti reſolutum fuit oppoſitum, Eccleſiaſticos viciniæ N. ſupradictæ debere concurrere ad impenſas antedicti parui pontis, licet peculiare cõmodum nõ ſentiant; quia domus, quas ibi poſſident, priuſquam ad illorum manus peruenirent, erãt grauatę tali onere à ſtatuto Ciuitatis, in quo eſt diſpoſitum, vt *impenſæ huiuſmodi operum fieri debeant per dominos domorum, exiſtentium in vicinia*, ac ideo tranſire debuerunt cum oneribus ſuis, prout quælibet res tranſit c. ex litteris §. fin. de empt. & vendit. c. fin.
1 §. fructus, & c. cũ ſit in nomine, in fine, de decim. l. Imperatores ff. de publi. & conſequenter ad talia onera etiam Eccleſiaſtici tenentur, ſi res onerata ad eos peruenerit, quia reddi debent quæ ſunt Cęſaris Cæſari, & quæ ſunt

Dei Deo c. ex parte, in fine, de Cleric. coniug.

2 Sed prædicto motiuo nõ obſtante ego exiſtimo Eccleſiaſticos peculiare commodũ non ſentientes concurrere non debere, & ex eo moueor, quòd ad hoc vt res aliqua grauata tranſeat cum onere ſuo duo copulatiuè requiruntur: Primum, vt onus quo grauatur ſit mere reale, non autem impoſitum perſonis propter bona; onera enim quæ imponuntur perſonis pro rebus, à ſolis ſubditis exigi poſſunt l. reſcripto §. ſciendũ, & ibi gloſ. ff. de muner. & honorib. Vnde cum Eccleſiaſtici nõ ſint ſubiecti, ab eis exigi nõ poſſunt, ſiue fuerint impoſita priuſquã bona peruenirent ad manus Eccleſiaſticorum, ſiue poſtea, vt docent communiter Doctores præſertim Barthol. in d. l. reſcriptum §. ſciendum ff. de munerib. & honorib. Gemin. in c. 1. de immun. Eccleſ. nu. 9. Ioa. Andr. in c. non minus de immun. Eccleſ. & Abb. in conſ. 3. nu. 2. in verſ. Idem apertiſſimè voluit.

3 Secundum quod requiritur eſt, vt tale onus ſit tributariũ, hoc eſt vt ſit perpetuum, annuale, certũ, & immutabile, vt docet Hoſti. in ſumma de Immunit. Eccleſ. §. & à quibus, Bart. vbi ſupra, & Abb. in d. conſ. 3. nu. 2. vbi dicit, hanc ſententiam probari cõmuni theorica Doctorum Vtriuſq; Iuris, omneſq; aſſerere dicit, *quod bona Eccleſiarum non tenentur ad aliqua onera mundana, niſi prius fuiſſent facta tributaria, ſeu cenſualia antequam veniſſent ad Eccleſiam: ita quod ſoluiſſent certum tributum, vel cenſum, aliter non tenentur, quanquam priores poſſeſſores prius ſoluiſſent:*

ver-

verba ſunt Panor. in d. nu. 2. & eiuſdem ſententiæ eſt Antibolus de munerib. in 3. p. prin. nu. 94. & nu. 103. in fine. Sylu. ver. Immunitas 1. q. 5. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 33. dub. 3. nu. 19.

In caſu autem noſtro, ni fallor, deficit vtraq; conditio: deficit enim prima cum agatur de refectione pontium, pro qua imponuntur onera perſonis pro rebus, & expreſsè hoc dixit idem Panor. ĩ d. cõſ. 3. nu. 2. ver. vnde pro refectione pontium: & luce clariùs hoc etiam patet ex eiuſdem ſtatuti verbis, ibi: *Tunc impenſa huiuſmodi operis faciendi, fiat, & fieri debeat per dominos, & patronos domorum, & caſamẽtorum exiſtentium in vicinia, &c.*

Defecit etiam ſecunda conditio, cũ tale onus nõ ſit perpetuum, certum, & immutabile, ſed immutatur, & imponitur ſecundum imminentes neceſſitates. Concludendum erit igitur, Eccleſiaſticos non ſentientes peculiare commodum ad ſolutionem nõ teneri. Saluo ſemper, &c.

CONS.

C O N S. LXXIV.

DE VENDITIONE FRVCTVVM beneficij ad vitam beneficiati.

S V M M A R I V M.

1 *ALienare non dicitur, qui fructus alienat. Intellige vt in nu. 6.*

2 *Prohibita cum ſit alienatio rerum Eccleſiaſticarum, cenſetur prohibita venditio fructuum ad longum tempus.*

Prohibita alienatione cēſetur prohibitus omnis actus, per quem alteri quæritur ius in re.

3 *Prohibita vna via, alia nō debent eſſe permiſſa.*

4 *Cenſus in fructibus beneficiorum & præbendarum conſtitui non poteſt.*

5 *Alienatio fructuum ad vitam dicitur ad longum tempus, & conceſſio perpetua.*

7 *Fructus beneficiorum vendi poſſunt pro primo triennio, & pro reliquo vitæ tempore poteſt beneficiarius ſe obligare actione perſonali, ad concedendam commoditatem percipiendi fructus vita ſua durante.*

8 *Octogenarius præſumitur uiuere non poſſe decem annis.*

9 *Alienatio non ſolum ad longū tempus, ſed etiam vltra triēnium prohibetur in extrau. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.*

D. Petrus ætate octogenarius habet quoddam beneficium ſimplex, vult vendere omnes fructus, quos

quos ex eo percipere po-
teſt toto tempore vitæ ſuę, & conuenire cum empto-
re, vt totum pretium vnica ſolutione, ac præſenti pecunia ſibi perſoluatur: quæritur an iſte contractus fieri poſſit ſine peccatô, tàm ex parte venditoris, quàm emptoris?

1 Et videtur reſpondendũ eſſe affirmatiuę; quia non dicitur alienare, qui fructus alienat ſecũdum Bald. in c. 1. §. aut ſi libellarij col. 6. quib. mod. feud. amittit. ac ideo fructus beneficiorum vendi, & in cauſam judicati capi poſſunt per l. commodiſſimè, & ibi Bart. Imol. & Alex. ff. de execut. rei iudic. & per c. 2. de fideiuſſ. gloſ. & Doct. in l. ſtipẽdium C. de execut. rei iud. & Frãc. Zabar, in clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. expreſſe dixit rectorem Eccleſiæ in ſui prę iuditium fructus ſui beneficij ad longum tempus alienare poſſe.

2 Reſpondetur nihilominus, hodie hoc fieri nõ poſſe, nam cum ſit prohibita alienatio rerum Eccleſiaſticarũ, nec non & locatio ad longum tempus, vt in extrau. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. cenſetur etiam prohibita dicta venditio fructuum ad longum tempus. Tùm quia prohibita alienatione ſimpliciter, videtur prohibitus omnis actus, per quem alteri quæritur jus aliquod in re l. vlt. C. de reb. alien. vel non. Vnde Quar. in ſua ſumma Bulla. expreſsè affirmat pręd. extrauag. procedere in quamcunq; conſtitutionem iuris vltra triennium, vt ſi concedatur vſusfructus, quia talis cõceſſio alienatio eſt; ita Quar. in loc. cit. ver. alienatio nu. 155. ver. tertio declara.

3 Tùm

3 Tùm quia, quod vna via prohibetur alia via nō debet eſſe permiſſum l. ſiue oportet §. ſi mater ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & facit c. cum quid prohibetur, & ibi Dyn. de reg. iur. in ſexto.

4 Vndè meritò Felician. Solis lib. 2. de cenſib. c. 3. num. 10. affirmat nec cenſum in fructibus beneficiorum, & præbendarum cōſtitui poſſe, cum eo modo videatur transferri in creditorem ius quoddam perpetuum ad fructus, quod in extrauag. prędicta prohibetur.

5 Quòd autem alienatio fructuum ad vitam dicatur ad longum tempus, & conceſſio perpetua probatur ex clem. 1. iuncta gloſſa, ver. eius, de reb. Eccleſ. alien. vel non, & ibi Anchar. Card. & Imo. & alij quos citat, & ſequitur Gutier. lib. 2. Canonicar. quæſtionū q. 8. nu. 24.

6 Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducta ſunt, cum in dicta extrauaganti etiam alienatio fructuum ad lōgum tempus ſit prohibita; ac ideo doctrina Bartholi & aliorum Doctorum erit hodie intelligēda de venditione, & locatione ad tempus.

7 Fateor tamen, poſſe beneficiariū ſimpliciter vendere fructus pro primo triennio, quia talis venditio non eſſet alienatio in prædicta extrauaganti prohibita; & pro reliquo vitæ ſuæ tempore obligare ſe poſſe actione perſonali ad dandum commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita ſua durante, quia tunc non transfertur aliquod ius in re, ſed beneficiarius tenetur dumtaxat exhibere conductori commoditatem percipiēdi fructus. Et hęc eſt cau-

tela

tela vt valeat talis vẽditio, quã expreſsè docuit Quar. vbi ſupra poſt Rebuff. in compend. alien. rer. Eccleſiaſticar. nu. 26. ver. 6. & Molin. tract. 2. de iuſt. diſput. 36. nu. 5.

8 Nec dicas in caſu noſtro non eſſe alienationem ad longum tempus, cum vendens ſit octogenarius, & ſecundum computum l. hereditatem ff. ad leg. Falcid. non ſit victurus annos decem, & conſequenter locationem hanc nõ eſſe dicendam ad longum tẽpus, ac ideo admitti poſſe ſecũdum Couar. lib. 2. reſol. c. 16. nu. tertio; nam re-
9 ſpõdetur in d. extrau. ambitioſæ non ſolum eſſe prohibitam alienationem ad longum tempus, ſed etiã vltra triennium, & iuxta prædictum computũ vnuſquiſq; præſumitur viuere poſſe vltra triennium. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXV.

DE IMMVNITATE Colonorum Eccleſiæ,

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticos grauantes directè, vel indirectè, ad onera perſonalia, aut realia laicorum excõmunicãtur in Bulla Cœnę Dom. etiam ſi hoc faciant in perſona colonorum.*

2 *Coloni Eccleſiaſticorum ſunt merè laici, & coram laico iudice conueniendi ſunt, &*

cogi poſſunt ad omnia onera laicorum, dummodo ideo non grauentur Eccleſiaſtici. vt in nu. 3. 4. 5. 6. & 7.

QVæritur à quibus oneribus realibus, & perſonalibus laicorum ſint immunes, & ad quę cogi poſſint Coloni partiarij Eccleſiarum? & regulam cōſtituēdo reſpondetur, Colonos partiarios Eccleſiarum immunes eſſe ab ijs omnibꝰ oneribus tàm realibus, quàm perſonalibus, ad quę ſi cogerētur, Eccleſia, vel Eccleſiaſtici directè, vel īdirectè grauarent: & è contra, ad illa oīa onera illi cogi poſſunt, ratione quorū Eccleſia, & Eccleſiaſti nec directè, nec indirectè grauantur.

1 Primum dictū ex eo probatur, quòd Eccleſiaſtici nec directè, nec indirectè ad onera perſonalia, nec realia laicorū grauari poſſunt ſine reatu excommunicationis ipſo facto incurrendę, vt patet ex Bulla Cœnæ Domini §. 18. ſed grauare Colonos partiarios ad ea faciēda, per quę directè, vel indirectè grauantur Eccleſiaſtici eſſet hoc expreſsè contra determinationem prædictæ Bullę; ergo grauari non poſſunt.

2 Secundum dictum; probatur, quia huiſmodi Coloni ſunt merè laici, & coram laico Iudice ſunt conueniendi, quia fori declinationem non habent, vt poſt Doctores quos citat dixit Marta in tract. de Iuriſd. Papæ p. 2. c. 40. ad finem: ſi ſunt merè laici ergò ad omnia onera tam realia, quam perſonalia cogi poſſunt, ad quę cæteri laici cogi ſolent; ſi tamē per taliū onerū exhibitionē nec directè, nec indirectè offendatur libertas Eccleſiaſtica per ſupra dicta.

3 Ex quibus infertur primò, huiuſmodi Colonos cogi non poſſe ad onera aliqua illis temporibus, quibus vacandum eſt ad ſeminandum agros Eccleſiæ, vel ad ſecãdum fœnum, aut ad metendum, vel triturandum frumentum, vel ad vindemiandum, vel ad alia ſimilia facienda, etiã ſi cómodè ad aliud tempus differri poſſent; offenderetur enim tunc libertas Eccleſiaſtica, & conſequenter tale onus indirectè Eccleſiaſticis imponeretur contra determinationem dictæ Bullę, & contra alia iura, quę diſponunt, vt Eccleſia nec ſecundariò, nec per indirectum à laicis grauari poſſit, vt probatur ex c. quanto. de priuileg. & ex c. Clericis. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. & ex alijs cõcordantibus.

4 Infertur ſecundò huiuſmodi Colonos cogi non poſſe ad ea facienda, ad quæ neceſſarius eſſet vſus animalium, quæ communiter cum Eccleſia poſſident; nam & tunc directè Eccleſia grauaretur.

5 Tertiò infertur, prædictos Colonos nõ eſſe cogẽdos ad aliqua faciẽda, ad quę non coguntur Coloni laicorũ, ad hoc vt laici habere ſaltẽ poſſint ab ipſis Colonis, quàm ab Eccleſia, & Eccleſiaſticis habere non poſſunt; quia tunc facerent contra prædictam Bullam Cœnę Domini, & contra ſupra citata iura. Et ita expreſsè tenet poſt Doctores quos citat Felin. in c. Eccleſia Sanctę Mariæ de conſtitut. nu. 99.

6 Quartò infertur, nec etiã cogi poſſe ad ea faciẽda, ad quę, ſi cogerentur, Eccleſiaſtici nõ ita facile inuenirent colonos; eſſet. n. & hoc cõtra libertatẽ Ec-

cleſiaſticã,& contra citatã Bullã; & ad hoc eſt vidẽdus Ioã.de Amicis in conſ 18.nu.5. Burſat. in conſil. 42.n. 19. vol 1. Iaſ. in l. 2. col. fin. C. de indic. vid. tolle. & Cotta in ſuis memorialibus, verſ.colonus.

7 Ex dictis etiam infertur quòd cogi poſſunt ad collectas, & onera pro rata fructuum ad ſe ſpectantiũ, cum per hęc nullo modo Ecclesia grauetur. Et ita tenent Gemin. & Frãc.in c.quanquã,de cenſib. lib. 6. Anan. ſing. 99. Feder. de Senis in cõſ. 111. quęſtio talis eſt, & alij, quos citat, & ſequitur Marta in tract. de Iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 13. num. 13. Et quia ex dictis alij caſus facilè colligi & reſolui poſſunt, hæc dixiſſe ſufficiat; Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXVI.

DE VSV PRIVILEGII contra priuilegiatos.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus contra priuilegiatum reſpectu eiuſdem cauſę priuilegio vtitur quando agitur de damno vitando.*

2 *Priuilegio eodẽ quando duo ſunt æquè priuilegiati attendendum eſt in quo ſit maior ratio.*

3 *Priuilegia paria inter habentes ille pręfertur, qui habet priuilegium iuri communi conueniens, aut magis conſonum.*

4 N.

4 *N. Regulares habent priuilegium recipiendi, conſtruendi, & habendi noua loca etiam uicina Eccleſijs, & Monaſterijs aliorum ordinũ intra ſpatiũ 140. cannarum.*

5 *Religioſi quidam habent ex participatione priuilegium vt cæteri regulares non poſſint nouas Eccleſias recipere, & conſtruere vicinas Eccleſijs ipſorum religioſorum intra ſpacium 140. cannarum.*

6 *Eccleſia de iure communi cõſtrui nõ poteſt in pręiudiciũ alterius Eccleſię, cauſa non exiſtente.*

7 *Regulares quidam à quibuſdam alijs regularibus impediri non poſſunt quin noua loca, nouasq; Eccleſias ędificent, & habeant intra ſpatium 140. cannarum uicinas eorũ Eccleſijs.*

8 *Priuilegiati ſi duo reſpectu eiuſdem cauſæ concurrant, ille pręfertur, qui potius habet priuilegium.*

Priuilegiũ potius eſſe dicitur vel quia agitur de damno vitando, vel quia cauſa cõcedendi eſt fauorabilior.

Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat & priuilegium.

DVbitatur, an Regulares virtute ſuorum priuilegiorum impedire poſſint ne alij Regulares nouas Eccleſias, & loca recipiant, ædificent, & habeant vicina eorum collegijs, & Eccleſijs intra ſpatiũ 140. cannarũ per aërẽ mẽſurandarũ vbi alias cõmode ꝑ terrã mẽſurari nõ poſsunt, q̃uis alij Regulares eiſdem gaudeant priuilegijs, quibus gaudet ipſa Religio prohibens per conceſſionem Pauli Papæ IV. & aliorum Pontificũ?

1 Et pro parte Religionis prohibentis facit Primò quia priuilegiatus contra priuilegiatũ reſpectu eiuſdem cauſæ, priuilegio vti-

 tur

tur quādo agitur de damno vitando l. verum §. fin. & l. ſi quod ff. de minorib. Bart. in Auth. quas actiones n. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Panor. in c. in pręſentia nu. 30. de probot. Alex. conſ. 55. nu. 18. lib. gloſ. in l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. ſed in caſu de quo eſt quęſtio agitur de damno vitando reſpectu Religionis prohibentis; nā alij Regulares facilè illis impedire poſſunt eleemoſynas, quas à fidelib⁹ vicinis recipiūt; ergo poſſunt dicti Regulares alios Regulares impedire ne nouas Eccleſias recipiant, neue noua loca ædificent intra dictas cannas vicina Eccleſijs dictæ Religionis.

2 Secundò, quia quando duo ſunt æquè priuilegiati eodem priuilegio, attendendum eſt in quo ſit maior ratio, vt per Bald. in Auth. habita nu. 33. C. ne filij pro patre, Rota Rom. deciſ. 557. nu. 4. vol. 1. in nouiſſi. ſed licet Regulares prohibiti, necnon prohibentes ſint ęquè priuilegiati eodē priuilegio, tamen maior ratio adeſt quò ad prohibentes, cum ipſi principaliter ſint illi, quibus conceſſum eſt priuilegium, & alij Regulares illud habeant ex participatione, vt ex ipſis priuilegijs conſtat; ergo priuilegium ipſorum prohibētiū erit attēdendū, alijs Regularibus poſtpoſitis.

3 Tertiò, quia inter paria habentes priuilegia præfertur is, qui habet priuilegium iuri communi cōueniens, aut ſaltem magis conſonum, vt poſt Bald. in l. ſi quis in graui §. vlt. & in l. qui poſthumus ff. ad Syllan. & Aret. in conſ. 83. col. 4. & Dec. in c. in præſent. nu. 51. de probat. dixit Couar. in libro pract.

quęſt.

quæſt. c. 7. num. 4. verſ. ſexto idem probatur: & ponit exemplum in pupillo, qui habet priuilegium vt nõ poſſit extra propriũ domicilium cõueniri, qui præferendus eſt ei, qui habet priuilegium, vt poſſit quemlibet ad curiam Regis vocare; nam præferendum eſt priuilegium pupilli, cum ſit magis iuri communi conſonum: (ex quo exemplo, & ex dictis notandum eſt doctores impropriè loqui dum priuilegia, quę contraria ſunt, paria vocant) ſed in caſu noſtro concurrunt Regulares, qui paria, ſeu contraria habent priuilegia.

4 Namq; Regulares, qui prohibētur in caſu de quo quęritur, habent priuilegium, vt poſſint nouas Eccleſias, & loca conſtruere, & de nouo recipere, & habere, & accepta & conſtructa retinere, quamuis ſint vicina Monaſterijs & Eccleſijs aliorum ordinum intra ſpatium 140. cannarũ, vt patet ex priuilegio Pij IV. cõceſſo ſocietati Ieſu die 13. Aprilis 1561. & confirmato à Greg. XIII. die 30. Octobris 1576. quod priuilegiũ Regulares q̃ prohibētur ita habẽt ac ſi in ſpecie

5 ipſis cõceſsũ eſſet, vt patet ex d. priuilegio Pauli IV. & ex alijs & prohibẽtes habẽt priuilegiũ vt nulli Regulares, vel Eccleſiaſticę perſonę poſſint nouas Eccleſias, vel loca conſtruere, vel alia de nouo ędificare, recipere & habere iuxta loca, & Eccleſias ipſius religionis intra ſpaciũ 140. cannarũ per aerem menſurandarum, vbi alias commode per terram mẽſurari non poſsũt, vt patet ex priuilegio Clem. IV. & Sixti IV. ordini Carmelitarum conceſſo, quod priui-

legium ipſi regulares prohibentes participant, vt cōſtat ex eorū priuilegijs; ſed hoc priuilegiū eſt iuri communi magis cōſonū;
6 nam cum iure communi ſit cautum, vt nulla Eccleſia, cauſa non exiſtente, in pręiudicium alterius ſit cōſtruēda, vt probatur ex c. 1. de nou. oper. nunc. ſiue textus loquatur de præiudicio Eccleſiarum parochialium, vt ſentit ibidem Panor. in not. 5. ſiue loquatur generaliter de pręiudicio quarūcunq; Eccleſiarum, vt innuunt verba textus ad finē, priuilegiū dictę religionis ꝓhibentis ſēper eſt magis cōſonū iuri cōmuni; cū ꝓhibeat vt vna Eccleſia nō cōſtruatur ītra dictas cānas 140. ad vitandum pręiudicium dictorum Patrum.
7 Quibus tamen non obſtantibus dicendum erit, non poſſe dictos regulares impedire alios Regulares quin noua loca, nouaſq; Eccleſias recipiant, ædificent, & habeant intra cannas pędictas; eſt enim infallibilis regula, vt dicit
8 Panor. in c. in præſentia nu. 39. de probation. vt, quando duo priuilegiati reſpectu eiuſdem cauſæ concurrunt, ille præferatur, qui potentius habet priuilegium; & potentius eſſe dicit, vel quia in vno agitur de damno vitando & in alio de lucro captando: vel quia cauſa concedendi priuilegium eſt fauorabilior. At hic non agitur de vitando damno ipſius Religionis prohibētis, quia, vt habetur in ſupra citata bulla Gregorij XIII. Patres dictę Rilegionis eleemoſynas occaſione miniſterij ſpiritualis nō recipiunt; ſi eleemoſynas nō recipiūt; ergo nullū aliud damnū vitare poſſunt

ſunt, vt per ſe patet. Nec agitur de cauſa fauorabiliori reſpectu Religionis prohibentis, ſed potius reſpectu aliorum Regulariũ ac proximorum; reſpectu Regularium quidẽ ad hoc vt poſſint vbilibet Deo inſeruire; & reſpectu proximorum quia eorum vtilitati melius conſulitur à multis, quàm à paucis, (maximè quia Religio prohibens officia diuina in choro non cantat) cũ meſſis multa ſit operarij pauci 13. diſt. c. in nouo. Ideoq; vocãdi ſunt plures in partem ſolicitudinis c. qui ſe. 2. q. 6.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducta ſunt, nam ad Primum reſpondetur, negando in caſu noſtro agi de damno vitãdo, nam cum, vt dictũ eſt, eleemoſynas occaſione miniſterij ſpiritualis non recipiant Patres prædicti, ob eandem rationem dicendum erit nec ipſos præiudiciũ recipere; ſola .n. occaſione eleemoſynarũ mẽdicãtes mendicãtibus præiudicium, & damnum afferre poſſunt ob vicinitatem; quæ cauſa cum omnino ceſſet quò ad patres dictæ Religionis, vt dictũ eſt, omnino quò ad illos ceſſat priuilegium; nam ceſſante omnino cauſa priuilegij, & ipſum priuilegium ceſſat, vt ex gloſ. in d. c. Abbate Sancti Siluani colligit Panor. ibidem in nu. 17.

9 Ad ſecundũ negatur reſpectu prohibentis adeſſe maiorem priuilegij rationem, quam reſpectu aliorum Regularium; nam licet priuilegiũ ſit dictę Religioni primò conceſſum, nullam tamen maiorem conceſſionis rationem habet, cum æquè principaliter, & pariformiter

eiuſdem

eiuſdem priuilegij conceſſio facta ſit Regularibus, qui prohibentur, pro vt illis ſpecialiter hoc cõceſſit primò Paulus IV. & poſtea Gregorius XIV. die 5. Aprilis 1591. quod priuilegium compendioſè refert Pater Pereg. noſter in ſuo compend. p. 1. §. 4. Imò maior ratio adeſt in priuilegio aliorum regularium, cum in illo agatur de maiori vtilitate proximorum, vt dictum eſt.

Ad tertium reſpondetur, Regulares prohibẽtes nullo modo gaudere pari, ſeu contrario priuilegio, nec iuri communi magis conſono; nam cum priuilegium mendicantiũ ſit conceſſum ad vitandum præiudiciũ, & quò ad Patres prohibentes ceſſet præiudicium, vt dictum eſt, omnino quò ad ipſos ceſſat priuilegium iuxta d. gloſ. & Panor. in d. c. Abbate Sancti Siluani. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXVII.

DE EMPHYTEVSI ITERVM non concedenda poſt incorporationem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *PRælatus poteſt ſine ſolemnitatibus in emphyteuſim concedere bona, quæ in emphyteuſim concedi ſolent. Et hoc procedit etiam quò ab bona incorporata quan-*

quando honeſtatis cauſa concedenda ſunt, vt in num. 2.

3 *Prælatus bona ad Eccleſiã reuerſa incorporare poteſt, ſed ſemel incorporata alienare ſine ſolemnitatibus nõ valet.*

4 *Prælatus poteſt bona in emphyteuſim concedi ſolita in emphyteuſim concedere ſine ſolemnitatibus dum primam retinent naturam.*

5 *Prælatus ex honeſtate tenetur in emphyteuſim iterum dare bona cõcedi ſolita etiã finita generatione.*

6 *Scienti, & conſentienti non fit iniuria.*

D. N. habebat in emphyteuſim quedam bona altaris Sanctorũ Simonis, & Iudę poſiti in cathedrali Mutinenſi, ob non ſolutum per plures annos canonem, & ob alienationẽ, & venditionẽ magnę partis dictorum bonorum cõtra formam iuris, & conſtitutionum Eccleſiaſticarum, per Rectorem beneficij dicti altaris fuit pronuciatum, & declaratum D. N. cecidiſſe a iure ſuo emphyteutico, quod ſuper dictis bonis habebat. ſed tandem d. Rector ſequens honeſtatem, & æquitatem potius quam iuris rigorẽ conuenit cum N. vt non obſtante declaratione ſupradicta poſſit prędicta bona Emphyteutica habere & retinere, dummodo infra certum tempus ſoluat debitos canones, & bona alienata redimat, aliaq; faciat, quæ de iure erant facienda, & in inſtrumento conuentionis continebantur. Et inſuper appoſita fuit pæna; vt ſi infra tempus præfixum per d. D. N. non fuerint executioni demãdata ea, quę in d. inſtrumento cõtinebantur, ſtatim

tim

tim in fauorem Eccleſiæ cenſeatur ſententia lata, & tranſacta in rem iudicatam. Cumq; tranſiſſet tempus, & D. N. nihil de conuentis ſeruaſſet, ad actualẽ poſſeſſionem dictorũ bonorum Rector peruenit, illaq; per publicum inſtrumentum incorporauit bonis dicti altaris; quæritur, an, non obſtante tali incorporatione, poſſit Rector eadẽ bona eidẽ D. N. iterum concedere ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, cum non ſit tranſactus annus à die incorporationis?

1 Et prò parte Domini N. videtur dicendum, Rectorem conceſſionem prędictam facere poſſe. Primò quia, vt colligitur ex c. 2. de feud. poteſt Prælatus ſine ſolemnitatibus in Emphyteuſim concedere bona Eccleſiæ, quæ in emphyteuſim concedi ſolita ſunt, ſi ad Eccleſiam aliquo caſu reuertãtur; & ita cõmuniter à Doctoribus interpretari textũ illũ poſt Couar. lib. 2. reſolut. c. 17. n. 4. teſtatur Clar. in §. emphyteuſis q. 6. nu. 1. vbi etiam poſt Soc. in cõſ. 169. nu. 9. lib. 2. dicit hanc eſſe cõmunem Doctorum ſententiam.

2 Secundo quia & ſi bona Eccleſiæ incorporata alienari non poſſint ſine ſolẽnitatibus, quamuis ſint ſolita in emphyteuſim cõcedi, tamen hoc fallit quò ad eos, quibus honeſtatis cauſa tenetur Prælatus in emphyteuſim dare; nam quò ad eos requiritur curſus vnius anni poſt factam incorporationem, vt poſt Claudium de Seyſello, & Cardinalem tenet Menoch. in cõſ. 72. nu. 12. lib. 1. & in lib. 2. de Arbitr. Iud. cent. 5. caſu 433.

num. 6. ſed in caſu noſtro honeſtatis cauſa tenetur Rector dicta bona D. N. iterum in emphyteuſim concedere, cum turpe videatur, & contra pium, & laudabilem Eccleſiæ morē emphyteutas facilè expoliare; ergo poteſt Rector, cum non tranſactus ſit annus incorporationis, prædicta bona dicto D.N. ſine ſolemnitatibus iterū concedere.

3 Quibus tamen non obſtantibus dicendum erit, nullo modo prędictū Rectorem nouam conceſſionem d. N. facere poſſe ſine ſolemnitatibus. Poteſt .n. Prȩlatus, ſi vult bona ad Eccleſiam reuerſa, & deuoluta incorporare, ſed ſemel incorporata ſine ſolemnitatibus alienare non valet Redoa. de reb. Eccleſ. non alien. q. 7. §. his paucis nu. 5. Menoch. in d. con. 79. nu. 1. Cæſar de Graſſ. de reb. Eccleſ. non alien. deciſ. 134. num. 17. Et ratio eſt, nam per illam incorporationem bona illa ſuam primam naturam amiſerunt, & nouam aſſumpſerunt; erant enim primitus ab Eccleſię bonis ſeparata, nunc autem vnita ſunt, ac ideo verè effecta ſunt talia, vt non poſſit amplius Rector in emphyteuſim ſine ſolemnitatibus illa concedere, ſicut nec alia bona menſæ. Et hanc ſententiam tenent Card. Zabar. in c. 2. q. 13. extra de feud. Archid. in c. 1. 32. q. 8. Creſcent. deciſ. 1. nu. 5. de reb. Eccleſ. alien. vel non, Pan. in c. vt ſuper nu. 10. eod. tit. & Barbat. ibid. col. 2. verſ. ſi verò loquitur, Bart. in l. vacantia nu. 9. C. de bonis vacant. lib. 10. Anchar, conſ. 356. & in c. propter tria col. 2. ver. præterea videtur, Claud. de Seyſello

in

in ſpeculo feudorum fol. 251. Menoch. vbi ſupra num. 4. Genuenſ. in praxi Archiepiſ. Neapolit. c. 73. nu. 6. & teſtatur de communi, & Stephan. Quar. in ſummaBullar. ver. alienatio nu. 39. & dixi in mea ſecunda ſecūdæ lib. 2. c. 9. q. 11. ver. nec ideo dici poteſt.

4 Et ad primum reſpondetur procedere dum bona retinet primam naturam, ſcilicet, vt ſint ſolita alienari; ſed quia in caſu noſtro illam amiſerūt per incorporationem, vt dictum eſt, effecta ſunt inalienabilia ac ſi nunquam fuiſſent ſolita alienari, vt citati Doctores docent; & Steph. Quaranta expreſsè dicit, in caſu factæ incorporationis limitandam eſſe conclusionem, & Doctrinam, quæ docet, in bonis Eccleſię concedi ſolitis remitti ſolemnitatis obſeruatio.

5 Ad Secundū reſpōdetur in caſu noſtro nullo modo ob nō decursū ſpatiū vnius anni, poſſe Rectorem nouam conceſionem ſine ſolemnitatibus concedere. Doctores enim, qui contrariū docent, loquuntur in caſu quo ex honeſtate tenetur Prælatus in Emphyteuſim iterum dare iuxta traditionē, & æquitatē Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quot. æſt. vbi Bart. loquitur de caſu finitæ generationis, & in tali caſu dicit, ex honeſtate faciendam eſſe nouam conceſſionem alijs deſcendentibus, alioquin efficeretur illis iniuria, & vt dicit. Menoch. in loco citato nu. 7. poteſt Prælatus ſua incorporatione commodum ſuę Eccleſię afferre, ſed non poteſt cæteris damnum dare; ſed in caſu noſtro non ſolum ceſſat cauſa deſcendentium, ſed

ceſſat etiam honeſtas, & iniuria alterius: ceſſat .n. honeſtas, cum id quod ex honeſtate faciendum erat, factum ſit, eo quòd non obſtante declaratione caducitatis conceſſum. N. ſit, vt eadem bona retinere poſſit, dumodo id faceret ad quod faciendum de iure tenebatur; quod cum ipſe non fecerit, ſibi ita imputandum eſt, vt ex nulla honeſtate in fauorem illius ſit aliquid faciendũ; nam qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, quia iſta eſt natura conuentionum, vt dixit Bald. in c. 1. in vlt. col. qualit. dom. prop. feu.
6 priuen. Ceſſat etiã omnis iniuria; nam ſcienti, & cõſentienti non fit iniuria c. ſcienti, de reg. iur. in ſexto l. nemo ff. de reg. iur. & in caſu noſtro ſciente, & conſentiente ipſo N. quodam modo facta eſt incorporatio; nam cum ipſe per ſuã conuentionem conſenſerit, vt ſi non ſeruaret promiſſa, res tranſiret in rem iudicatam in fauorem Eccleſiæ, videtur etiam dictę incorporationi cõſenſiſſe quæ ipſam rem iudicatam neceſſariò cõſequitur, alioquin ipſa res iudicata pro Eccleſia vana eſſet, & qui vult antecedens, vult & neceſſarium conſequens l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. c. præterea, de offic. deleg. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXVIII.

DE REFECTIONE ECCLESIÆ Patronalis inopis à patrono facienda.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Parochialis reficienda eſt ex proprijs redditibus, & illis deficiẽtibus à Parochianis.*

2 *Lex quando diſponit circa plura in eadẽ oratione dictum in vno cenſetur repetitum in alio. Niſi adſit ratio diuerſitatis, vt in nu. 5.*

3 *Eccleſia Parochialis patronalis, deficientibus redditibus reficienda eſt à patrono.*

4 *Fundatores Eccleſiæ illius ſollicitudinem habere debent, tranſitq; obligatio hæc etiam ad filios, & nepotes.*

6 *Qualitas in aliqua diſpoſitione appoſita, tunc omnia præcedentia qualificat, quã do ſine incommodo aptari illis poteſt.*

Impoſibilia cenſentur ea, quæ ſine incõmodo fieri non poſſunt

7 *Decretum Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reform. quò ad reficiendas Eccleſias explicatur.*

8 *Lex, quæ generaliter loquitur, generaliter eſt intelligenda etiamſi ſit maior ratio in vna ſpecie quam in alia.*

9 *Verborum ſuperfluitas in legibus eſt vitanda.*

Legis correctio potius inducenda eſt quàm ſuperfluitas verborum.

Legis correctio non eſt inducenda, niſi lex exprimat.

10 *Con-*

10 *Contra Patronos Eccleſiarũ quò ad refectionem dupliciter agi poteſt, & quomodo.*

11 *Patroni Eccleſiarum per interpellationẽ conſtitui poſſunt in negligentia & culpa ob nõ reædificationem illarum, & illo iure priuari, & ob negligentiam reficiẽdi dari illis poteſt compatronus qui reficiat.*

12 *Ratio eadem quæ eſt de toto, quò ad totum eſt de parte quò ad partem.*

13 *Sententia Lambertini de refectione Eccleſiarum explicatur.*

OCcurente caſu refectionis cuiuſdam Eccleſiæ parochialis, quæ eſt iuris patronatus cuiuſdam familiæ. N. cum refici non poſſit ex fructibus ad illã pertinentibus, quia ita tenues ſunt, vt vix ſufficiant ad uictum Parochi, dubitatur, an ſit reficienda à Patronis, an verò à Parochianis?

Et videtur dicendum, reparationẽ à parochianis faciẽdam eſſe, dificiẽtibus Eccleſiæ bonis, iuxta determinationẽ ſacri Cõcil. Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reformat. vbi decernitur, vt ſi Eccleſia parochialis ſit reficienda, ex fructibus, & prouentibus eius reficiatur, & illis deficientibus, omnes patroni, & alij, qui fructus aliquos ex dicta Eccleſia prouenientes percipiunt, aut in illorum defectu parochiani, omni appellatione remota, ab Epiſcopo ad id ſint cogẽdi; ſed in caſu noſtro deficiunt patroni, nam etſi Eccleſia ſit iurispatronatus, tamen patroni nullos fructus ab Eccleſia percipiunt, & Concil. Trid. illos tantum patronos ad id eſſe cogendos dicit, *qui fructus aliquos ab Eccleſia reparanda percipiunt*; dicit enim vnica oratione co-

gendos eſſe patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiũt; ac ideo qualitas quoad fructus aliquos, eſt referenda non ſolùm ad alios, ſed etiam ad patronos.

2 Nam quãdo lex diſponit circa plura in eadem oratione, ita quod omnia illa regantur ab eodem verbo, pro vt fit in caſu noſtro, tunc dictum in vno intelligitur repetitum in alio, vt in l. 1. § 1. iuncta l. 3. §. deinde ait Prætor ff. de incend. rui. & naufr. & tradit Bart. in l. Prætor ait §. eritq; ff. de vi bon. raptor.

3 Ego autẽ, ſuppoſita impotentia Parochi, exiſtimo per patronos reparationem eſſe faciendam; eſt enim patronus quaſi pater, & Eccleſia quaſi filia, vt dixi in prima ſecundę meæ Inſtit. lib. 2. c. 21. q. 2. in fine; ergo ſicut pater indigentijs filij prouidere tenetur, ita & patronus indigentijs Eccleſiæ.

4 Et ad hoc etiam facit c. decernimus 16. q. 7. ex quo habetur, in Conc. Tolet. 4. decretum fuiſſe, vt fundatores ſeu patroni Eccleſiarum de eiſdem curam habeant ſolicitam; quę verba cum ſint generalia tàm reparationem, quàm omnia alia comprehendunt, quæ ad conſeruationem ipſius Eccleſiæ ſunt neceſſeria, eis exceptis, quæ in eadem q. laicis interdicuntur. Tranſitq; huius ſolicitudinis obligatio etiam ad filios, & nepotes, vt in c. fin. ead. cauſ. & q. habetur, & dixi in d. lib. 2. c. 30. in fine. Et huius etiã ſentẽtiæ mihi videt̃ fuiſſe Marta lib. 2. de Iuriſd. Papę c. 48. num. 5. dicit enim ibi, patronum conſtitui

poſſe

poſſe in negligẽtia, & culpa, ſi non refecit Eccleſiam, in qua habet ius patronatus; ergo neceſſario ſentit, illum teneri ad refectionem, alioquin in negligentia, & culpa conſtitui non poſſet.

Ad rationem in contrariũ adductã reſpondetur negando Sacrum Cõcilium tantum loqui de patronis illis, qui fructus percipiunt, quamuis patroni, & alij vnica oratione comprehendãtur, vnicoq; verbo regantur.

5 Nam in legibus, quę diſponunt circa plura vnica oratione, ita vt omnia vnico verbo regantur, tunc dictum in vno intelligitur repetitum in alio, quando non adeſt aliqua ratio diuerſitatis in vno magis quàm in alio; nam ſi talis ratio adeſt, non cenſetur repetitum, vt dixit Aret. in conſil. vlt. num. 6. per tex. quẽ dicit ad hoc not. & põderatum ibi à Baldo in l. in actionibus ff. de his qui not. inf. & faciunt ea quæ dicit Bart. in l. talis ſcriptura §. hanc autem nu. 3. ff. de leg. 1. & Dec. in c. ſecundo requiris nu. 11. de appellat. & probatur ex ead. l. 3. §. deinde ait prętor. ff. de incend. rui. & naufrag. vbi reddit tex. rationem quare receptatores & raptores ęqualiter comprehendantur in diſpoſitione l. 1. eod. tit. necnon & alij de quibus vnica oratione dicta lex loquitur, & vnico verbo illos comprehendit, & dicit hoc euenire, quia non eſt maior ratio in vno caſu quàm in alio, & conſequenter oſtendit quòd nõ cõprehenderentur, ſi maior ratio adeſſet in vno caſu quàm in alio; ſed cum in caſu noſtro ratio maioris diuerſitatis aſſignari

 poſſit,

poſſit, quia patronus eſt loco patris, & ad illum pertinet illius Eccleſię ſolicitudo; quæ ratio omnino ceſſat, quò ad alios, qui fructus recipiunt, dicendum erit qualitatem perceptionis fructuum nõ eſſe neceſſariò verificandã quò ad patronos, ſed tantum quò ad alios, quando agitur de reficienda Eccleſia in dicto loco Conc. Tridentini.

6 Et prętcrea tunc qualitas in aliqua diſpoſitione poſita qualificat oĩa præcedentia, quę vnica oratione, vnicoq; verbo cõprehendit, quando qualitas illa aptari poteſt omnibus præcedentibus ſine incõmodo; nam ea quę ſine incõmodo fieri nõ poſſunt impoſſibilia cẽſentur l. nepos Proculo ff. de verbor. ſigni. c. faciat 22. q. 3.

7 In caſu autẽ noſtro qualitas percipiẽdi fructus in d. Concil. Tridẽt. poſita, patronis aptari nõ poteſt ſine incommodo ſuperfluitatis verborum, quia ſufficienter dictum fuiſſet, & quoſcunq; qui fructus aliquos percipiunt, ad hoc vt & ipſos patronos, qui fructus perciperent, comprehenderet; nam lex quę generaliter loquitur gene-
8 raliter eſt intelligẽda etiã ſi ſit maior ratio in vna ſpecie, quam in alia l. 1. §. & generaliter ff. de aleę luſ. & aleat. & tradit Dec. in
9 cõſ. 664. nu. 3. quæ ſuperfluitas verborum, quodq; incommodũ adeo in legibus eſt vitandum, cum non ſit ſentiendum verba ſuperflua in aliqua lege adeſſe l. ſi quãdo ff. de leg. 1. c. ſolitæ de maior. & & obed. vt potius ſit inducenda legum correctio, quam ſuperfluitas verborum admittenda, vt dixi in prima partæ meę inſtit. lib. 1.

lib. 1. c. 15. nu. 6. ver. ad ſecũdum, licet legum correctio adeo ſit legib' odioſa, vt non ſit inducenda quando lex illam expreſsè non inducit l. præcipimus C. de appellat. l. ſancimus, cum alijs corcord. C. de teſtam.

10 Sed dato, & non conceſſo quòd Sacrum Cõcil. ibi intelligat de patronis, qui percipiunt fructus ob inopiam, cum teneatur Eccleſia patronos pauperes alere, vt dixi in d. prima ſecũdæ meę Inſtit. lib. 2. c. 21. per totum, tunc dicendum erit cum Marta in d. c. 48. nu. 2. cum patronis Eccleſiarum circa refectionem illarum dupliciter agi poſſe, primò actione de qua diſponitur in d. loco Concilij, & ſecundò interpellatione, de qua non conſiderauit Cõcilium, vt dicit ipſe Marta in nu. 4. ibidem.

11 Vnde datò quòd patroni à Parocho cogi nõ poſſint per viam actionis vt Eccleſiam reficiant, quãdo fructus non percipiũt, tamen interpellatione ita ab Epiſcopo conſtitui poſſunt in negligentia & culpa, vt ab eo, illo iure priuari poſſint, ſi Eccleſia indiget reædificatione, & negligentes fuerint ad reędificandum. Et in tali caſu poſſet Epiſcopus illud ius alteri concedere, ſi ille tertius Eccleſiam reędificare vellet, vt ſentit Marta vbi ſupra, poſt Doctores quos citat.

12 Si verò indiget tantùm refectione pro aliqua parte, tunc ſentit, quòd conſtituto patrono in prædicta negligentia & culpa, poteſt concedi, vt reficiatur à tertio, & euadet compatronus. & huius dicti ratio eſt (& ſi ipſe rationem nõ reddat) quia quod iuris eſt

de toto quò ad totum, hoc iuris eſt de parte quò ad partem, vt dixit Petr. de Vbald. in canon. Paroch. c. 8. can. prin. num. 7. & eſt ad hoc tex. in l. quæ de toto ff. de rei vendic. & c. paſtoralis §. item ſi totum de offi. deleg. ideoq; ſicut per totalem reædificationem quis efficitur omnino Eccleſiæ patronus illã reædificando cum conſenſu Epiſcopi, vt dixit gloſ. in c. 3. de iurepatro. Gemin. in c. cum acceſſiſſent de conſtit lib. 6. Lambert. de iure patron. in 3. ar. 6. q. prin. 1. p. lib. 1. num. 10. ita efficitur cõpatronus quando quis pro parte reficeret cum conſenſu Epiſcopi in caſu quo Eccleſia ex eius fructibus refici non poſſit, & patronus nollet reficere, & per interpellationem in negligentia, & culpa eſſet conſtitutus.

13 Nec exiſtimes valere ea quæ in contrarium tenet Lãbert. in d. tract. de iure patron. 2. ar. 7. q. prin. 3. lib. num. 5. & 6. vbi negat patronum teneri ad Eccleſię reparationem; nam ipſe non loquitur ibi in terminis noſtris; præſumit enim ipſe Eccleſiam ita ſufficienter à principio fuiſſe dotatam, vt poſſit ex redditibus reparari, ſed nos ſumus in caſu quo Eccleſia ex redditib9 reparari non poteſt ob eius inopiam. Et licet ipſe in nu. 7. expreſsè affirmet in caſu inopię prius eſſe cogendos Parochianos, quando Eccleſia eſt Parochialis, & tãtùm eſſe recurrẽdũ ad interpellationẽ patronorum in caſu quo eſſet Eccleſia antiquitate, vel ruina penitus deſtructa, quia tunc ad ipſos ſpectabit, ſi reædificare velint, ne amittant iuſpatronatus, attamen

men eſt aduertẽdum ipsũ ſcripſiſſe ante Cõcil. Trid. ſed dato quòd nec eius dictis obſtet Cõciliũ, ſupponendo eſſe intelligendum de patronis, qui percipiũt fructus, (quod tamen non concedo) dico nihilominus, eius dictum ſuſtineri non poſſe, in caſu quo parochiani eſſent pauperes, ita vt reficere nõ valerent; nã cũ ipſe cõcedat ĩ cauſa totalis reparationis, & inopiæ Parochianorum, interpellandum eſſe patronũ ſi velit reædificare, ne amittat iuſpatronatum, ita etiã concedere tenetur eſſe intrepellandum in caſu partialis refectionis, ne admittatur alius ad reficiendum & efficiatur compatronus, cum validum ſit argumentum de toto ad partẽ per dicta ſupra, & vt dixit Nau. in conſ. 55. nu. 1. de regular. lib. 3. ſed tantũ habere poteſt dictum eius locũ in caſu quo parochiani Eccleſiam reficere poſſunt. Saluo Semper, &c.

CONS. LXXIX.

DE LEGATO RELICTO pauperibus, diſtribuendo conſanguineis pauperibus.

SVMMARIVM.

1 *PIa cauſa dicitur quando aliquid fit ex quo ſubleuantur animæ defunctorum.*

2 *Pauperes dicuntur non ſolũ qui non habent vnde viuant,*

uant, ſed etiam illi, qui cõmode viuere ſecundũ ſuã conditionem non poſſunt.

3 *Charitatis ordo ſeruãdus eſt ĩ diſtribuẽdis Eleemoſynis.*

Legatum relictũ pauperibus præcipuè diſtribuendus eſt conſanguineis teſtatoris, qui ſecundum conditionem ſuã commodè viuere non poſſunt.

TEſtator reliquit 400. ducatos diuidendos pijs operibus, pauperibus puellis maritãdis, ac alijs pauperibus, nulla facta aſſignatione quantitatis diuidendę inter hos & illos D. Vicarius Nonãtulæ ad inſtantiam executoris teſtamenti applicauit ex dicta ſumma ducatos quinquaginta quibuſdam puellis pauperibus cõſanguineis teſtatoris; quæritur an legitimè fecerit, & an poſſit exequutor teſtamenti applicare quandam partẽ dicti legati certæ capellæ ad hoc vt ibi celebrentur aliquę miſſę pro anima teſtatoris?

Reſpondetur, D. Vicarium Nonantulæ bene feciſſe applicãdo partem d. legati pauperibus puellis maritandis conſanguineis teſtatoris, ſed melius feciſſet, ſi illis applicaſſet totam partem, quæ erat applicanda pauperibus, & puellis pauperibus maritandis. Imò, cum non ſit à teſtatore declaratũ, quæ pars ſit applicãda puellis, & quænam alijs pauperibus, & pijs operibus, ipſemet exequutor teſtamentarius poteſt in conſcientiæ foro applicare maiorẽ partem d. 400. ducatorũ dictis puellis conſanguineis teſtatoris, & aliquã partem cuicunq; operi pio maluerit, & conſequẽter d. capellæ ad celebrãdas aliquas miſſas pro ani-

1 ma teſtatoris; quia pia cauſa dicitur quando aliquid fit ex quo ſubleuantur animæ defunctorum, vt probatur ex Anth. vt cum de appellation. cognoſc. §. ſi vnam ex prædictis in verſ. occaſionem autem, & tradit Vinc. de Franch. in deciſ. 237. nu. 3. Et poſſe prædictum exequutorē applicare maiorem partem d. 400. dictis puellis probatur; nam, cum ſit legatum prædictum diuidendū pauperibus puellis maritandis, & etiam alijs pauperibus, ac pijs operibus, abſq; vlla particulari aſſignatione quantitatis aſſignandæ his, vel illis: & cū conſiderata cōditione dictarum conſanguinearū teſtatoris, ipſæ puellæ pauperes dici poſſint, quia, vt dixi, in prima ſecundę meę Inſtit. lib. 2. c. 2. q. 2. nu. 13. pauperes dicuntur non ſolum qui non habent
2 vnde viuant, ſed etiā qui non poſſunt commodè viuere ſecundū conditionē ſuā, vt docet Bald. in l. ſi qs ad declinandū col. 2. verſ. cir. 3. C. de Epiſc. & Cler. Iaſ. in l. ſi conſtante num. 146. & nu. 151. ff. ſol. matrim. Maſcar. de probat. concluſ. 1159. nu. 14. & alij, quos citat, & ſequitur Surd. de alim. tit. 19. q. 39. num. 2. non eſt dubitādum tanquam pauperibus, & etiam tanquam puellis pauperibus maritādis maiorem partem dicti legati applicari poſſe ab ipſo ſolo exequutore, ſi vigore teſtamenti diſtributio d. 400. ducatorum ad ipſum ſpectet, ſi vero ad aliū, ille alius facere hoc poteſt. Imò addo quòd quicūq; ſit diſtributor ex charitate tenetur maiorē partē d. legati inter ipſas conſanguineas teſtatoris diſtribuere, cum pauperes ſint conſiderata earū qualitate.

3 In

4 In diſtribuendis .n. eleemoſynis ordo charitatis ita eſt ſeruandus, vt charitatem offendat, qui illam non ſeruat; & quia ordo charitatis exigit, vt à proximioribus incipiatur, cęteris paribus, ab ipſis conſanguineis teſtatoris eſt incipiendum, cum ſecundũ conditionem ſuam pauperes ſint; nec ſumus in caſu, in quo cęteri pauperes extremè indigeant. Tutè igitur poteſt exequutor prædicta facere, ſi ex teſtamẽto illi non eſt hoc prohibitum. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXX.

DE LEGATO IN ANNOS SINGVLOS

SVMMARIVM.

1 *Legata ad pias cauſas intra ſex menſes præſtãda ſunt.*

2 *Volũtas defuncti implẽda eſt ĩfra annũ à die monitionis.*

3 *Dominium rei legatæ tranſit ad legatarium à die aditæ hereditatis; & ficte etiam à die mortis teſtatoris.*

4 *Legatũ in annos ſingulos eſt ſimile legato uſusfructus.*

IN teſtamento ſuo N. inter cætera ita diſpoſuit. Item iure legati reliquit ducatos illos centum, quos illi olim legauerat B. quos infraſcripti ſui heredes dare debeãt communi N. & expendi debeant in emendo cenſu vno, & de fructibus illius quotannis in perpetuum celebrare faciãt tot Miſſas, quot fuerit fructus dicti annui cẽſus, pro anima d. B. olim ſui mariti, & omniũ eius defũctorũ. Modo quærit an hæredes ſtatim ſecuta morte teſtatoris ad prędicta teneantur? Et videtur reſpõdendũ eſſe negatiuè.
1 Primo qa ĩ §. ſi autẽ legatũ Auth. de Eccleſ. tit. decernitur, vt legata ad pias cauſas relicta intra ſex menſes

ab

ab inſinuatione teſtamenti numerandos, præbeantur eis quibus relicta sūt.
2 Secundò qa ex c. nos qdē de teſtamen. apparet, & ibi notat̄, de iure Canico volūtatē defuncti ad pias cauſas adimplēdam eſſe infra annū à die monitionis; ergò nō tenētur heredes illā prius adimplere.
3 Sed his nō obſtantib' ego exiſtimo ī hoc caſu volūtatē teſtatoris eſſe ſtatim adimplendam Primo qa dominiū rei legatę tranſit ad legatariū à die aditæ hereditatis, l. ſi tibi §. cū ſeruus, & ibi gloſ. ff. de leg. 1. Et ſictè etiam à die mortis teſtatoris, vt notat d. gloſ. & Bar. ibid. p l. mortuo ī prī. ff. de leg. 2. & per l. à Titio ff. de furt. cum alijs cōcordantibus, ita vt res legata debeatur legatario vna cū fructibus à die mortis, vt p Bart. in d. §. cū ſeruus nu. 3. ſi tranſit ad legatarium, & illi debet̄ vna cū fructib'; ergò abſq; mora tenetur heres cētum communi N. tradere, & commune cenſū ſtatim emere tenet̄, vt ex fructib' Miſſę celebrēt̄.
4 Secūdò qa legatū ī annos ſingulos eſt ſimile legato vſusfructus, l. in ſingulos annos ff. de annui. leg. except. trib. quę ī ead. l. in ſingulos annos numerant̄, ita vt ꝓpria manu percipi debeat ad inſtar vſusfructus, l. cum ita ff. de vſufruc. leg. ſed nulli dubiū eſt legatū vſusfructus deberi legatario a die mortis teſtatoris; ergò & legatū in annos ſingulos debetur legatario à die mortis teſtatoris; & cōſequēter legatū dictorum ducatorū cētū à die mortis teſtatoris ī beneficiū legatarij eſt applicādū, emēdo cēſū, vt ex fructibus miſſæ celebrentur.
Nec obſtāt contraria, nam ad primū reſpondetur ibi textū verba non facere de annuis legatis, ſed de alijs,

quæ

quæ ſemel tātū præſtanda ſūt; hoc .n. ſignificāt verba illa: *hoc modis omnibus prębe-ri, quibus relictū eſt*. Et quo ad annua legata, relictū eſt diſpoſitioni iuris antiqui. Ad ſecūdū reſpondet in d. c. nos quidem, Sūmū Pontificē non determinare tēpus quo pia legata ſoluēda ſint, ſed determinare tēpus infra q, ſi pię defunctorum volūtates ab heredib⁹ executioni non demādantur, ab Epiſcopo ſint exequēdæ. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXXI.

DE IVRAMENTO SERVANDI STATVTA præſentia, & futura.

SVMMARIVM.

1 *Scholares Collegij Montis alti Ciuitatis Bononiæ quando peccent non ſeruādo Statuta illius Collegij.*

2 *Iuramētū ex ſola intētione iurātis uires ſumit ad obligādū.*

3 *Periuri ſunt, q iurarūt ſeruare Statuta, & ex induſtria nō ſeruant illa q̃do ſunt in uſu. Etiā ſi ſtatutū rem contineat cuius tranſgreſſio ex natura rei mortalis nō eſt, ut ī nu. 4. dummodo non ſit rei leuis, ut in num. 5.*

5 *Iuramētū rei leuis non obligare ad mortale, probabilis eſt ſententia.*

6 *Statuta q̃do oīa abierūt ī deſuetudinē piuri ſūt, q illa nō ſeruant, ſi ſeruare iurarūt. ſecus q̃do aliqua, ut in n. 8.*

7 *Collegium uiuere ſine ſtatutis eſſet abſurdum, & ideo non dicendum.*

9 *Iuramētū de ſeruādis ſtatutis nō extēditur, ad non recepta, nec ad ea, quę abierūt ī deſuetudinē, uel abrogata ſūt.*

Scholares Collegij Montis alti Ciuitatis Bononiæ, iūrant in ingreſſu Collegij, quātum eorum fragilitas tulerit inuiolabiliter obſeruare omnia ſtatuta illius, tam edita, quàm in poſterum

ſterũ edenda, ſed cũ hodie fere omnia abierint in deſuetudinem, dubitatur an ſint periuri ſcholares illa non obſeruantes?

1 Omiſſis his, quæ pro & contra circa propoſitam difficultatem dici poſſent, cum mihi tẽpus hoc facere non permittat, ita diſtinguendum eſſe cenſeo, ſcil. aut ſcholares ſupradicti ali qua eiuſdem collegij ſtatu ta non obſeruant ex huma na fragilitate, nempè quia tranſgrediũtur illa ab aliqua paſſione moti; aut illa non obſeruant ex electione, nempè quia ex induſtria, vel certa malitia illa tranſgrediũtur. Et in primo caſu non ſunt periuri ſcholares ſtatuta non obſeruantes; nam iuramentum ex ſola intentione iurantis vires ſumit ad obli-

2 gandum c. humanæ aures 22. q. 5. & probatur ex c. veniens, & c. quanto de iureiur. ſed in caſu noſtro iurãtes tantùm ſe obligãt, quantùm humana fragilitas tulerit; ergo ſi ex huma fragilitate iurata ſtatuta non obſeruabunt, periuri non erunt.

3 Si verò ſcholares ſupradicti præfeta ſtatuta non obſeruant ex electione, & induſtria, tunc iterum ſic diſtingue, aut ſtatuta ſunt in vſu, aut abierũt in deſuetudinem: ſi ſunt in vſu, nulla indiget probatione illos eſſe periuros, cum cõtra illos omnia iura clament præſertim c. querelam, & tot tit. de iureiur.

4 Et hoc eſt verum etiam ſi ſtatutum rem cõtineat, cuius tranſgreſſio ex natura ſua non eſt mortalis, ſi res quæ iuratur licita ſit, vt cõmuniter docẽt Theologi in tertium ſentẽt. diſt. 39. & Canoniſtæ in c. ſi verò de iureiur. quos ſequitur Nauar. iu man. c. 12.

num.

num. 10. in prin. dummodo talis res licita leuis non ſit; nam, licet ſecundum Caiet. in ſecunda ſecundę q. 89. ar. 7. iuramentū etiā rei leuis obliget ad mortale, tamē probabilis eſt ſententia illa, quæ contrariū docet, quam tenent Nau. & Doctores, quos ipſe citat in d. nu. 10.

6 Sed ſi ſtatuta abierunt in deſuetudinem, tunc iterum ſic diſtingue, aut omnia ſtatuta abierunt in deſuetudinem, aut illorū aliqua; ſi omnia abierunt in deſuetudinē, tunc ſcholares illa non obſeruantes ita periuri ſūt ac ſi ſtatuta oīa eſſent in uiridi obſeruatione; eſſet enim talis deſuetudo irrationabilis;
7 cum non ſit admitendum, collegium viuere ſine ſtatutis, nam maximum eſſet abſurdum, ac ideo non dicendum l. nam quod ab ſurdum ff. de bon. liber. c. dudum de præbend. in ſexto, & conſequenter talis deſuetudo tanquā corruptela non eſſet admitenda arg. c. inter dilectos. de exceſſib. prælator.

8 Si autem non omnia, ſed aliqua tantum ſtatuta abierunt in deſuetudinem, tunc non obſeruantes illa, quæ abierunt in deſuetudinē periuri nō eſſent. Nam
9 vt dixit Bald. communiter receptus in pręlud. feudor. col. 5. verſ. Item nos dicimus, iuramentum de ſeruando ſtatuta non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel quę per cōtrariam conſuetudinem abrogata ſunt, vt latius hoc probat Gutier. & Doctores quos ipſe citat in tract. de iuram. cōfirmat. p. 1. c. 28. nu. 14. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXXII.

DE ABSOLVTIONE A' CASV reſeruato commiſſo ante reſeruationem.

SVMMARIVM.

1 *CAſus reſeruari poſſunt duobus modis; & quibus?*

2 *Abſoluere à peccatis ſimpliciter reſeruatis per reſeruationem abſolutionis confeſſarius non habens ſpecialē iuriſdictionem quò ad reſeruata non poteſt, etiam ſi commiſſa ſint ante reſeruationem.*

3 *Legis prohibitio caſus pręteritos nō reſpicit, ſed futuros; niſi de præteritis loquatur.*

4 *Abſoluere à reſeruatis commiſſis ante reſeruationem confeſſarius poteſt quando prius prohibetur caſus, & poſtea reſeruatur abſolutio.*

POſt Commiſſum ab N. peccatum eius abſolutionem Epiſcopus ſibi reſeruauit, quæritur, an nō obſtante reſeruatione poſſit ipſe pęnitens ab eodē peccato abſolui à confeſſario non habente auctoritatem ſuper reſeruatis?

1 Reſpondetur diſtinguēdum eſſe circa modum reſeruandi caſus, cū duobus modis reſeruari poſſint. Primò ſimpliciter reſeruādo caſum abſq; vlla prohibitione peccati, vtputa, prohibemus, vt nullus deinceps confeſſarius abſoluere poſſit ab inceſtu, à ſodomia, ab adulterio, &c. prout comuniter faciunt Epi-

Epiſcopi quando caſus ſibi reſeruant. Secũdò modo reſeruari poteſt caſus, prohibendo primo ſcelus, & poſtea addendo reſeruationem illius, veluti ſi diceret prohibemus, vt nullus ingrediatur Eccleſiam ferens arma, vel vt nullus loquatur obſcena cum monialibus, & ſi quis cõtrarium fecerit tantùm à nobis huius peccati abſolutionem obtinere poſſit, vt regulariter ſeruat ſummus Pontifex quando per aliquam peculiarẽ bullam caſum aliquem ſibi reſeruat.

2 Si caſus primo modo ſit reſeruatus abſolui non poteſt à confeſſario non habente auctoritatem ſuper reſeruatis. Et ratio eſt, quia, vt certiſſimi & indubitati iuris eſt, confeſſarius abſoluere à peccatis non poteſt, niſi ſuper illis iuriſdictionem habeat in tempore & loco quãdo & vbi ab illis abſoluit; ſed cũ in caſu propoſito, ſi primò modo ſit reſeruatus, cõfeſſarius tempore abſolutionis non habeat auctoritatem abſoluendi ab illo; cũ per reſeruationem fuerit illi ſublata, neceſſariò dicendum erit poſt reſeruationem tale peccatum ab illo ſolo confeſſario abſolui poſſe, qui habet poteſtatem ſupra reſeruata.

3 Nec valet dicere, prohibitionem legis non reſpicere caſus præteritos, ſed futuros, niſi de præteritis ſpecialem mentionem faciat c. 2. & c. fin. de cõſtit. nã cũ ĩ reſeruatione primò modo concepta, ſola abſolutio ſit prohibita, prohibitio non eſt de præteritis peccatis, ſed de futuris abſolutionibus.

4 Si verò abſolutio ſecũdo modo ſit reſeruata, tunc non erit dubitandum quẽlibet

libet confeſſarium habentem iuriſdictionem ſuper non reſeruatis abſoluere poſſe à peccato ante prohibitionẽ, & reſeruationẽ commiſſo: nam alioquin vere tunc prohibitio legis reſpiceret caſus præteritos, cõtra naturam ipſius, quæ eſt vt reſpiciat tantum caſus futuros. Saluo ſemper, &c.

CONS. LXXXIII.

DE PECCATO PROPRIETATIS commiſſo ob dilapidationem rerum Monaſterij.

SVMMARIVM.

1 *PRoprietarius dicitur regularis, qui circa bona Monaſterij dominij actum exercet, priuando Monaſterium dominio illius rei.*

2 *Proprietatem alicuius rei habere dicitur, qui dominiũ illius habet*

3 *Domini ſunt in rebus ſuis moderatores & arbitri.*

4 *Regularis, qui occultè in flumen proiecit cibaria fratribus præparata, mortaliter peccauit, & caſus eſt reſeruatus, ſi ſuperior peccatũ proprietatis ſibi reſeruauerat.*

5 *Donatio, dilapidatio, & iactatio in iure æquiparantur.*

REgularis quidam occultè proicit in flumen cibaria quædam, quę pręparata ab æconomo fuerant in cibum fratrum, & hoc

fecit nulla alia ratione ductus, niſi quia ſibi, & fratribus non placebant; & cum cibaria illa eſſent valoris ſufficientis ad conſtituẽdum peccatũ mortale, dubitatur, an talis regularis peccauerit contra vitiũ proprietatis, ita vt caſus ſit reſeruatus ſuo ſuperiori, qui peccatum proprietatis ſibi reſeruauerat?

1 Et reſpondetur affirmatiuè, illa ratione motus, quia illum eſſe proprietarium circa bona monaſterij cenſeo, qui talem actũ dominij in rebus monaſterij exercet, qualẽ domini exercere ſolent in re propria, ſi per illum actum, monaſterium de facto priuetur dominio illius rei. Nam proprietatẽ alicuius rei habere in iure ille dicitur, qui dominium illius rei habet, vt in l. fin. ff. de ſuperficieb. ergo qui vſurpat talem actum dominij ſuper aliqua re monaſterij vt per illum priuetur monaſterium dominio illius rei, vere vſurpat proprietatem illius rei; ergo proprietarius erit; ſed cum factũ hoc ſit in caſu iſto per actum proijciendi in flumen cibaria illa; ſoli enim

3 domini hoc facere poſsũt, qui in rebus ſuis ſunt moderatores, & arbitri l. Caiuſ. ff. de manumiſſ. l. 2. & 3. C. ſi mancip. ita venund. ne proſtit l. in tradit. ff. de pact. dubitandum

4 non erit regularem prędictum ita peccaſſe peccato proprietatis, vt caſus ſuo ſuperiori ſit reſeruatus.

Quæ ſententia ex eo etiam confirmatur, quòd ſicut nõ eſſet dubitandum, prædictum regularem cõmiſiſſe p. mortale proprietatis ſuo ſuperiori reſeruatum, ſi prędicta cibaria occultè donaſſet, ita nec erit dubitãdum mortale

tale peccatum commiſiſſe eadē cibaria occultè proijciendo & dilapidando; cum donatio, iactatio, & dilapidatio in iure æquiparentur, vt in l. filius familias in prin. ff. de donat. & in l. contra iuris §. filiū ff. de pact. Saluo ſemper, &c.

CONS. XXXIV.

DE NON EXIGENDA COLLECTA ex bonis Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *EXcōmunicationem cōtraxit officialis q ad exigēdam collectam executionem faciendam eſſe mandauit in bonis communibus Clerici & ſecularium.*

Amplia vt in nu. 2. & diſtingue vt in nu. 3. & 5. Nec excuſatur ex eo quod bona sūt communia, vt in nu. 6.

4 *Perſona domini mutata cēſetur mutatus ſtatus rei.*

6 *Commune quod eſt, meum nō eſt quo ad totum, ſed meū eſt quò ad partem.*

1 CVm quidam officialis mādauerit, vt fiat executio in bonis heredū N. pro exigenda ex omnibus illis quandam extraordinariam collectam impoſitam ſuper bonis ſtabilibus territorij pro ſoluendis debitis Ciuitatis, non eſt dubitandum incidiſſe in excommunicationē c. quanquā de cenſib. in 6. & 18. Bullæ Cœnæ Domini, ſi (vt in facto aſſeritur) hoc fecerit ſciens prędicta bona poſſideri communiter,

 & in-

& indiuisè à D. Præpoſito Eccleſię .N. pro dimidia parte,& ab eius nepotibus laicis pro alia dimidia, qui vna ſimul ſunt vniuerſales heredes dicti .N. Et ratio eſt, quia tã in dicto c. quã-quam de cenſib. quam in d. excom. 18. Bullę Cœnæ Domini omnia bona patrimonialia Clericorum,quæ ad negotiationem nõ pertinent, à gabellarum ſolutione eximuntur, appoſita excommunicationis pęna cõtra illos,qui illas etiã à ſponte dantibus exigũt, vt communiter Doctores docent pręſertim Neuterici contra Nau. qui contrarium malè docuit in man. c. 27. nu. 70. & 228. contra quẽ tenet hanc noſtrã ſententiam Tolet. in comment. d. Bullę excommunic. 18. Suar. de excommunic. diſput. 23. ſect. 4. nu. 21. tomo. 5. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 33. dubit. 3. num. 19. Salon. tom. 2. de Iuſt. q. 78. art. 5. controuerſ. 2. num. 2. ipſemet Nau. ſibi cõtrarius in eod. man. c. 17. nu. 203. & ex antiquis Bart. in conſ. 180. in ſecundo volum. Speculat. in tit. de cleri. coniug. ver. huiuſmodi autem, Io. Andr. poſt Archid. in c. 1. de immunit. Eccleſiar. lib. 6. quos citat; & ſequitur
2 Paul. de Caſtr. in cõſ. 423. in fine. qui antiqui Doctores hanc ſententiam verã eſſe affirmant etiam in caſu quo, quando bona venerunt in manus Clericorum erant iam poſita in æſtimo laicorum. Et licet ipſi hoc limitẽt, vt tantùm procedat quò ad gabellas, quæ imponuntur poſt quã bona venerunt in manus
3 Clericorum, ego autem in prima ſecundæ meę Inſtit. lib 2. c. 17. q. 5. nu. 114. teneo eſſe diſtinguendum inter gabellam, quæ imponi-

ponitur pro rebus incertis, & variabilibus, & illā quæ imponitur pro rebus certis, & inuariabilibus; & quò ad primam cenſeo non eſſe ſoluendam ex bonis patrimonialibus Clericorum, etiam ſi impoſita ſit priusquam bona ad illorum manus peruenirent. Et ratio eſt nam cum certi iuris ſit Clericos, & Eccleſiaſticos ad incerta, & variabilia onera ſoluenda nō teneri, eò ipſo quod bona ad illorum manus peruenerunt, ab huiuſmodi oneribus liberantur: nam mutata perſona domini cenſetur mutatus ſtatus rei
4 arg. c. 1. §. fin. de iurepatronat. in 6. tenetq; hanc ſententiam poſt Speculatorem, quem citat Antibol. de munerib. 2. p. prin. nu. 107. ad finem.

5 Vndè cenſeo ſententiam prædictorum antiquorum Doctorum tantùm locum habere poſſe quò ad gabellam poſitam pro oneribus certis & inuariabilib⁹, vt ſcilicet illa tunc exigi poſſit ex bonis, quæ peruenerunt ad manus Clericorum, quando impoſita erat priuſquam talia bona ad illorum manus peruenirent: ſed cum gabella, ſeu collecta hæc, de qua eſt quæſtio, ſoluatur pro onere incerto, & variabili, cū ſoluatur pro extinguendis debitis à Ciuitate cōtractis, non eſt dubitandū ad illam ſoluendam D. Præpoſitum non teneri, etiam ſi impoſita ſit priuſquā ad eius manus pars prędictorum bonorum perueniret, & conſequenter exactores ſub hoc prætextu à prædictis cenſuris non excuſari.

6 Nec dicas D. officialem & exactores ideo excuſari, quia prædicta bona Clerico, & laicis cōmunia ſunt, & ab illis indiuiſa poſſidētur,

tur, vnde bona ipſius D. Præpoſiti dici nõ poſſunt, quia quod commune eſt meum non eſt l.quintus ff. de aur. & arg. leg. l. illud in prin. de rit. nupt. nam reſpondetur, quòd aut prædicta communia bona conſiderantur quò ad totum, & vniuerſaliter, & verè bona D. Prępoſiti dici non poſſunt, cũ pars dimidia ad nepotes pertineat: aut cõſiderantur quo ad illorum dimidiam partem, & illius dominus verè eſt Præpoſitus cum in l. pupillus §. fin. de verbor. ſignif. & in d. l. illud in fine ff. de rit. nupt. dicatur, *meum eſſe quod commune eſt*, ſcilicet quò ad partẽ, quæ me contingit. Vnde fit, vt tantùm pro parte ſæcularium nepotum ex dictis communibus bonis gabella ſupradicta exigi poſſit, vt dixi in d.c. 17. q. 5. nu. 126. & eiuſdem ſententię eſt Antibol. de muner. 3. p. prin. nu. 109. poſt Speculatorem, quem citat, & idẽ tenet Salon. in d. art. 5. controuerſ. 2. nu. 4. poſt Sylueſtr. in ver. excommunicatio 9. caſu 5. dubit. 3. vbi alios citat. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXXV.

DE LOCATIONE Eſculentorum, & poculentorum non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in quo Aromatarius locat vaſa, & medicamenta ex duobus capitibus eſt iniquus, & quibus. & quomodo excuſari poſſit, in nu. 5.*

2 *Contractus locationis, & conductionis non continet rem ipſam mobilem, ſed vſum illius.*

3 *Eſculenta, & poculenta locari non poſſunt ſed uendi.*

4 *Contractus iudicandi potius ſunt ex ꝓpria natura quàm ex verbis contrahentium.*

6 *Vaſorum locatio cum pacto vt reſtituantur æſtimata, & eiuſdem valoris quo locantur, eſt iniqua.*

Aromatarius quidam locauit oĩa vaſa, & medicamenta ſuę tabernę ad decem annos, illaq; cõductori tradidit certo pretio æſtimata, cũ expreſſo pacto vt teneatur conductor ſingulis annis ſoluerę decẽ pro centenario pretij æſtimati, & in fine conductionis reſtituere vaſa, & medicamenta eodem pretio æſtimanda; quæritur, an talis contractus licitus ſit?

1 Propoſitæ difficultati vt cum ſolita breuitate reſpõdeam, dico, contractum hunc illicitum eſſe, & ex duobus præſertim capitibus iniuſtitiam continere,

& primò quia in illo, reſpectu medicamentorum, vſura palliatur, cum reſpectu illorum non ſit locatio & conductio, ſed emptio & vẽditio dilata ſolutione celebrata; eſculenta enim & poculenta locari non poſsunt.

2 Nam in contractu locationis & conductionis non venit ipſa res, ſi mobilis eſt, ſed tantùm vſus illius, vt patet ex §. qui pro vſu. Inſtit. de locat. & cond. ſed vſus rerum eſculentarum, & poculẽtarũ, cuiuſmodi ſunt medicamenta, deduci in contractum non poteſt, niſi res ipſæ in contractum deducãtur, cũ vti illis, ſalua rerum ſubſtãtia,
3 non poſſimus; ergo vſus eſculentorum, & poculentorum locari & conduci non poteſt, & conſequenter, ſi talium rerum vſus in contractum pro pretio deducatur, non erit locatio, & cõductio, licet ſub hoc nomine cõtractus celebretur, ſed erit emptio, & vẽditio; cum in illo materia pro certa mercede diſtrahatur, quod eſt proprium emptionis, & venditionis, vt probatur ex §. item quę
4 ritur Inſt. de locat. & conduct. contractus enim magis debent iudicari ſecundum propriam naturam, quàm ſecundum verba contrahentium, vt probatur ex c. conqueſtus de religioſ. dom. & dixi in 2. 2. lib. 2. c. 6. q. 2. ver. pone Petrum. Cum igitur ſit cõtractus emptionis & venditionis, & in illo ſolutio pretij differatur, & interim venditor annuam penſionẽ recipiat, non eſt dubitandum in illo vſurã adeſſe; talis enim dilatio pretij intrinſecè aliud non eſt niſi verum mutuum: & ex mutuo pretium exigere vſurarium eſſe non

eſt

eſt fidelis qui dubitet.

5 Excuſari tamen poſſet venditor à peccato, & obligatione reſtitutionis, ſi cõtractus huiuſmodi ita in gratiam emptoris fuiſſet celebratus, vt ratione illius venditor damnum aliquod paſſus ſit, aut lucrũ aliquod illi ceſſaſſet; nam tunc ad rationem talis dãni emergentis, aut lucri ceſſantis liceret illi in foro conſcientiæ etiam reſpectu medicamentorum annuam mercedem exigere: eſſet tamen contractus ſub alia forma celebrandus; nã alioquin ſcandali occaſionem pręberet; hoc enim exemplo ducti alij incipere poſſent deinceps eſculẽta, & poculenta locare.

6 Secundo contractus hic iniuſtitiam continet etiam reſpectu vaſorum, quę in illo locantur; nam cum in contractu locationis, & conductionis nõ veniat ipſa res, ſed vſus illius, vt ſupra dixi, dominium rei locatæ remanet apud locatorem, illiq; perit, ſi caſu fortuito pereat, & tantùm tenetur conductor in re locata illam cuſtodiam adhibere, quam diligẽtiſſimus paterfamilias rebus ſuis adhiberet, vt habetur in §. conductor Inſt. de locat. & conduct. ſed cùm in hoc caſu res ęſtimatę tradãtur, & teneatur cõductor poſt decennium vaſa eodẽ pręetio æſtimata reſtituere, contra iuſtitiam & naturã contractus etiam ad caſus fortuitos obligatur, grauaturq; ad ſubeunda omnia pericula rei locatæ, quod in contractibus iuſtitiæ non eſt admittendum, niſi ad rationẽ huius periculi penſio minuatur, cũ in eis æqualitas inter contrahentes ſeruanda ſit. Saluo, &c.

CONS.

CONS. LXXXVI.

DE SPOLIIS CLERICORVM.

SVMMARIVM.

1. *Beneficiatus Mutinenſis teſtari poteſt de bonis vbiq; habitis, & licitè quæſitis, ſtante concordia facta cũ Camera Apoſtolica*
2. *Bona Clericorum illicitè quæſita, ſi reſtitutioni non ſubiacent ad Cameram Apoſtolicam pertinent. Et quo remedio vti quis poteſt, vt teſtari valeat in nu. 5.*
3. *Cambiorum negotiatio eſt clericis interdicta, & illicita, ſicut & quælibet alia negotiatio lucri cauſa, ſiue per ſe, ſiue per alios illam exerceant, vt in nu. 4.*

Diues Beneficiarius quidam diœceſis Mutinenſis (in qua ſpolia clericorum à Camera Apoſtolica non exiguntur, ob annuã ſolutionẽ quandam, quam ipſi beneficiarij ex conuentione faciunt dictæ Cameræ) habet domiciliũ Mutinæ, vbi vt plurimum habitat; ſed quia pro aliqua parte anni etiam Bononiæ moram facit, vbi aliqua bona non tamen Eccleſiaſtica poſſidet, ideo quærit duo Primum An teſtamentum condere poſſit, & in illo non ſolum diſponere de rebus, quas habet Mutinæ, de quibus non dubitatur, ſed etiam de illis, quas habet Bononiæ, & præſertim de pecunijs, quas ibi negotiatur ad cambia: Secundum An res ſuas in

tuto,

tuto, modo aliquo ponere poſſit?

1 Et quo ad primum reſpõdetur, beneficiarium prædictum, cum tantùm Mutinę Eccleſiaſtica beneficia ipſe poſſideat, vbiq; teſtari poſſe, & de rebus ſuis licitè valideq; diſponere, cum ſit hoc ei per dictã cõuentionem conceſſum, dumodo bona ex præfatis cambijs, aut ex alia illicita negotiatione, vel alias cõ

2 tra ſacros canones quęſita non habeat; bona enim quorumcunq; clericorum ſic illicitè acquiſita, ſi reſtitutioni nõ ſubiacent, poſt illorum deceſſum ad Cameram Apoſtolicam pertinent, licet ipſi teſtandi facultatem habeant, ac etiam ſi eis viuentibus, illis priuari, & eis deſtitui, contigerit, vt patet ex Bulla Pij IV. data Romæ ſub die 9. Nouẽbr. 1560. quæ incipit Decens eſſe cenſentes, per quam Summus Pontifex applicat Cameræ Apoſtolicæ omnia bona quorumcunq; clericorum, & Eccleſiaſticorũ, ex illicita negotiatione, aut alias, vt dictum eſt, quæſita.

3 Et negotiationem cambiorum, quæ lucri cauſa exercetur eſſe clericis diuitibus interdictam, & illicitam, non eſt dubitandum, cum in Cõcilio Arelatenſi ſecundo c. 14. diſpoſitum ſit, vt ſi clericus conductor alienæ rei eſſe voluerit, vt turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exerceat, depoſitus à clero, à communione alienus habeatur, & in Cõc. Cartag. ſexto c. 17. Sancitum ſit, vt clericus aliquid excogitans turpis lucri gratia abijciatur à clero, & à communione alienus ſit, vt refert

fert Diaz in pract. crimen. canon. c. 50. in prin. Et in c. 1. atq; in c. ſecundum īſtituta. ne cler. vel mona. & ī c. vlti. de vit. & honeſt. clericor. prohibetur clericis lucri cauſa negotiari, & idem etiam prohibetur ex Concil. Niçeno in c. quoniam diſt. 47. & in c. conſequens, c. Epiſcopus c. negotiatorem, & c. fornicari 88. diſti. cum alijs concordantibus.

4 Et hoc eſt verum, ſiue per ſe, ſiue per alios clerici negotiationem exerceant, cum ſit generalis in iure regula, vt qui per ſe actū aliquem facere non poteſt nec illum per alium exercere valeat c. quod alicui nō licet, de reg. iur. in ſexto Et quāuis Molin. in tract. de Iuſt. diſput. 342. num. 10. poſt. Io. de Medina, quem citat, exiſtimet, clericos exercentes negotiationē non peccare mortaliter (quod tamen admittendum non eſſe cenſeo, vt dixi in 2.2, meç inſtitut. lib. 2. c. 5. q. 5. in 4. prohibit. à lege canonica.) fatetur tamē & ipſe, improbā dos illos eſſe propter fœditatem, & indecentiam.

5 Ad ſecundum reſpondetur quod, cum d. beneficiarius negotiator extiterit, ad hoc vt in foro conſcientiæ, & exteriori, ſpoliū effugiat, ſiuę Bononię ſiue Mutinæ moriatur, (vbiq; enim fit ſpoliū bonorum ex illicita negotiatione acquiſitorum per d. Bullam) tutior via erit, vt pro acquiſitis ex pręteritis cambijs cū Camera Apoſtolica ſe componat, & licentiam teſtandi etiam de illis obtineat, & deinceps à negotiationibus abſtineat. Imo, ad vitandā heredum vexationem, dictam compoſitionem procurare debet etiam dato quòd in

foro

foro conſcientiæ certus ſit ſe non habere bona ratione dictæ negotiationis acquiſita; nam, ſi ex libris mercatorũ negotiatio prędicta conſtaret, ob prædictam Bullam ſpoliatores ſequeſtrum cambiorum, & bonorum acquiſitorum facerent, quia, cum veriſimiliter beneficiarius ex dicta negotiatione potuerit quærere, illũ ſic quæſiuiſſe præſumerent ſaltem aliquam partem rerum acquiſitarum, & ad heredes ſpectabit probare contrariũ, per ea quæ dicit Cardin. Zabarell. conſ. 79. in morte Illuſtriſs. Vatis; & Corn. in conſ. 114. lib. 3. vol. 2. & ſeq. Fateor tamẽ ſi tutam d. Beneficiarius conſcientiam habeat reſpectu bonorum acquiſitorum ex dictis cambijs, nẽpè quia ex eis nihil acquiſiuit, nec locupletior euaſit, poſſe ſe à ſpoliatoribus quò ad forum exterius omni alio meliori modo liberare, dummodo ſine mendacio, & iniuſtitia hoc faciat. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXXVII.

DE DIVISIONE PENSIONIS rei Eccleſiæ locatæ inter prædeceſſorem, & ſucceſſorem in beneficio facienda.

SVMMARIVM.

1 *IN fructibus conſideratur dies quo percipiũtur, ſed in penſione dies in quo eſt ſoluenda. ſed vide in num. 3.*

2 *Fructus rei Eccleſię locatæ quomodo ſint diuidendi inter heredes anteceſſoris, & ſucceſſorem.*

BEneficiarius, locata poſſeſſione Eccleſię, obijt die 2. Octobris, ſed terminus ſoluendę penſionis nõ aduenit niſi in feſto Natiuitatis Domini in menſe Decembris, quæritur cui ſit ſoluenda penſio locationis, an heredi prædeceſſoris, vel ſucceſſori, an vero ſit inter ipſos diuidenda?

1 Et videtur dicendum integrum terminum ſucceſſori eſſe ſoluendum, nam licet in fructibus conſideretur dies quo percipiuntur, tamen in penſione cõſideratur dies quo erit ſoluenda, vt probatur ex l. fin. §. fin. ff. de iur. fiſ. vbi in exigenda penſione agri empti, & ante venditionẽ locati, attenditur dies quo penſio præſtari debet, non autẽ dies quo fructus percipiuntur; ergo hoc idem in

in caſu noſtro dicendum erit.

2 Sed prædicta, & alijs rationibus, quas in contrarium adducere poſſem non obſtantibus, exiſtimo dicendum eſſe, ad rationẽ fructuum perceptorũ vſq; ad 2. diem Octobris pẽſionem heredibus anteceſſoris eſſe ſoluendam, & ad rationem fructuum perceptorum ex illa die ſucceſſori eſſe debitam, ita vt ſi in 2. die Octobris omnes fructus fuiſſent percepti integra pẽſio pertineat ad heredes pręd eceſſoris: & ratio eſt, quia licet aliqui affirmauerint diuiſionem pro rata temporis eſſe faciẽdã prout fit inter maritum & vxorem facto diuortio, vt in l. diuortio. ff. ſol. matrin. Ita Alber. in l. diuortio in prin. nu. 12. ff. ſol. matr. & ſequitur Couar. lib. 1. reſol. c. 15. nu. 12. Auẽdan. reſponſo. 5. nu. 1. quos citat & ſequitur Moli. de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 11. nu. 4. qui hanc ſententiam in forenſibus controuerſijs receptam vidiſſe teſtatur, tamen communis Doctorũ ſentẽtia docet, vt ipſe Molina fatetur, diuiſionem fructuũ beneficiariorum inter pręd eceſsorẽ, & ſucceſsorẽ ita eſſe faciendã ac inter vſufructuariũ & proprietariũ, finito vſufructu, vt etiam teſtatur Nau. in conſil. 7. nu. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. in nouis; ſed in vſufructuario integra penſio fructuũ perceptorum eius heredibus debetur, licet fructuarius deceſſerit ante terminum ſoluendæ penſionis, vt eſt tex in terminis in l. defuncta. ff. de vſufru. Ergo idem erit dicendum in beneficiario.

3 Nec obſtat ratio in contrarium adducta, nã cum penſio conductionis ratione

ne

ne fructuum debeatur, ita erit ipſa penſio diuidenda ſicut ipſi fructus eſſent diuidendi; ſed cum in vſufructuario fructus percepti vſq; ad diem obitus ad eius heredes pertineāt, & fructus poſtea percepti ad proprietarium, vt patet ex l. ſi vſufructuarius. ff. quib. mod. vſufruct. amitt. ergo idem in beneficiario dicendum erit, non obſtātibus ijs, quæ habentur in d. l. fin. §. fin. ff. de iur. fiſc. quia vt ibidem dixit Bart. aliud eſt in vſufructuario, cuius heredes coacti reſtituunt, vt in d. l. defuncta, & aliud in venditore, qui ſponte vendit, vt in d. l. fin. §. fin. ſed tu dic quòd ibi ideo potius cōſideratur dies penſionis ſoluendæ quam tempus fructuum, quia hoc eſt ſingulare in emente à fiſco, vt compenſetur illi damnum quod patitur ex eo quod tenetur ſtare colono, vt poſt nonnullos Doctores dixi in 2. 2. meæ Inſtit lib. 2. c. 6. q. 6. ver. reſpondetur hanc ſententiam.

Prædicta tamen intelligas, dummodo conſuetudo regionis ſe aliter nō habeat, nam ſi in contrarium cōſuetudo aliqua adeſſet, illa eſſet ſeruanda, per dicta à. Nau. in d. conſil. 7. Saluo ſemper &c.

CONS.

CONS. LXXXVIII.

DE NON CLAVDENDIS feneſtris Monaſterij in communi muro factis.

SVMMARIVM.

1 Verba quę de re exiſtẽti mentionẽ faciunt præſens non futurum tempus oſtendunt. & de pręſenti tempore intelliguntur quando aliud non eſt expreſſum, & ita in dubio eſt iudicandum.

2 Verba cõtrahentium intelliguntur ex cauſa de pręſenti etiamſi utantur verbis futuri temporis.

3 Excommunicationem contraxit, qui vano prætextu feneſtras in muro communi cum regularibus obſeravit,

4 Conuentio conditionalis, non impleta conditione, effectum habere non poteſt.

5 Conditio ante omnia impleri debet ut diſpoſitioni locus ſit, & ante euentum illius nulla competit actio uel obligatio.

6 Voluntas in mente retenta nihil operatur.

7 Præſumitur contra eum qui vult innouare.

Nouitates plerumq; diſcordiam pariunt.

8 Ab antiqua practica non eſt recedendum, & vitãda ſunt ea, quæ contra mores hominum fiunt.

9 Seruitus, quæ habet cauſam continuam, ſpacio longi temporis acquiritur ab eo qui non vi, nec clam

nec

nec precario poſſidet.

10 *Seruitus, quæ continuam cauſam habet, ad inſtar rerũ immobilium præſcribitur.*

11 *Negatiua coarctata loco & tempore probari nõ poteſt.*

12 *Præſens vnuſquiſq; præſumitur, niſi ꝓbetur abſens.*

13 *Præſcribens iura incorporalia poteſt agere interdicto recuperandę poſſeſſionis.*

14 *Præſcriptio non cadit in his, quę ſunt merę facultatis.*

15 *Præſcriptio 40. annorum ſolummodo currit contra Eccleſiam.*

Præſcribere cõtra Eccleſiam quis non poteſt quando Eccleſia ſuccedit ſęcularibus, niſi diſtinguendo, & diuidendo tempora.

NOn potuiſſe C. nec poſſe obſcurare, nec claudere feneſtras exiſtentes in muro cõmuni inter ipſum & quoſdam Regulares diuerſimodè probatur. & Primò, quia quando in inſtrumento diuiſionis dictarum domorum fuit dictum quod B. à qua habet cauſam ipſe C. aut heredes eius, vel habentes cauſam ab ipſis, quandocunq; voluerint ædificare, poſſint claudere omnes feneſtras, & foramina exiſtentia in pariete cõmuni, fuit hoc dictum de feneſtris, & foraminibus in d. pariete cõmuni tunc exiſtentibus, non autem de futuris, vt patet ex illis verbis: *quo autem ad feneſtras, & foramina exiſtentia in d. ſponda*
1 *communi*, &c. quæ verba præſens non futurum tempus oſtẽdunt arg. eor. quę habentur in l. ſi ita ff. de aur. & arg. leg. præſens enim tempus ſemper intelligitur, ſi aliud comprehẽſum non ſit, vt habetur in d. l. ſi ita; & verba præſentis temporis nõ porriguntur ad futura l. ſi ſtipulatus fuerim. §. 1. ff. de verbor.

bor. obligat. Imò in dubio ſemper eſt iudicādū quòd verba ſint de pręſenti ſecundum Ioa. Andr. poſt Hoſtie. in c. ex parte, ante finē, de ſponſalib. per tex. in c. licet ex quadam, in fine. de teſt. & c. fin. de rę iudic. & idem poſt citatos Doctores tenet Felin. in conſ. 39. num. 1. Et præterea Anton. Dom. & Imola in c. 2. de renunc. per illum tex. in verſ. vlterius,
2 dicunt, quòd verba contrahentium intelliguntur ex cauſa de præſenti, etiamſi ipſi contrahentes vterētur verbis futuri temporis, & idē affirmat Felin. in conſ. 43. nu. 2. nam verba contrahentiū regulariter non trahūtur ad incognita (cuiuſmodi ſunt futura) l. tres fratres ff. de pact. l. cū Aquiliana ff. de tranſact. Sed feneſtrę quas C. obſcurauit, & prætendit claudere, tūc non exiſtebant, ſed longe poſt apertę fuerūt, vt multi teſtes affirmant; ergo virtute d. inſtrumēti illas nec obſcurare, nec claudere poteſt.

3 Vnde fit, vt dici non poſſit dominum C. habere intentionē ſuam in d. inſtrumento fundatam, & conſequenter dicendum eſt teneri, erectum ante dictas feneſtras tectum deſtruere, & abſolutionem excōmunicationis à Sūmo Pontifice obtinere tanquam occupatorem iurium Eccleſiaſticorum, iuxta decretum ſacri Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 11. de reformat.

Secundò ꝗa, dato quòd feneſtræ, quas C. obſcurauit, fuiſſent in d. pariete tēpore diuiſionis, adhuc nō poterant primò obſtrui; nam poteſtas claudendi ꝑ inſtrumentum diuiſionis illi conceſſa, non abſolutè ſed conditionatè conceſſa eſt; nempè ſi ædificare volue-

 lue-

luerit,ac ideo conditio ad-
implenda eſt ante obſtruc
4 tionem; nã conuentio cõ-
ditionalis, non impleta
conditione, effectum ha-
bere non poteſt §. ex cõdi-
tionali. Inſtit. de verbor.
5 oblig. & cõditio ante om-
nia impleri debet, vt diſ-
poſitioni locus ſit l. cede-
re diem, vbi Alciat. ff. de
verborum ſignif. Anchar.
conſ. 297. col. 1. Ruin.
conſ. 63. num. 4. lib. 4.&
conſ.35.nu.15. lib.5.Plot.
in l. ſi quando nu. 34. C.
vnde vi, Menoch. de Ar-
bitr. Iudic. lib. 1. caſu 15.
nu. 3.& ante euentum cõ-
ditionis nulla competit ob
ligatio. vel actio, vt in d.l.
cedere diem,& tradit Me-
noch. ſup. lib.5.caſu 497.
nu. 7. Eſtq; talis voluntas
cum effectu adimplenda
ante obſtructionem fene-
ſtrarũ, licet dicatur in in-
ſtrumento, *cum voluerit*
ædificare, nam non eſt in-
telligendum de tacita &
ſimplici voluntate; quia
voluntas in mente retenta
nihil operatur l. ſi repetẽ-
di C.de condit.ob cauſ.ſed
eſt intelligendum de vo-
luntate cum effectu, & de-
clarata factis, quibus prę-
ſertim voluntas exprimi-
tur l.de quibus,& ibi gloſ.
ff. de legib. l. recuſari ff.
de acquir. heredit.
6 Tùm quia alioquin con-
trarius effectus contrariã
voluntatem declararet l. ſi
quis extraneus in prin. de
aquir.hered.& poſſet quis
dicere volo ædificare, &
ſub hoc prętextu feneſtras
claudere, & poſtea nun-
quã ędificare. Tùm quia,
licet verbũ volo de ſe in-
dicet ſolam voluntatis de-
clarationem, vt in l. Clo-
dius ff. de acquir. heredit.
tamen quando mens pro-
ferentis illud aliud ſuadet,
illud ſeruandũ eſt, vt do-
cet Alciat. in l. 1. C. de

ſuma

ſuma Trin. & ſid. cat. nam verba nõ ſecundum quod ſonant, ſed ſecundum mẽtem proferentis ſunt intelligenda c. intelligenciam de ver. ſign. & in caſu noſtro mentem proferentis aliud ſuadere ex eo patet quòd alioquin effectus cõtrariam voluntatem oſtenderet, vt dictum eſt. Sed D. C. obſtruxit dictas feneſtras cum ſola voluntate ædificandi; ergò facere hoc non potuit, ſed obſtructio debet cum ædificatione concurrere. Nec dicere poteſt cum effectu cœpiſſe ædificare protendendo tectum ſupra dictas feneſtras, nam, cum ſecundum naturalem, & vniuerſalem vſum nõ à tectis, ſed à fundamentis ædificia initium ſumant, non potuit in pręiudicium Patrũ hũc ordinem peruertere, incipiendo ipſe à tecto, non ſeruato hoc ordine naturali & vniuerſali, quia pręſumitur potius voluiſſe cõtra tenorem inſtrumẽti feneſtras obſerare, quàm ędificare; præſumitur .n. contra eum, qui vult innouare, vt dixit Alciat. de præſumpt. reg. 2. præsũpt. 30. nam cõſuetudo, vſuſq; cõmunis magnę eſt auctoritatis, & nouitates plerunq; diſcordiam pariunt, vt habetur in c. cum cõſuetudinis. de conſuetud. & ab antiqua practica nõ eſt recedendum, vt dixit

8 Bald. per illum tex. in l. illud ff. de excuſat. tutor. & ſequitur Archar. in conſ. 177 viſiſ. verſ. 5. allegatur ſecundo, Dec. & alij in c. 1. nu. 84. de conſtit. & in conſil. 11. col. 8. Alciat. in d. præſum. 30. num. 3. & vitanda ſunt ea, quæ contra mores hominũ fiũt c. quę cõtra mores. 8. diſt. c. quiſquis 40 diſt. Nau in cõl 7. de celebr. miſſ. nu. 1.

Tertiò quia, cum dictę feneſtræ factæ ſint in d. muro à F. longe poſt d. inſtrumentum diuiſionis, & ſucceſſiue Patres, qui habẽt causã ab ipſo F. vſi ſint dictis feneſtris C ſciente, & non contradicente, temporis ſpatio ad præſcribendum neceſſario; nã prima illarum vſi ſunt ſpatio 35. annorum, & ſecunda 12. vt teſtis eſt ipſe F. & alij de ſua familia (qui ſunt idonei teſtes, cum nullum hodie habeãt intereſſe circa res, de quibus eſt quęſtio) titulo præſcripionis omnino acquiſierunt ſeruitutem luminis contra

9 C. Særuitus enim quæ habet cauſam continuam, ſicut eſt aquam ducere, tignum immiſſum, aut feneſtrã habere, ſpatio longi temporis acquiritur ab eo qui non vi, nec clam, nec precario poſſidet, vt in l. 1. in fine, C. de ſeruit. & aqua, ita vt nec tunc teneatur titulum oſtendere, ſed ſatis erit vſum ſufficientis temporis probare, vt in l. ſi quis diuturno vſu. ff. ſi ſeruit. vendic. Eritq; ad hoc tempus ſufficiens ſpatium decem annorũ inter præſentes, & 20. inter abſentes.

10 Nam ſeruitutes, quæ continuã cauſam habent, ad inſtar rerũ immobilium præſcribuntur l. ſi aquam per poſſeſſionem C. de ſeruit. & aqua; & hanc communem eſſe Doctorũ ſententiam teſtatur Cepolla de ſeruit. vrbanor. præd.

11 c. 19. nu. 4. Nec pręſcribens tenetur ꝓbare quod non ſit vſus vi, aut clam, aut precario; nam cum iſta ſint merè negatiua nõ coarctata loco vel tẽpore probari nõ poſſunt l. actor C. de probat. & ita tenet Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu. 12. ff. de itin. act.

pri.

12 pri. Nec tenentur Patres probare præſentiam, quia vnuſquisq; præſumitur eſſe præſens in ſuo domicilio, niſi probetur abſentia ſecundum Bart. in l. is poteſt, col. 5. verſ. quandoq; ille qui dicitur. ff. de aquir. heredit, & ſequitur Balb. de præſcript. 4. p. prin. q. 2. nu. 4.

13 Et quia præſcribens huiuſmodi iura incorporalia poteſt agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis, vt dixit Bart. in l. 4. §. vnde vi. ff. de vi & vi arm. & in l. 1. §. hoc interdicto nu. 13. ff. de iti. act. priu. & ante omnia ſpoliatus debet reſtitui l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi arm. l. ſi quis à te fund. C. ad leg. Iul. de vi, & notat. per Innocen. in c. bonæ memorię de poſtulat. prelator. & per Bart. in d. nu. 13. ante omnia erit tectum demoliẽdum, vt Patres ad ſua priſtina iura, à quibus fuerunt ſpoliati, reſtituantur.

14 Nec dicat C. quòd in his, quæ ſunt meræ facultatis, non cadit præſcriptio vt per Iaſ. in l. quominus q. 23. ff. de flumin. qui teſtatur de communi, & p Rol. in cõſ. 23. & 30. vol. 2. nam reſpondetur Patres non prætendere præſcriptionem facultatis, ſed præſcriptionem ſeruitutis per nouas feneſtras, quas pretendunt ex iuſto titulo conceſſionis originem habuiſſe quò ad primam feneſtrã a prædeceſſoribus, & quò ad ſecundam ab ipſomet aduerſario, & quia hoc non poſſunt probare per teſtes, vel inſtrumenta in adminiculum ſuæ intentionis inducunt coniecturã prædicti vſus, & hec ſufficit ad præſumendam ſeruitutem ex cauſa, quæ prætenditur; & hanc communem eſſe ſententiam te

ſtatur Cepolla in d. c. 19. num.6. Et inſuper quia C. contra tenorem ſupradicti inſtrumenti ædificauit ex oppoſitò feneſtræ anguli proſpicientis in curtile gallinarum partis domus D. B. verſus domum vicinæ Eccleſiæ, ponẽdo obſtaculum in præiudicium prioris luminis, tenetur dictum ædificium deſtruere, & obſtaculum remouere.

15 Nec poteſt ſe præſcriptione defendere, cum res ad Eccleſiã peruenerit, & ſola præſcriptio 40 annorum currat contra Eccleſiam, vt in c. illud de præſcript. cum alijs concord. & quando res peruenit ad Eccleſiam licet prò tempore præterito præſcribatur res illa iure priuato, tamen pro tempore futuro Eccleſia vtitur iure & priuilegio ſuo, diſtinguendo, & diuidendo tempora, vt notat Panor. in c. 4. col. 4. circa finem verſ. ſed quæritur, quid ſi Eccleſia ſucceſſit laico, de præſcript. & ſequitur Balbus, qui in tract. de præſcr. q. 9. de præſcript. Eccleſiaſt. q. 3. num. 10. refert Iaſonem teſtantem de communi. Nec ſuffragatur C. quoddam Inſtrumentum nouiter rogatum per D. H. in quo ipſe promiſit demolitionem dicti tecti, cum cognitum fuerit quod ipſe non poſſit feneſtras prędictas claudere, tùm quia nihil Patres ibi promiſerunt; tùm quia fuit obligatio illa tantum acceptata per aliquos Patres priuatos ſine capitulo, & abſq; ſolemni mandato, & conſequenter nullum prçiudiciũ Monaſtẹrio afferre poteſt. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. LXXXIX.

DE EMPHYTEVSI QVO' AD laudemium.

SVMMARIVM.

1 *LAudemium ſoluendum non eſt, nec inueſtitura petenda ab eo, qui de cõſenſu Rectoris fundũ Emphyteuſi ſubiecit liberando alium fundum ab eadem emphyteuſi. Vide in nu. 3. 4. & 5.*

Laudemium ex duobus tantummodo cauſis ſoluitur: & quæ illæ ſint.

2 *Inueſtitura noua in terminis Emphyteuticis non dicitur, niſi illa, quæ de nouo fit poſt primam iam factam.*

4 *Emptionis, & venditionis cõtractus nec inueſtituram requirit, nec inſtrumentum ſed ſolo cõſenſu perficitur.*

5 *Subrogari nihil debet niſi cũ qualitatibus rei cui ſubrogatur.*

PEtrus in emphyteuſim perpetuam cognoſcens fundũ à Rectore Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſub annua præſtatione liuelli ſcutorũ quatuor, & ſub pacto bien nij, & alijs ſolitis & cõſuetis, dictum annuum liuellum, & illius onus, & grauamen tranſtulit de conſẽſu d. Rectoris ſuper Pauli fundũ maioris valoris, q Paulus pretio cẽtum ſcutorum ſuper fundum ſuũ tale onus recepit, liberãdo fũdũ Petri ab omnib⁹ onerib⁹ emphyteuticis, ſubrogando

gando illis fundum ſuum, obtenta prius, ad hæc omnia, licentia Illuſtriſſimi Legati Bononiẽſis, & pronuciata prius per iudices delegatos ſententia, de euidẽti Eccleſię vtilitate: & cum teneatur Paulus inueſtituram recipere, quęritur, an teneatur ſoluere laudemium?

1 Reſpondetur, nullũ laudemium ſoluendum eſſe, nec inueſtituram eſſe recipiendam, quod ex eo mihi ſuadetur, quòd ex duobus ſolis capitibus, laudemiũ eſſe ſoluendum inuenio, videlicet Primò, quia directus Dominus laudat, & approbat nouam alienationem rei emphyteuticæ quàm antiquus emphyteuta facit, vt dixit Bartol. in l. fin verſ. dic ergo C. de præd. dec. Alex. in conſil. 123. col. fin. verſ. pręterea vol. 5. Par. de Put. de feud. reintegr. c. 85. num. 2. & ſexto, Afflict. in c. 1. §. ſimiliter n. 14. de capit. Conr. & in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. §. illud quoq; nu. 14. Et ſecundò, qa Dominus directus nouam inueſtiturã nouo emphyteutæ concedit, & in nouum exphyteutam illũ recipit, vt dixit Alber. in l. fin. C. de iur. emphyt. & in l. quid ſi vno ff. de in diẽ adiect. quẽ ſequitur Clar. in §. Emphyteuſis q. 23. nu. 2. ſed in caſu propoſito, Dominus directus nec laudat, nec approbat nouam alienationem rei emphyteuticę, nec nouã inueſtituram nouo emphyteutę concedit, nec illum in nouum emphyteutam recipit; ergo ceſſat omnis cauſa, pro qua ſit ſoluendũ laudemium, & conſequẽter ceſſare debet omnis ſolutionis effectus, iuxta vulgatam iuris regulam.

Et in hoc caſu dominũ dire-

directum nec laudare, nec approbare nouam alienationem rei emphyteuticæ ex eo patet, quòd in illo res emphyteutica ab emphyteuta non alienatur, ſed ab ipſo Rectore Eccleſiæ cum debita licentia ſuperioris alienatur ius emphyteuticum, ſeu libellarium, & loco illius cũ euidenti Eccleſię vtilitate res altera, & alter emphyteuta ſubrogatur. Vnde fit, vt in effectu in hoc caſu non ſit alienata res emphyteutica, ſed venditum ſit ius directi dominij, quod in re illa Eccleſia habebat, & contractus cognoſcuntur ex effectu l. ſi ſtipulatus ff. de vſufruct. Et quòd pro huius iuris alienatione nõ ſit ſoluẽdum laudemium, indubitatum eſt apud oés.

2 Quod autem in eodem caſu non ſit facienda noua inueſtitura, nec recipiatur nouus emphyteuta ex eo ꝓbatur, quòd in terminis emphyteuticis non dicitur noua inueſtitura, niſi illa, quæ de nouo fit poſt primam iam factam, & deinceps; nec dicitur nouus emphyteuta niſi ille, qui poſt primum, & deinceps de nouo ingreditur poſſeſſionem eiuſdem rei emphyteuticę, vt patet tàm ex iuribus, quàm ex Doctoribus, qui hanc materiam pertractant; ſed in hoc caſu non fit noua cõceſſio eiuſdem rei in emphyteuſim, nec poſt primum emphyteutam de nouo alius ingreditur eiuſdẽ rei poſſeſſionem, ſed res, quæ conceditur primò cõceditur, & huius rei Paulus eſt primus acquirens, & primus emphyteuta.

3 Et pręterea, in hoc caſu neceſſariò vnum, aut alterum dicendum erit, nempè vel quòd res non conceditur in emphyteuſim, ſed pro-

propriè Paulus vendit Ec
cleſiæ directum ſuæ rei do
minium, vna cum iuribus
emphyteuticis, retento
ſibi dominio vtili, & vna
cum illo omnes obligatio-
nes emphyteuticas,& tūc
ex natura talis contractus
non erit petenda alia in-
ueſtitura, ſed ſufficiēs erit
inſtrumentum emptionis,
& venditionis prædicti di-
recti dominij, & prædicto
rum iurium, cum hęc non
ſit emphyteuſis ordinaria,
in qua concedatur alteri
ius vtendi aliqua re immo
bili cum obligatione ſol-
uendi annuam aliquā pen
ſionem in recognitionem
directi dominij, prout fit
in emphyteuſi ordinaria,
ſed emitur & venditur ius
dicti directi dominij,vt di-
ctum eſt: & in contractu
emptionis, & venditionis
4 ex natura ſua non requi-
ritur inueſtitura, imò nec
inſtrumentū,ſed ſolo con-
ſenſu ille perficitur quan-
do partes nihil dixerunt,
vt habetur Inſti. de oblig.
ex conſenſu, & in l. con-
ſenſu ff. de act. & obligat.
& dixi in 2. 2. par. meæ
Inſtit. lib. 2.c.5.q.1. ver.
dixi qui conſenſu.

5 Vel, ſi fortè ratione ſub-
rogationis dicendum erit,
hanc eſſe verā emphyteu-
ſim; quia nihil debet ſub-
rogari, niſi cum illis qua-
litatibus, & iuribus, quæ
habebat res, cui ſubroga-
tur, vt per gloſ. & Bart. in
l. 1. C. de mancip. & co-
lon. patr.lib.12.nihilomi-
nus cenſeo, nouam inue-
ſtituram non eſſe neceſſa-
riam, nec laudemium ſol-
uendum eſſe; nam ſubro-
gatum tàm reſpectu rei,
quàm perſonæ ſapit natu-
ram illius, in cuius locum
ſubrogatur; & eaſdem ſo-
lemnitates ſeruare debet
ſubrogatus, quas ſeruare
tenebatur ille, in cuius lo-

cum fuit ſubrogatus, vt probatur ex l. ſi cum §. qui iniuriarum ff ſi quis caut. & l. quod debitori, & ibi Dyn. ff. de donat. cauſ. mort. ſed hic ſubrogatur Paulus, & fundum eius loco Petri, & eius fundi; ergo in illis duntaxat caſibus indiget Paulus inueſtitura, in quibus illa indigeret Petrus, alioquin ſubrogatum non ſaperet naturam ſubrogati; ſed Petrus nòn tenebatur hic & nunc inueſtituram petere, nec laudemium ſoluere; ergo nec tenetur Paulus, q. loco Petri fuit ſubrogatus: & ita de iure reſpondendum eſſe exiſtimo. Saluò ſemper, &c.

CONS. XC.

DE EMPHYTEVSIS præſcriptione vnius Eccleſiæ aduerſus aliam.

1 *PRæſcriptione quadraginta annorum Eccleſia aduerſus Eccleſiam ſe defendit.*

2 *Præſcriptio ſola bona fide fit quando nec deciſio Iuris cõmunis, nec præſumptio aliqua eſt in contrariũ. Præſcriptioni iuſtus titulus ſolum modo eſt neceſſarius ad tribuendum poſſeſſori cauſam præſcribendi.*

3 *Præſcriptio in fauorem ſucceſſorũ nullo modo currere poteſt q̃do primus poſſeſſor mala fide poſſidere cepit.*

4 *Malæ fidei ſpecies duæ ſunt & quæ.*

RE-

REctor Eccleſiæ N. de anno 1561. dedit in emphyteuſim cũ debitis ſolemnitatibus quaſdã terras nomine eiuſdem Eccleſię, & vſq; ad pręſentem diem ſucceſſores pacificè exegerunt annuam penſionem, ſed hodie moniales Eccleſiæ S. N. eiuſdem Ciuitatis petunt dominium directum eiuſdem emphyteuſis ſub prætextu vſurpationis; quæritur primò an liceat hodierno Rectori ſe defendere titulo præſcriptionis ob bonam fidem, quamuis iuſtum titulum oſtendere non poſſit? Et ſecundo an ſufficiat bona fides hodierni Rectoris dato quòd cõſtet de mala fide Rectoris, qui primò inueſtituram conceſſit.

1 Et quò ad Primum reſpõdetur Rectorem titulo præſcriptionis iuſtè poſſe in vtroq; foro Eccleſiæ ſuæ cauſam defendere, cum prædeceſſores quietè poſſederint directum dominium prędictarum terrarũ ſpatio 58. annorum, & *Eccleſia ſe poteſt aduerſus Eccleſiam quadragenaria temporis preſcriptione tueri de re illa, quam quadraginta annis noſcitur poſſediſſe*, vt habetur in c. illud autem de præſcr.

2 Nec obſtare poteſt tituli iuſti defectus, ſed ſola bona fides eſt illi ad hoc ſufficiens, cum nec deciſionem iuris cõmunis, nec pręſumptionem aliquã cõtra ſe habeat (vt ſuppono) & iuſtus titulus ſolummodo eſt neceſſarius ad tribuẽdam poſſeſſori cauſam pręſcribendi, vbi ius commune contrarium habet, vel quando adeſt præſumptio aliqua contra ipſum, veluti determinauit Bonif. Papa 8. in c. 1. de præſcript. in ſexto.

3 Ad ſecundum dico, pręſcri-

ſcriptionē in fauorem ſucceſſorum nullo modo currere poſſe, quando Rector primus poſſeſſor mala fide incepit poſſidere: quoniā duę sūt malę fidei ſpecies, vt dixi in pri. ſecūdæ lib. 2.
4 c. 16. nu. 25. vna vera, & propria, quā habet is, qui alienā rem ſciens poſſidet, &altera ficta& impropria, quam habet heres, ſeu ſucceſſor illius, qui mala fide poſſidebat; quę ad præſcribendum non ſufficit; nam pręſcriptione ſe defendere non poteſt ille, quem bonę fidei exordium non tuetur l. cū heres ff. de diuerſ. & temporan. pręſcript. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCI.

DE ELECTIONE ILLEGITIMI ad dignitates Regulares.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus obtinere in Religione dignitates ſine diſpenſatione non valet.*

2 *Electio illegitimi ad dignitates eſt nulla, & electores pro illa uice priuati ſunt iure eligendi, ſi ſcienter hoc fecerint.*

3 *Diſpenſare cū illegitimis ad obtinendas in Religione dignitates poteſt Generalis, aut Prouincialis ī Capitulo Generali, aut Prouinciali, aut in Capitulo intermedio.*

4 *Capitulum intermediū quid ſit explicatur.*

5 *Diſpenſatus quò ad dignitates minores non cenſetur diſpen-*

diſpenſatus quò ad maiores.

6 *Illegitimitatis ſola fama ſufficit ne quis ad dignitates ſine diſpenſatione promoueri valeat.*

7 *Infamatus probabiliter ſuper defectu natalium promouendus nō eſt, niſi prius ſe purget: ſed iam promotus nō eſt deponendus, niſi in probatione deficiat, vel niſi infamia concurrat cum vno teſte.*

8 *Incerta, & dubia iudicari non poſſunt.*

9 *Infamia, etſi cum vno teſte concurrat, tamen non ſufficit ad integrandam probationem, niſi alia etiam adminicula concurrant.*

10 *Poſſidentis conditio in dubijs potior eſſe debet.*

REgularis illegitimus electus fuit Vicarius Generalis ſuæ Religionis, quæritur, an teneat electio, ſi ſola fama conſtet illum eſſe illegitimum?

1 Reſpondetur, Regularē illegitimum non poſſe in Religione obtinere dignitates, & gradus ſine diſpēſatione vt probat gloſ. in c.fin. de fil. presbyteror.

2 Et electionem illegitimi eſſe nullam, ac electores pro illa vice poteſtate eligendi priuatos eſſe, ſi ſciēter hoc fecerunt, affirmat tex. in c. innotuit, & c. Vintonienſis, de elect.

3 Diſpenſationemq; hanc ſolum Generalē, aut Prouincialem in Capitulo Generali, vel Prouinciali, aut in capitulo intermedio facere poſſe ſtatuit Gregorio XIV. in ſua Cōſtit. quę incipit: *Circunſpecta Romani Pontificis*, &c. Dat. Romę Idib. Martij. 1590.

4 Et per Capitulum intermedium intelligo Congregationes, ſeu dietas, quas Regulares inter vnum, & aliud Capitulum generale, vel Prouinciale facere

con-

conſueſcunt pro eligēdis, vel confirmandis officialibus, & tractandis alijs negotijs Religionum: quæ capitula ideo intermediã dicuntur, quia inter vnũ, & aliud capitulum celebrantur, nec ſunt generalia, nec Prouincialia.

5 Nec diſpenſatus circa dignitates inferiores, nimirum quò ad Prioratũ, cenſetur diſpenſatus quò ad ſuperiores, nimirum quò ad Prouincialatũ, vel Generalatũ, vt probat Panor. in d. c. innotuit de elect.

6 Et ad impediendum ne quis ad dignitates, & gradus Religionis ſine diſpēſatione promoueatur ſolã famam illegitimitatis ſufficere, non eſt dubitandũ; cum infamatus ſuper defectu natalium promouendus non ſit, niſi prius ſe purget per deciſionē tex. in c. accedens, de purgat. canon.

7 Intellige dummodo non conſtet, infamiam ab emulis, vel ex coniecturis non probabilibus ortã fuiſſe; namq; in tali caſu purgatione non indiget, vt in c. cum in iuuentute de purgat. can. & Pan. ibidem, & in d.c. accedens nu. 2. At iam de facto promotũ cenſeo non eſſe ab adepta dignitate, vel Prælatura remouendum, niſi in purgatione deficiat, quia *Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes*; vel niſi infamia concurrat cum vno teſte deponente de veritate, ſiquidem ſola fama per ſe non probat.

8 Etenim incerta ipſa ſola eſt, & incerta, ac dubia iudicari non poſſunt c. nomen. 2.q.1. ſed ſecus eſt ſi concurrat cũ vno teſte deponente de veritate, vt ſentit Dyn. l. excuſantur §. 1. ff. de excuſat. tutor. & Bart. in l. de minoribus

§. plurimum nu. 30. ff. de quæſt. Imò nec tunc ſufficit ad integrandũ probat. ſecundũ gloſ. in c. veniẽs, il 1. de teſtib. & vt voluit Bart. vbi ſupra,& Oldrad. in conſ. 92. Viſo diligenter proceſſu, & alij, quos citat, & ſequitur Maſcar. de Probat. concluſ. 754. num. 3. niſi etiam alia adminicula concurrant, vt per Maſcard. ibidem in num. 4. poſt Dec. in conſ. 163. nu. 28. & Felin. in d. c. veniens nu. 13. Quibus ceſſantibꝰ, q̃a, infamia nõ obſtante, caſus dubius eſſet, vt ex dictis conſtat, non eſſet aliquis ob ſolam notam infamiæ ab adepta dignitate deponendus; cũ
10 ĩ dubijs potior eſſe debeat conditio poſſidentis l. in pari cauſa ff. de reg. iur. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCII.

DE THESAVRARIO MONTIS Pietatis, qui expendit pecunias Montis ad proprios vſus.

SVMMARIVM.

1 *THeſaurarius Mõtis Pietatis, qui cõtra iuramẽtum de obſeruandis ſtatutis pecuniam mutuo dedit, tenetur ad omnia damna. Sed ad quę propriè vide in nu. 6. cum ſequentib.*

2 *Reſtitutio cum ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ reducit ad æqualitatem.*

3. *Damnũ dicitur ex eo q̃ quis minus habuit quã habere debuit.*

4 *Im.*

4 *Impediens alique ab aliquo bono conſequendo auferre videtur.*

Parum qui diſtat nihil diſtare videtur.

5 *Theſaurarius faciens contra ea, quæ ex proprio officio facere tenebatur, reſtituere obligatur.*

8 *Iuſtitia commutatiua tunc in reſtitutionibus faciẽdis ſeruatur, quando omnia ad æqualitatem reducuntur.*

9 *Montes Pietatis ultra ſortẽ à mutuatarijs recipere aliud non poſſunt.*

10 *Intereſſe lucri ceſſantis ſolũ in potentia, nec a fure eſt reſtituendum.*

11 *Fur ſolum recompenſationẽ aliquam facere obligatur quò ad lucra ceſſantia.*

12 *Impediens aliquem à conſequendo aliquo bono vt reſtituere obligetur duo requiruntur: & quę illa ſint.*

THeſaurarius Montis Pietatis Mutinæ aliquam eiuſdem Montis pecuniæ ſummam proprijs vſibus expendit, aliamq; partem non receptis pignoribus, eis mutuo dedit, qui ſoluere non valent, quæritur, an teneatur non ſolum prędictam pecuniam reſtituere, ſed etiam lucrum illud quod mons ab eis exigere ſolet, quibus mutuum dat?

1 Et videtur reſpondendũ affirmatiuè, quia Theſaurarius inique prædictam pecuniã accepit, ſeu mutuo dedit; fecit enim hoc contra determinationem ſtatutorum prædicti Montis, & contra iuramentum ſibi præſtitum in ingreſſu officij, & qui iniquè accipit rẽ alienã reſtituere nõ ſolum illam tenetur, ſed etiam damnum ex tali acceptione proximè ſequutum. Nam cum reſtitutio

2 ſit actus iuſtitię commutatiuę reducit ad æqualitatẽ quod iniquè ablatum eſt

vt docet D. Tho. in 2.2.q. 62.a.3.& dixi in mea 2. 2.lib.2.c. 1. q.7.nu.79. ſed ex prædicta acceptione paſſus eſt Mons proximè damnum, ex eo quòd minus habuit quã debuit habere, ex quo propriè damnum dicitur, ſecundum Ariſtot. 5. Ethicor. c. 4. ergo, vt omnia ad æqualitatem reducantur, tenetur Theſaurarius non ſolum prędictam pecuniã, ſed etiam dictum lucrum Monti reſtituere.

4 Secundò quia, qui impedit aliquem ab aliquo bono conſequendo, videtur illud ei auferre; nam qui parum diſtat nihil diſtare videtur, vt ait Ariſt. 2. Phiſ. tex. 56.ſed prędictus Theſaurarius impedimentum pręſtitit ne mons conſequatur prædicta lucra; ergo videtur illa à Monte abſtuliſſe; ergo tenetur illa reſtituere ſicut quilibet alius ablator rei alienę.

5 Tertio quia, ex officio tenebatur Theſaurarius prædictam pecuniam pauperib⁹ mutuo dare, pignora recipere, & lucra exigere ad rationem quinq; pro centenario ſingulis annis ſecundum conſuetudinem Montis; quę cum non feciſſet, contra ea, quę ex proprio officio facere tenebatur, deliquit; ergo iuſtitiam offendit, & cõſequenter ad damnorum reſtitutionem obligatur, argumento eorum, quæ de tutore dixi in mea p.2.lib.2. c. 31.q.2.nu.12.

6 Quibus tamen non obſtantibus cenſeo Theſaurarium ad ſolam reſtitutionem capitalis teneri, & illam tãtumodo damni partẽ reſtituere debere, quæ vna cum lucris exactis ex alijs mutuis ſufficiens ſit ad ſoluendam mercedem miniſtrorum, & ſuſtinenda

da alia onera Montis.

7 Primo quia tota obligatio reſtitutionis, quam habet Theſaurarius in hoc caſu ex alio capite non procedit, quam ex obligatione ſeruandi iuſtitiam commutatiuam, reducendo omnia ad ęqualitatem; ſed prædicta reſtitutio ſufficit ad prędictam iuſtitiã ſeruandam; ergo ad ſolam prædictam reſtitutionem faciendam Theſaurarius tenetur.

8 Minor probatur; nam in reſtitutionibus faciendis tunc iuſtitia cõmutatiua ſeruatur, quãdo omnia ad ęqualitatem reducuntur: & hoc tunc fit quando reſtituitur res iniquè accepta, & vna ſimul dãnũ proximè emergẽs, & lucrũ ꝓximè ceſſans, vt latè hoc probaui in mea 2. 2. in d. lib. 2. c. 1. q. 7. ſed per prædictam reſtitutionem ſatisfacit Theſaurarius tã pro re accepta, quam pro damnis, & lucris Montis; ergo ſufficiens erit iudicanda. Illumq; reſtituere rem acceptam, patet. Et illum, etiam facere reſtitutionem lucrorum, & damnorũ ex eo probatur, quòd ſolum illud, & non aliud damnum Mons paſſus eſt, nec lucrũ aliquod

9 illi ceſſauit. Montes enim pietatis vltra ſortem à mutuatarijs recipere aliud iuſtè & ſine labe vſuraria nõ poſſunt, niſi ſolummodo illam pecuniæ ſummam, quæ præfinitò ſingulis annis neceſſaria eſt ad ſoluendam mercedem miniſtrórum, & conſeruationem pignorũ, & pecunię, quæ mutuo datur, vt patet ex his, quæ latè ſcripſi in d. mea 2. 2. l. 2. c. 15. q. 2.

10 Secundò quia illa quinque pro centenario, quæ Mons ſingulis annis prætendit, tantùm pertinent

 ad

ad ĩtereſſe lucri ceſſantis, quod intereſſe, cum non fuerit in actu, ſed in potentia, & virtute, nec à fure eſt integrè reſtituendum; nam alioquin non reſtitueretur quod ablatũ eſt ſimpliciter, ſed multiplicatũ; cum lucra non percepta multipliciter impediri potuiſſent, veluti dixi in d.c. 1. meæ 2. 2. q. 7. nu. 81.

11 Quapropter quò ad hæc lucra ceſſantia ſolum teneatur fur aliquam recompenſationem facere ſecũdum conditionem rei ablatæ, & negotiorum, quibus res erat expoſita, vt ibidem dixi poſt D. Thomam in 2. 2.q. 62. ar.4.ſed in caſu noſtro pecunia à Theſaurario accepta & mutuo data non erat negotiationi, ſed tantum in vſum pauperum expoſita, à quibus tantummodo id quod dictum eſt exigi iuſtè poterat; ergo illud ſolummodo Theſaurarius reſtituere tenetur.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducta ſunt; nam ad Primum reſpondetur, prædictam reſtitutionem ſufficere ad reducendum omnia ad æqualitaté, vt patet ex dictis.

12 Ad Secundũ, dico duo eſſe neceſſaria ad hoc, vt impediens aliquem à conſequendo aliquo futuro bono, reſtituere teneatur vt dixi in p. 2. lib. 2. c. 28. q. 2. nu. 27. nimirum Primum, vt id quod eſt conſequendum, ſit certũ, euidens, & infallibile. Secundum vt ſit debitum ex iuſtitia, omni fraude ceſsãte. In caſu autem noſtro vtraq; deficit conditio, nam quò ad primam, non eſt certum, nec euidens, nec infallibile id quod creditur fuiſſe Montem conſecuturum ex mutuo prædictæ pecuniæ, cum de futuris

turis contingentibus dari non poſſit determinata veritas: & quamuis certum eſſet, tamen quia conſequi iuſtè non poterat, vt dictũ eſt, deficit ſecunda conditio, & ſic ceſſat impedientis obligatio.

Ad Tertium negatur obligatio percipiendi prædictum lucrum, cum ex dictis conſtet, illud eſſe iniuſtum, & vſurarium. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCIII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE Cum pacto retrouendendi.

SVMMARIVM.

1 *ÆQualitas ſeruãda eſt in contractibus iuſtitiæ.*

2 *Contractus emptionis, & venditionis cum pacto redimendi vt ſit iuſtus duo requirit, & quæ.*

3 *Pretia rerum inuariabilia non permanent; ſed à plurimis circunſtantijs variantur.*

NNouem ſunt anni emit quaſdam terras mille, cum pacto retrouendendi infra decennium; ſed nunc indigens pecunijs rogat amicum, cum alios non inueniat emptores, vt velit illas emere 800. cum eodem pacto; quæritur; an facere hoc valeat amicus? & videtur reſpondendum eſſe negatiue. Primo quia
1 in contractibus iuſtitiæ, cuiuſmodi eſt contractus

emptionis, & venditionis ſeruanda eſt ęqualitas inter id quod datur, & accipitur; nam cum iuſtitia in æqualitate conſiſtat, vt patet ex Ariſt. 5. Ethic. 6. & ex D. Thom. in 3. p. q. 85. a. 3. ille, qui non ſeruaret æqualitatem, nõ ſeruaret iuſtitiam; ſed in propoſito contractu id quod valet 1000. datur pro 800 ergo in illo non ſeruatur æqualitas; ergo iniuſtus erit cenſendus.

2 Secundò quia ad hoc vt contractus emptionis, & venditionis cum pacto redimendi ſit iuſtus, & non vſurarius, duo ex neceſſitate in illo requiruntur, nimirum, animus emendi, & iuſtitia pretij, vt probaui in mea 2. 2. lib. 2. c. 6. q. 7. nu. 186. 187. 188. & 189. ſed in hoc caſu deficit iuſtitia pretij, cũ id quod valet 1000. detur pro 800 ergo iniuſtus, & vſurarius erit cenſendus contractus propoſitus.

3 In contrarium tamen ſe veritatem habere dicas; nam pretia rerum inuariabilia non permanent, ſed à plurimis circunſtantijs augeri, & minui cũ ſua latitudine ſolent, veluti dixi in d. mea 2. 2. lib. 2. c. 6. q. 2. nu. 47. vbi has inter alias circunſtãtias, ex quibus rerum pretia minuuntur, diſiunctiuè enumeraui, videlicet, paucitatem emptorum, penuriam pecuniarum, & vendendi modum; & cum in caſu, de quo agitur omnes prædictæ tres circunſtantiæ ſimul concurrant, ex triplici capite pretium prædictarum terrarum eſt diminutum. Eſt nanq; diminutum ob paucitatem emptorum, cum vix inueniatur, qui emat pretio 800. Eſt etiam diminutum, reſpectu penuriæ pecunia-

cuniarum; nam anteactis annis Dominium Mutinenſe pecunijs abundabat nunc verò magnam penuriam illarum habet. Et diminuitur etiam reſpectu modi vendendi, cum N. (de quo in facto) emptores roget: qui modus vendendi adeo pretiũ minuit, vt id quod quis rogans iuſtè emiſſet quattuor, rogatus iuſtè emat duobus, veluti dixi in d. c. 6. q. 2. n. 47. poſt Doctores, quos ibi citaui, etiam ſi vendens neceſſitate coactus vendat, dummodo talis non ſit neceſſitas, vt reſpectu illius cogatur quis infra dimidium iuſti pretij vẽdere, vt ibidẽ addidi. Quapropter concludendũ erit, id quod N. emit mille iuſtè alium emere ab illo rogante 800.

Vnde fit, vt nõ obſtent ea, quæ in contrarium adducta ſunt, cum vere in hoc contractu ſeruetur hic & nunc æqualitas inter datum & acceptum, necnon & iuſtitia pretij, conſiderata varietate pretij terrarum, quæ venduntur, ob prædictas circunſtantias. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XCIV.

DE SVBDELEGATIONE auctoritatis inſtituendi Confraternitaté.

SVMMARIVM.

1 *DElegari alteri non poteſt nudum officium ſeu miniſterium ſine iuriſdictione commiſſum. Sed limita vt in num. 2. 3. 4. 5 & 6.*

2 *Subdelegare poteſt facultatem erigendi Confraternitates Generalis, qui illã habet delegatam à Papa.*

3 *Dignitatis ratione quæ competunt, cui fuit priuilegiũ conceſſum, cenſentur competere non vt nudum miniſterium, ſed ex officio.*

Subdelegari poſſunt ea, quæ competunt ratione officij.

4 *Subdelegari poteſt delegatio nudi miniſterij quando in eo non exigitur induſtria perſonæ.*

5 *Miniſterium nudum non cenſetur conceſſum quando cõceſſio aliqua ex priuilegio facta eſt.*

CVM Paulus Papa V. conceſſiſſet nonnullas indulgentias Confraternitati B. Mariæ de Montæ Carmelo, dedit facultaté Reuerẽdiſſimo Patri Generali eiuſdem ordinis pro tempore exiſtenti per hæc verba: *Ac dilecto filio nunc, & pro tempore exiſtenti Generali ordinis eiuſdem B. Mariæ de Monte Carmelo, vel eo abſente eiuſdem Vicario Generali, dictã cõfraternitatẽ ubiq; loco-*

locorum extra urbē erigere, & inſtituere, illiq; omnes indulgentias, & gratias ſpirituales (ſeruata tamen forma) cōmunicare ſimiliter liberè, & licitè poſſit, & valeat, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentiū facultatem concedimus, & impartimur.

Quæritur, an Generalis facultatem hanc delegare valeat Prouincialib⁹, & alijs ad libitum, præſertim in locis, in quibus nō ſine difficultate accedere poteſt?

1 Et quamuis videatur reſpondendum eſſe negatiuè, quia quando committitur nudum officium, ſeu certum miniſterium ſine iuriſdictione, officium ſeu miniſterium hoc alteri delegari non poteſt iuxta textū in c. fin. §. cæterū de offic. & poteſt. iud. deleg. quem textum ad hoc notabilem eſſe affirmant Abb. Bald. Innoc. & Felin. ac alij canoniſtæ ibidem communiter; ſed in prædicta conceſſione cōmittitur nudum officium, ſeu miniſterium certum de erigenda, & inſtituenda confraternitate B. Mariæ de Monte Carmelo vbiq; locorum extra vrbem; ergo officiū ſeu miniſterium hoc alteri ſubdelegari non poteſt.

2 Dico nihilominus poſſe Reuerēdiſſimum Patrem Generalem cui vult facultatem prædictam ſubdelegare; Primò quà quandocunq; nudum officium, ſeu certū miniſterium eſt alicui ex priuilegio delegatum, ſubdelegare illud poteſt, veluti cum gloſ. notat Panor. in c. fin. in ver. caſibus de offic. ordin. & dicit eſſe etiam ſententiā Ian. Andr. ibidem, qui affirmat ita ſeruari in praxi; & idem tenet Felin. in d. §. cæterum nu. 4. ſed prædicto Patri Generali ex

ex priuilegio facultas prædicta conceſſa fuit, vt patet ex ſupra relatis verbis; ergo ſine dubio ſubdelegare illam poteſt.

3 Et hoc idẽ ſecundo probo alia ratione, quæ deducitur ex citata gloſſa, nimirum, quia quando aliquid alicui competit ratione dignitatis, cui conceſſum fuit priuilegiũ perpetuum, hoc cenſetur illi competere non vt nudum miniſteriũ, ſed ex officio, cum ratione officij ſit facta conceſſio; ſed ea quæ competunt ratione officij ſubdelegari poſsũt, vt probatur ex d. c. fin. de offic. ordin. ergo, & Generalis ſupradictus prędictam facultatem ſubdelegare poteſt, cum illi competat ratione officij.

4 Et pręterea, dato quòd ſit commiſſum nudum miniſterium, & quòd conceſſio hęc non ſit ex priuilegio, adhuc tamen illã Pater Generalis ſubdelegare poſſet. Et ratio eſt, quia delegatio nudi miniſterij ſubdelegari poteſt quandocunq; delegatio nudi miniſterij facta eſt in caſu quo nõ exigitur induſtria perſonę, vt notant Innoc. & Panor. & alij communiter in d. §. cęterarũ, & probatur ex c. is cui. de offic. & poteſt. iudic. deleg. lib. 6. ſed in caſu noſtro nõ exigitur induſtria pſonę, tùm quia facultas hęc expediri per alios cõmodè poteſt; tùm quia nõ eſt commiſſa alicui perſonæ particulari, ſed Generali, vel Vicario Generali pro tempore exiſtentibus; ergo ſubdelegari poteſt.

5 Nec obſtat deciſio tex in d. §. cęterum, quia limitatur in caſu, quo facultas conceſſa eſt ex priuilegio, vt dixit Felin. ibidem in d. nu. 4. Et præterea quãdo con-

6 conceſſio facta eſt ex priuilegio non cenſetur nudũ miniſterium fuiſſe conceſſum, vt dicit gloſ. in d. c. fin. de offic. ordin. & quãuis nudum miniſterium conceſſum ſit, ſubdelegari tamen poteſt, cum non ſit electa induſtria perſonæ, vt dictum eſt.

Alia multa pro & contra ad pompam adducere poſſem, ſed quia qui reſolutionem quærit non põpam ſed veritatem deſiderat, & ego pompam facere nunquam conſueui, hæc ꝑ veritate dixiſſe ſufficiant. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCV.

DE INTERDICENDO Eccleſiaſticis commercio cum Bannitis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici à ſuis Prælatis cogendi ſunt ne cõmercium habeant cum bannitis.*

2 *Bannitus eſt hoſtis Ciuitatis, & Reipublicæ.*

3 *Clerici, & Eccleſiaſtici dicuntur ciues vbi habent domicilium, & cenſentur pars Reipublicæ.*

4 *Pars cum ſuo toto conuenire debet.*

5 *Auxilium brachij ad inuicem ſibi implorare poſſunt Eccleſiaſtici, & ſeculares.*

6 *Bannitorum commercium interdicere Summus Pontifex conſueuit.*

7 *Edicta Principum ob publicum bonum emanata obligant*

ligant in foro conſcientiæ.

8 *Edicta Principum emanata ob publicum bonum obligãt etiam Eccleſiaſticos via directiua.*

VErtendum non eſſe in dubium exiſtimo poſſe imò debere Prælatos cogere Eccleſiaſticos ſibi ſubditos ne commercium habeant cum illis, quos, Domini temporales ſuarũ diœceſum capitaliter bannierunt.

2 Primò qa bãnitus dicitur hoſtis ciuitatis, & reipublicæ, vt per Bart. in extraug. qui ſint rebelles in ver. rebellando. col. fin. & in l. amiſſione §. qui deficiunt

3 ff. de capit. dimin. Boſſ. in prat. crimin. tit. d. crim. leſæ maieſt. nu. 94. ita vt in eos publice indictum eſſe bellum videatur, vt docet Conrad. Brunus lib. 5. de hęret. c. 14. in fine. ſed clerici, & Eccleſiaſtici dicuntur ciues vbi habent domicilium, vt probatur ex c. dilecti de for. compet. & Anchar. ibidem, & cenſentur pars reipublicæ, vt notat Bald. per illum tex. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure & ſequitur Felin. in c. Rodulphus nu. 32. de reſcript. ergo bãnitos vt hoſtes ciuitatis & reipublicæ tanquam proprios hoſtes habere debẽt; ergo ad hoc à ſuis Prælatis cogi poſſunt.

4 Secũdò quia pars debet cum ſuo toto conuenire; Turpis enim pars eſt ſuo vniuerſo non conueniens, vt hebetur in c. quæ cõtra mores. 8. diſt. ſed cum Eccleſiaſtici ſint pars reipublicæ, vt dictum eſt; ergo debent cum ipſa republica conuenire, & ita bannitos deuitare prout ipſa reſpublica deuitat.

5 Tertiò quia ſicut Eccleſiaſtci implorare poſſunt auxi-

auxilium brachij ſecularis cõtra cõtumaces ſuos q̃do caſus vrget, vt in c. Princeps 23. q. 5. & probatur ex c. 1. de offic. ordin. ita verſa vice poteſt Iudex laicus vrgẽte caſu implorare auxilium brachij Eccleſiaſtici contra eos contra quos poteſtas ſæcularis vim coactiuam nõ habet, vt in Auth. ſed hodie C. de adulter. & ita tenet Innoc. in d. c. 1. d. offic. ordin. & notat Marian. Soc. in c. cum ſit generale nu. 24. de for. cõpet. & ſequit. Couar. ĩ lib. practicar. q.q. c. 10. num. 1. & Diaz. in practica nouiſſimè impreſſa in c. 160. nu. 10.

6 Quartò quia vulgatum illud dictũ docet, vt *A' boue maiori diſcat arare minor*; ſed ſummus Pontifex, qui eſt maior Prælatus conſueuit quandoq; in gratiam ſæcularium Principú ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ interdicere ne Eccleſiaſtici communicent cum bannitis, veluti patet præſertim ex bulla Sixti. V. pro Regno Neapolitano, data in gratiã illius Proregis die 20. Maij 1589. ergo hoc idem facere poſſunt in ſuis diæceſib' inferiores Prælati quò ad bannitos à Dominis temporalibus ſuarum Diæceſarum.

7 Quintò quia edicta Principum, quando ob publicũ bonum proficiſcũtur, habent vim obligandi etiã in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua proficiſcuntur iuxta illud Prouerb. 8. *Per me Reges regnãt, & legum cõditores iuſta decernũt*; veluti poſt D. Thom. in 1. 2. q. 96. a. 4. dixi in 2. 2. meæ Inſtitut. lib. 2. c. 6 q. 3. nu. 99. Et hoc procedere ibidem dixi in nu. 106. etiã quò ad Eccleſiaſticos, nõ quidem vi coactiua

ctiua, ſed vi directiua, vt ibidem explicaui in num. 101. ſed edicta contra bannitos ob publicum bonũ
8 iuſtè ſunt introducta, veluti probaui in meo Memoriali ver. Bãnitus nu. 7. & 16. ergo etiam ab Eccleſiaſticis in conſcientiæ foro ſunt ſeruanda vi directiua prædicta; ergo & ad id vi coactiua à ſuis Prælatis induci poſſunt. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCVI.

DE PROMISSIONE MATRIMONII Fraudolenter facta Viduæ, vt inducatur ad fornicationem.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio debet eſſe ſpontanea alioquin non obligat; explica ut in nu.* 11.

2 *Obligatio naſcitur ex ipſo animo ſe obligandi.*

3 *Verba iudicantur ab hominibus qualia foris ſonant, à Deo autem qualia intus proferuntur.*

4 *Promittens matrimoniũ vt mulierem inducat ad concubitum, poſt concubitum ex iuſtitia commutatiua tenetur ad promiſſionem.*

5 *Iuſtitia commutatiua ſatisfactionem recipit per æquale; ſed intellige vt in num.* 12.

6 *Conſenſus ſi deficiat in nuptijs, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur Intellige vt in nu.* 16.

7 *Contractus innominati non ſubiacent pænitentiæ quando*

do ex altera parte fuit impletũ niſi oẽs conſentiant.

8 *Contractus innominati mutant naturam & tranſeunt in nominatos quando interuenit in illis temporis interuallum.*

9 *Contrahens fictè tenetur ſtare contractui quando conſenſit vt alter ex ſua parte impleat & ille impleuit.*

10 *Matrimonium fictè promittens quando tenetur promiſſum ſeruare.*

13 *Creditore inuito vnum pro alio ſolui non poteſt.*

14 *Viduam, qui decepit cum promiſſione matrimonij, tenetur illam ducere.*

15 *Inæqualitas nobilitatis non quælibet ſufficit ad excuſſandum à promiſſione matrimonij.*

Scire, aut ſcire debere paria ſunt.

TItius rem habuit cũ Seia vidua honeſta ſub promiſſione ducendi illam in vxorem, ſi grauida fieret. Ipſe tamen id promiſit nõ animo ſe obligãdi, nec ſeruãdi promiſſum; ſed inducendi illam ad concubitũ. Et cum cõſenſiſſet mulier, & grauida remãſiſſet, queritur, an teneatur Titius in foro conſcientiæ Seiam in vxorem ducere?

1 Et videtur reſpondendũ eſſe Titiũ non teneri. Primò quia in promiſſionib⁹ obligatio ex ſpontanea voluntate ita contrahitur, vt vbi deficit voluntas ſeu animus ſe obligandi, deficiat & ipſa obligatio l. 3. ff. de actionibus & obligationibus.

2 Naſcitur enim obligatio ex ipſo animo ſe obligandi l. obligationum ſubſtãtia ff. de act. & obligat. & ita tenent cõmuniter Doctores, & præſertim Richard. in 4. diſt. 38. ar. 3. q. 3. Caiet. in 2. 2. q. 38. ar. 1. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 4. Tabien. ver. pactum

tum q. 2. nu. 3. Petr. Nau. lib. 2 de reſtit. c. 2. dub. 7. corollar. 3. nu. 329. ſed in caſu hoc deficit voluntas ſe obligandi; ergo promiſſum ſeruare Titius nó obligatur.

3 Secundò quia & ſi humanę aures talia verba noſtra iudicent, qualia foris ſonãt, Deus tamen talia illa iudicat, qualia ex itẽtione proſe untur c. humanę aures 22. q. 5. & ideo ibidem additur nó debere aliqué verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem; ſed voluntas, & intentio Titij non fuit promittẽdi matrimonium, & contrahendi ſponſalia, ſed inducendi Seiam ad illicitum concubitum; ergò ſaltem quò ad Deum, & conſcientiæ forum non erit valida talis promiſſio, & virtute illius non tenetur Titius Seiam ducere.

4 Tertiò quia ſi Titius obligatur, non ex alio capite obligatur quàm ex iuſtitia commutatiua: ideo enim obligatur contrahere quia cum mulier impleuerit ex parte ſua contractum, tradendo corpus ad concubitum, & impleta ſit etiam conditio cõceptionis, ipſe obligatur implere ex parte ſua, & illã ducere; ſed ad 5 ſatisfaciendam iuſtitiam commutatiuam ſufficit ſi æquale reddatur; ergo ſatis erit Titio ſi datam Sęiæ fidem pecunijs ſatisfaciat. Imò cum Seia ſit vidua, illã ducere non eſt ęquale, ſed lõge maius; ergo nó tenẽ Titius illã ducere, ſed alio modo iniuriam compenſare poteſt, vt poſt Doctores, quos citat, tenet Sanchez lib. 1. de ſponſalib. diſput. 11. q. 4. nu. 23.

Quartò quia in cõtractib⁹ iuſtitię ſeruanda eſt æqualitas, vt notum eſt; ſed in

hoc

hoc contractu, ſi Titius duceret Seiam, non ſeruaretur æqualitas, quia, vt audio, Titius eſt vir nobilis, & Seia non ita nobilis; ergo non tenetur illam ducere, ſed ſatis erit æqualitatem pecunia, vel alia via compenſare.

6 Quinto quia in c. ſufficiat 27. q. 2. Nicolaus Papa ſcribit, quòd ſi conſenſus nuptijs defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur; ſed in hoc caſu defuit conſenſus Titij; ergo omnia alia fruſtrantur.

7 Sed in contrarium eſt veritas, nam & ſi in contractibus innominatis (de quorum numero videtur hic de quo eſt quæſtio; fecit enim Seia copiam ſui corporis ex eo quòd Titius promiſerat celebrare cum illa contractũ matrimonij, ſi ex copula ſecum habita ipſa conciperet) detur locus pænitentiæ, hoc tamẽ procedit re integra, hoc eſt quando ſaltem ex altera parte non fuit impletum; & re non integra, hoc eſt quando ex altera ſaltem parte fuit impletũ non datur locus pænitentię, niſi omnes cõſentiant, ſecundum comunem Doctorum ſentẽtiam, de qua teſtatur Hiero. Torniell. in rubr. ff. de verb. oblig. & Hier. Giach. in collect. comm. opin. ver. contractus nu. 46. & dixi in 2. 2. lib. 2. c. 5. q. 2. num. 10.

8 Imò quando in his contractibus interuenit temporis interuallum inter id quod datur aut fit, & quod dandum, aut faciendum eſt, (quemadmodum interuenit in caſu de quo eſt quæſtio) mutatur eorum natura, & tranſeunt in cõtractus nominatos, vt dixi in d. q. 2. c. 12. & in contractibus nominatis non

datur locus pœnitentiæ, niſi omnes contrahẽtes cõſentiant, vt dixi in d. nu. 10. Et hoc procedit præſertim in conſcientiæ foro, etiam
9 ſi quis fictè contraxerit: nã quamuis in contractibus fictis ob defectum conſenſus, non teneatur quis in foro conſcientiæ ſtare contractui, vt dixi in d. c. 5. q. 7. nu. 225. tamen quãdo quis induxit alterum, vel conſenſit vt alter ex ſua parte impleat, & ille impleuit in contractibus in quibus interuenit do vt des, vel facio vt facias, vel facio vt des, vel do vt facias, tenetur ſic inducens, vel conſentiens implere ſuam partem, quamuis fictè contraxerit, vt dicit Sanch. in d. lib. 1. de ſponſ. diſput. 10. nu. 5. ver. ſecũdum: & loquitur in proprijs terminis de quibus eſt quæſtio. Et ratio eſt; nam quando quis fictè cõtrahit, & ſub promiſſione quod ipſe faciet, aut det inducit alterum ad faciendum, vel ad dandum, vel conſenſit vt ille prius faciat, aut det, tenetur ex iuſtitia commutatiua verè contrahere, alioquin illi iniuriam faceret; ergò ex iuſtitia commutatiua tenetur ſeruare contractum. Et ita de ficta promiſſione matrimonij, & ſic in terminis de quib9 eſt quæſtio, tenet D. Thom. in. 4. diſt. 28. qu. vn. a. 2. ad. 4. D. Anton. 2. p. tit. 5. c. 6. §. 1. Sylu. ver. luxuria. q. 5. Nau. in ſumma c. 16. nu. 18. & Sanchez., vbi ſupra qui alios citat: & Henriq. lib. 11. de matr. c. 13. nu. 2. in fine de hac ficta promiſſione loquens ſic ait: *Promiſſio facta abſq; intentione ſe obligandi, tunc ſub mortali obligat, quãdo alias ſequitur ſcandalum, vel damnum & iniuria tertij;* ſed in hoc

casu

caſu ſequitur dãnũ, & iniuria mulieris deceptæ; ergo talis promiſſio obligat.

11 Nec contraria obſtant; nam ad Primum reſpondetur pcedere in promiſsionibus illis, quib⁹ qs cõſẽtire ex iuſtitia præſertim nõ obligatur; at quando conſentire præſertim ex iuſtitia obligatur, cuiuſmodi dictum eſt eſſe in caſu noſtro, velit nolit promittẽs obligatur, ita vt promiſſum ſeruare teneatur, ne alter ex ficta promiſſione ſua iniuriam patiatur.

Ad ſecũdum reſpondetur, in caſu noſtro obligationem ſeruandi promiſſum nõ procedere ex volũtate, & intentione promittentis, ſed ex obligatione, quam ipſe promittens habebat cõſentiendi rei promiſſæ quando inducebat Seiam ad conſentiendum ad concubitum, & quando virtute huius promiſſionis cum ipſa concubuit.

12 Ad Tertium dicitur, ſatisfacere non poſſe Titiũ reddendo æquale niſi Seia cõſentiat; nam cum obligatio hęc procedat ex iuſtitia commutatiua, vt dictũ eſt, non ſufficit ſi reddatur æquale, ſed idemmet quod promiſſũ eſt reddere

13 oportet; quia vnum pro alio inuito creditore ſolui non poteſt l. 2. §. matri. ff. ſi cert. petat. Imò cũ Seia ſit mulier honeſtæ conditionis, nũquam poteſt illi Titius reddere ęquale, niſi illam ducat, dum eſt in ſtatu in quo illam ducere poteſt; infamiam enim ex tali copula contraxit, &

14 ideo inepta ad matrimoniũ cum alio æquali contrahẽdum reddita eſt. Et ita quò ad uiduam deceptam tenet Nau. lib. 4. conſil. tit. de ſpõnſalib. cõſil. 48. in antiq. & conſil. 7. in nouis, Lopez in parte

1. Inſt. c. 77. §. hic etiam liquet, Ledeſ. de matrim. q. 45. ar. 4. dub. 1. & ſequitur Sanch. in d. lib. 1. de ſponſalib. diſput. 10. q. 4. nu. 24. limitando ea, quæ dixerat in nu. 23.

15 Ad Quartum reſpondetur, quòd quamuis Seia nõ ſit ita nobilis vt Titius, tamen hoc non ſufficit ad excuſandum Titium à contrahendo matrimonio; nã non quælibet inæqualitas ad hoc ſufficit, ſed illa quę tanta eſt, vt mulier rationabiliter præſumere potuiſſet promittentem illã decipere, & ſolum concubitũ requirere; tunc enim quia paria ſunt ſcire, & ſcire debere l. quod re ff. de reb. credit. ſibi imputare debet mulier ſi hanc deceptionem admittit, & ſat erit deceptori ſi reddat quantum fieri poteſt æquiualens. At quãdo inæqualitas tanta non eſt, prout illã non eſſe dicunt in caſu noſtro, non eſt dubitandũ huiuſmodi inæqualitatem non excuſare, vt tenet D. Tho. in d. art. 2. ad quartũ Nau. in c. 16. num. 18. & alij, quos citat, & ſequitur Sanch. in d. diſput. 10. q. 1. nu. 6.

16 Ad quintum reſpondetur procedere quò ad conſtituendum verum matrimonium, quod quidem nunquam cenſetur celebratum ſine conſenſu, quã tũuis coitus interueniat; ſed ſecus erit dicendum quò ab obligationem cõtrahendi illud, quando interuenit copula extorta ꝑ fictã promiſſionem matrimonij. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCVII.

DE LICENTIA VACANDI IN diebus feſtis operibus ſeruilibus à ſolis ſuperioribus Eccleſiaſticis concedenda.

SVMMARIVM.

1 *FÆſtos dies non obſeruantes ſæculares cũ licentia ſuperioris Eccleſiaſtici, punire non poteſt Iudex laicus ſub prętextu ſuę prohibitionis ; & affertur declaratio ſacræ Congregationis vt in nu. 2.*

IN terra N. adeſt edictum Superioris ſęcularis prohibens ſub certis quibuſdã pænis, ne ſęculares diebus feſtiuis opera ſeruilia faciant: & quia ſæpe occurrũt caſus neceſſitatis, in quibus ſęculares cum licẽtia ſuperioris Eccleſiaſtici ſeruilia opera faciunt; quęritur an non obſtante tali licentia poſſit ſuperior ſæcularis ipſos ſæculares ſibi ſubditos punire tanquam ſui ædicti tranſgreſſores, niſi etiam ab ipſo ſuperiori ſæculari licentiam obtineant?

1 Et breuiter reſpondetur, non poſſe per ea quæ dixi in 1. parte meæ Inſtit. lib. 5. c. 17. nu. 7. & quia nõ vacat rationes ibi adductas hic replicare, ibi illas dominus conſulens legere poteſt, & tantum hic addam declarationem Sacrę Congregationes Concil. Trid. interpr. quæ pauci

ſunt dies ad manus meas in autentica forma peruenit, cuius verbã ſunt hæc:

2 *Cum officiales Curiæ Sęcularis Mutinę prætendant neminem poſſe in diebus fæſtis vacare operibus ſeruilibus etiam de licentia Epiſcopi, niſi eorum quoq; licentiam obtineat, & laborantes abſq; eorum licentia incidere in pænas ab eis contra non obſeruantes dies feſtos ſtatutas; Epiſcopus petit, vt declaretur ad quem ſpectet huiuſmodi licentiam cõcedere, & an ſi ipſe, præuia neceſſitatis approbatione aliquibus illam conceſſerit, poſſint prędicti officiales eos punire?*

Sacrã Congregatio Cardin. Concil. Trid. interp. cenſuit facultatem huiuſmodi licentiã concedendi, ad Sacrorum Canonum præſcriptum, ad Epiſcopum tantùm pertinere, non autem ad miniſtros ſeculares; atq; eos qui diebus fæſtis, præuia Epiſcopi licentia, operibus ſeruilibus vacauerint, nequaquam poſſe à Iudicibus laicis quoquo modo multari, aut puniri. R. Cardin. Vbald.

Locus ✠ Sigilli.

CONS.

CONS. XCVIII.

DE COGNATIONE SPIRITVALI ex baptiſmo proueniente, quando plures vnum de fonte ſuſcipiunt.

SVMMARIVM.

1 *VNo poſito quando ex eo aliud neceſſariò ſequitur, qui vult antecedens cenſetur velle conſequẽs.*

2 *Suſcipientes de Sacro fonte etiam ſi plures ſint, cognationem ſpiritualem contrahunt de iure antiquo, ſecus hodie vt in nu. 9.*

3 *Suſcipientes de Sacro fonte cognationem ſpiritualem non contrahunt, niſi ſint deſignati.*

4 *Actus agentium non operatur ultra intentionem agentis.*

5 *Cognatio ſpiritualis in baptiſmo non oritur ex ſolo actu, ſed ex actu cum intentione ſaltem faciendi id quod eſt ab Eccleſia inſtitutum.*

6 *Lege prohibente quod fit non valet.*

Suſcipere infantem de baptiſmo ſolus vnus aut vna poteſt de iure antiquo, ſed ex ſacro Concil. Trid. poſſunt vnus & vna tantum.

7 *Patrini, ſi ultra deſignatos Baptizatum tangant, cognationem non contrahunt.*

ANdreas in 14. ętatis ſuę anno conſtitutus, cum baptizaretur Antonia ſoror cuiuſdam ſui amici & ipſe interfuit, ac ex leuitate iuuenili vna cum Franciſco

ctiua, ſed vi directiua, vt ibidem explicaui in num. 101. ſed edicta contra bannitos ob publicum bonũ
8 iuſtè ſunt introducta, veluti probaui in meo Memoriali ver. Bãnitus nu. 7. & 16. ergo etiam ab Eccleſiaſticis in conſcientiæ foro ſunt ſeruanda vi directiua prædicta; ergo & ad id vi coactiua à ſuis Prælatis induci poſſunt. Saluo ſemper, &c.

CONS. XCVI.

DE PROMISSIONE MATRIMONII Fraudolenter facta Viduæ, vt inducatur ad fornicationem.

SVMMARIVM.

1 *PRomiſſio debet eſſe ſpontanea alioquin non obligat; explica ut in nu. 11.*

2 *Obligatio naſcitur ex ipſo animo ſe obligandi.*

3 *Verba iudicantur ab hominibus qualia foris ſonant, à Deo autem qualia intus proferuntur.*

4 *Promittens matrimoniũ vt mulierem inducat ad concubitum, poſt concubitum ex iuſtitia commutatiua tenetur ad promiſſionem.*

5 *Iuſtitia commutatiua ſatisfactionem recipit per ęquale; ſed intellige vt in num. 12.*

6 *Conſenſus ſi deficiat in nuptijs; cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur Intellige vt in nu. 16.*

7 *Contractus innominati non ſubiacent pænitentiæ quando*

do ex altera parte fuit impletũ niſi oẽs conſentiant.

8 *Contractus innominati mutant naturam & tranſeunt in nominatos quando interuenit in illis temporis interuallum.*

9 *Contrahens fictè tenetur ſtare contractui quando conſenſit vt alter ex ſua parte impleat & ille impleuit.*

10 *Matrimonium fictè promittens quando tenetur promiſſum ſeruare.*

13 *Creditore inuito vnum pro alio ſolui non poteſt.*

14 *Viduam, qui decepit cum promiſſione matrimonij, tenetur illam ducere.*

15 *Inæqualitas nobilitatis non qualibet ſufficit ad excuſſandum à promiſſione matrimonij.*

Scire, aut ſcire debere paria ſunt.

TItius rem habuit cũ Seia vidua honeſta ſub promiſſione ducendi illam in vxorem, ſi grauida fieret; Ipſe tamen id promiſit nõ animo ſe obligãdi, nec ſeruãdi promiſſum; ſed inducendi illam ad concubitũ. Et cum cõſenſiſſet mulier, & grauida remãſiſſet, quęritur, an teneatur Titius in foro conſcientiæ Seiam in vxorem ducere?

1 Et videtur reſpondendũ eſſe Titiũ non teneri. Primò quia in promiſſionib⁹ obligatio ex ſpontanea voluntate ita contrahitur, vt vbi deficit voluntas ſeu animus ſe obligandi, deficiat & ipſa obligatio l. 3. ff. de actionibus & obligationibus.

2 Naſcitur enim obligatio ex ipſo animo ſe obligandi l. obligationum ſubſtãtia ff. de act. & obligat. & ita tenent cõmuniter Doctores, & præſertim Richard. in 4. diſt. 38. ar. 3. q. 3. Caiet. in 2. 2. q. 38. ar. 1. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 4. Tabien. ver. pac-

tum q. 2. nu. 3. Petr. Nau. lib. 2 de reſtit. c. 2. dub. 7. corollar. 3. nu. 329. ſed in caſu hoc deficit voluntas ſe obligandi; ergo promiſſum ſeruare Titius nõ obligatur.

3 Secundò quia & ſi humanę aures talia verba noſtra iudicent, qualia foris ſonãt, Deus tamen talia illa iudicat, qualia ex itẽtione profe untur c. humanę aures 22. q. 5. & ideo ibidem additur nõ debere aliquẽ verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem; ſed voluntas, & intentio Titij non fuit promittẽdi matrimonium, & contrahendi ſponſalia, ſed inducendi Seiam ad illicitum concubitum; ergò ſaltem quò ad Deum, & conſcientiæ forum non erit valida talis promiſſio, & virtute illius non tenetur Titius Seiam ducere.

4 Tertiò quia ſi Titius obligatur, non ex alio capite obligatur quàm ex iuſtitia commutatiua: ideo enim obligatur contrahere quia cum mulier impleuerit ex parte ſua contractum, tradendo corpus ad concubitum, & impleta ſit etiam conditio cõceptionis, ipſe obligatur implere ex par-
5 te ſua, & illã ducere; ſed ad ſatisfaciendam iuſtitiam commutatiuam ſufficit ſi æquale reddatur; ergo ſatis erit Titio ſi datam Seiæ fidem pecunijs ſatisfaciat. Imò cum Seia ſit vidua, illã ducere non eſt ęquale, ſed lõge maius; ergo nõ tenet Titius illã ducere, ſed alio modo iniuriam compenſare poteſt, vt poſt Doctores, quos citat, tenet Sanchez lib. 1. de ſponſalib. diſput. 11. q. 4. nu. 23.

Quartò quia in cõtractibꝰ iuſtitię ſeruanda eſt æqualitas, vt notum eſt; ſed in

hoc

hoc contractu, ſi Titius duceret Seiam, non ſeruaretur æqualitas, quia, vt audio, Titius eſt vir nobilis, & Seia non ita nobilis; ergo non tenetur illam ducere, ſed ſatis erit æqualitatem pecunia, vel alia via compenſare.

6 Quinto quia in c. ſufficiat 27. q. 2. Nicolaus Papa ſcribit, quòd ſi conſenſus nuptijs defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur; ſed in hoc caſu defuit conſenſus Titij; ergo omnia alia fruſtrantur.

7 Sed in contrarium eſt veritas, nam & ſi in contractibus innominatis (de quorum numero videtur hic de quo eſt quæſtio; fecit enim Seia copiam ſui corporis ex eo quòd Titius promiſerat celebrare cum illa contractũ matrimonij, ſi ex copula ſecum habita ipſa conciperet) detur locus pænitentiæ, hoc tamẽ procedit re integra, hoc eſt quando ſaltem ex altera parte non fuit impletum; & re non integra, hoc eſt quando ex altera ſaltem parte fuit impletũ non datur locus pænitentię, niſi omnes cõſentiant, ſecundum comunem Doctorum ſentẽtiam, de qua teſtatur Hiero. Torniell. in rubr. ff. de verb. oblig. & Hier. Giach. in collect. comm. opin. ver. contractus nu. 46. & dixi in 2. 2. lib. 2. c. 5. q. 2. num. 10.

8 Imò quando in his contractibus interuenit temporis interuallum inter id quod datur aut fit, & quod dandum, aut faciendum eſt, (quemadmodum interuenit in caſu de quo eſt quæſtio) mutatur eorum natura, & tranſeunt in cõtractus nominatos, vt dixi in d. q. 2. c. 12. & in contractibus nominatis non da-

datur locus pęnitentię, niſi
omnes contrahẽtes cõſen-
tiant, vt dixi in d. nu. 10.
Et hoc procedit pręſertim
in conſcientiæ foro, etiam
9 ſi quis fictè contraxerit: nã
quamuis in contractibus
fictis ob defectum conſen-
ſus, non teneatur quis in
foro conſcientiæ ſtare con
tractui, vt dixi in d. c. 5. q.
7. nu. 225. tamen quãdo
quis induxit alterum, vel
conſenſit vt alter ex ſua
parte impleat, & ille im-
pleuit in contractibus in
quibus interuenit do vt
des, vel facio vt facias, vel
facio vt des, vel do vt fa-
cias, tenetur ſic inducens,
vel conſentiens implere
ſuam partem, quamuis fi-
ctè contraxerit, vt dicit
Sanch. in d. lib. 1. de ſponſ.
diſput. 10. nu. 5. ver. ſecũ
dum: & loquitur in pro-
prijs terminis de quibus
eſt quæſtio. Et ratio eſt;
nam quando quis fictè cõ-
trahit, & ſub promiſſione
quod ipſe faciet, aut det
inducit alterum ad facien
dum, vel ad dandum, vel
conſenſit vt ille prius fa-
ciat, aut det, tenetur ex iu-
ſtitia commutatiua verè
contrahere, alioquin illi
iniuriam faceret; ergò ex
iuſtitia commutatiua tene
tur ſeruare contractum. Et
ita de ficta promiſſione ma
trimonij, & ſic in terminis
de quibꝰ eſt quęſtio, tenet
D. Thom. in. 4. diſt. 28.
qu. vn. a. 2. ad. 4. D. An-
ton. 2. p. tit. 5. c. 6. §. 1.
8 Sylu. ver. luxuria. q. 5.
Nau. in ſumma c. 16. nu.
18. & Sanchez., vbi ſupra
qui alios citat: & Henriq.
lib. 11. de matr. c. 13. nu.
2. in fine de hac ficta pro-
miſſione loquens ſic ait:
*Promiſſio facta abſq; intentio
ne ſe obligandi, tunc ſub mor
tali obligat, quãdo alias ſequi-
tur ſcandalum, vel damnum
& iniuria tertij*; ſed in hoc
caſu

caſu ſequitur dãnũ, & iniuria mulieris deceptæ; ergo talis promiſſio obligat.

11 Nec contraria obſtant; nam ad Primum reſpondetur pcedere in promiſsionibus illis, quib⁹ qs cõſẽtire ex iuſtitia præſertim nõ obligatur; at quando conſentire præſertim ex iuſtitia obligatur, cuiuſmodi dictum eſt eſſe in caſu noſtro, velit nolit promittẽs obligatur, ita vt promiſſum ſeruare teneatur, ne alter ex ficta promiſſione ſua iniuriam patiatur.

Ad ſecũdum reſpondetur, in caſu noſtro obligationem ſeruandi promiſſum nõ procedere ex volũtate, & intentione promittentis, ſed ex obligatione, quam ipſe promittens habebat cõſentiendi rei promiſſæ quando inducebat Seiam ad conſentiendum ad concubitum, & quando virtute huius promiſſionis cum ipſa concubuit.

12 Ad Tertium dicitur, ſatisfacere non poſſe Titiũ reddendo æquale niſi Seia cõſentiat; nam cum obligatio hęc procedat ex iuſtitia commutatiua, vt dictũ eſt, non ſufficit ſi reddatur æquale, ſed idemmet quod promiſſũ eſt reddere

13 oportet; quia vnum pro alio inuito creditore ſolui non poteſt l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. petat. Imò cũ Seia ſit mulier honeſtæ conditionis, nũquam poteſt illi Titius reddere ęquale, niſi illam ducat, dum eſt in ſtatu in quo illam ducere poteſt; infamiam enim ex tali copula contraxit, &

14 ideo inepta ad matrimoniũ cum alio æquali contrahẽdum reddita eſt. Et ita quò ad uiduam deceptam tenet Nau. lib. 4. conſil. tit. de ſpõnſalib. cõſil. 48. in antiq. & conſil. 7. in nouis, Lopez in parte

1. Inſt. c. 77. §. hic etiam liquet, Ledeſ. de matrim. q. 45. ar. 4. dub. 1. & ſequitur Sanch. in d. lib. 1. de ſponſalib. diſput. 10. q. 4. nu. 24. limitando ea, quæ dixerat in nu. 23.

15 Ad Quartum reſpondetur, quòd quamuis Seia nõ ſit ita nobilis vt Titius, tamen hoc non ſufficit ad excuſandum Titium à contrahendo matrimonio; nã non quælibet inæqualitas ad hoc ſufficit, ſed illa quę tanta eſt, vt mulier rationabiliter præſumere potuiſſet promittentem illã decipere, & ſolum concubitũ requirere; tunc enim quia paria ſunt ſcire, & ſcire debere l. quod re ff. de reb. credit. ſibi imputare debet mulier ſi hanc deceptionem admittit, & ſat erit deceptori ſi reddat quantum fieri poteſt æquiualens. At quãdo inæqualitas tanta non eſt, prout illã non eſſe dicunt in caſu noſtro, non eſt dubitandũ huiuſmodi inæqualitatem non excuſare, vt tenet D. Tho. in d. art. 2. ad quartũ Nau. in c. 16. num. 18. & alij, quos citat, & ſequitur Sanch. in d. diſput. 10. q. 1. nu. 6.

16 Ad quintum reſpondetur procedere quò ad conſtituendum verum matrimonium, quod quidem nunquam cenſetur celebratum ſine conſenſu, quã tũuis coitus interueniat; ſed ſecus erit dicendum quò ab obligationem cõtrahendi illud, quando interuenit copula extorta ꝑ fictã promiſſionem matrimonij. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XCVII.

DE LICENTIA VACANDI IN diebus feſtis operibus ſeruilibus à ſolis ſuperioribus Eccleſiaſticis concedenda.

SVMMARIVM.

1 *FÆſtos dies non obſeruantes ſæculares cũ licentia ſuperioris Eccleſiaſtici, punire non poteſt Iudex laicus ſub prętextu ſuę prohibitionis; & affertur declaratio ſacræ Congregationis vt in nu. 2.*

IN terra N. adeſt edictum Superioris ſęcularis prohibens ſub certis quibuſdã pænis, ne ſęculares diebus feſtiuis opera ſeruilia faciant: & quia ſæpe occurrũt caſus neceſſitatis, in quibus ſęculares cum licẽtia ſuperioris Eccleſiaſtici ſeruilia opera faciunt; quęritur an non obſtante tali licentia poſſit ſuperior ſæcularis ipſos ſæculares ſibi ſubditos punire tanquam ſui ædicti tranſgreſſores, niſi etiam ab ipſo ſuperiori ſæculari licentiam obtineant?

1 Et breuiter reſpondetur, non poſſe per ea quæ dixi in 1. parte meæ Inſtit. lib. 5. c. 17. nu. 7. & quia nõ vacat rationes ibi adductas hic replicare, ibi illas dominus conſulens legere poteſt, & tantum hic addam declarationem Sacrę Congregationes Concil. Trid. interpr. quæ pauci

ſunt dies ad manus meas in autentica forma peruenit, cuius verba ſunt hæc:

2 *Cum officiales Curiæ Sęcularis Mutinę prætendant neminem poſſe in diebus fæſtis vacare operibus ſeruilibus etiam de licentia Epiſcopi, niſi eorum quoq; licentiam obtineat, & laborantes abſq; eorum licentia incidere in pænas ab eis contra non obſeruantes dies feſtos ſtatutas; Epiſcopus petit, vt declaretur ad quem ſpectet huiuſmodi licentiam cōcedere, & an ſi ipſe, præuia neceſſitatis approbatione aliquibus illam conceſſerit, poſſint prędicti officiales eos punire?*

Sacra Congregatio Cardin. Concil. Trid. interp. cenſuit facultatem huiuſmodi licentiā concedendi, ad Sacrorum Canonum præſcriptum, ad Epiſcopum tantùm pertinere, non autem ad miniſtros ſeculares; atq; eos qui diebus fæſtis, præuia Epiſcopi licentia, operibus ſeruilibus vacauerint, nequaquam poſſe à Iudicibus laicis quoquo modo multari, aut puniri. R. Cardin. Vbald.

Locus ✠ Sigilli.

CONS.

CONS. XCVIII.

DE COGNATIONE SPIRITVALI ex baptiſmo proueniente, quando plures vnum de fonte ſuſcipiunt.

SVMMARIVM.

1 *VNo poſito quando ex eo aliud neceſſariò ſequitur, qui vult antecedens cenſetur velle conſequẽs.*

2 *Suſcipientes de Sacro fonte etiam ſi plures ſint, cognationem ſpiritualem contrahunt de iure antiquo, ſecus hodie vt in nu. 9.*

3 *Suſcipientes de Sacro fonte cognationem ſpiritualem non contrahunt, niſi ſint deſignati.*

4 *Actus agentium non operatur ultra intentionem agentis.*

5 *Cognatio ſpiritualis in baptiſmo non oritur ex ſolo actu, ſed ex actu cum intentione ſaltem faciendi id quod eſt ab Eccleſia inſtitutum.*

6 *Lege prohibente quod fit non valet.*

Suſcipere infantem de baptiſmo ſolus vnus aut vna poteſt de iure antiquo, ſed ex ſacro Concil. Trid. poſſunt vnus & vna tantum.

7 *Patrini, ſi ultra deſignatos Baptizatum tangant, cognationem non contrahunt.*

ANdreas in 14. ętatis ſuę anno conſtitutus, cum baptizaretur Antonia ſoror cuiuſdam ſui amici & ipſe interfuit, ac ex leuitate iuuenili vna cum Franciſco

ciſco & Iſabella, q erāt deſtinati à parētib⁹ puellę ad ſuſcipiendam eam à ſacro fonte, ſuſcepit & ipſe vidente, & non contradicente Parocho. Et cum Antonia prędicta facta eſſet nubilis contraxit cum ea Andreas ſponſalia, & factis publicationibus, quæ ex Eccleſiæ præcepto fieri cõſueuerunt, Obſtetrix prædictũ Andreę actum Parocho manifeſtauit. Ideoq; quæritur, an ex tali actu ortum ſit aliquod impedimentum ad contrahendũ matrimonium per verba de præſenti?

1 Et videtur reſpondendũ eſſe affirmatiue. Primò qa quando vno poſito, ex eo aliud neceſſariò ſequiť, qui vult antecedẽs cenſeť velle & illud conſequens neceſſarium l. 2. ff. de iuriſd. omni iud. c. præterea de offic. deleg. ſed poſita ſuſceptione puellæ, quæ fuit Baptizata, neceſſariò ex illa ſequitur cognatio ſpiritualis impediens, & dirimens matrimonium, vt in c. 1. de cognat. ſpirit. lib. 6. ergo Andreas, qui voluit actum ſuſceptionis, voluit etiam contractum cognationis; ergo contrahere matrimonium cum Antonia non poteſt.

2 Secundò quia in c. quamuis. de cognat. ſpirit. eod. lib. habetur quòd ſi plures, quàm à ſacris canonũ inſtitutis determinatũ eſt, acceſſerint ad ſuſcipiendũ infantem de ſacro fonte, ſpiritualis cognatio inde contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſoluens; ergo & ſi in hoc caſu Andreas vltra deſignatos ſuſceperit, tamen ſpiritualem cognationem contraxit; ideoq; cũ Antonia contrahere nõ poteſt.

3 Quibus tamen non obſtan-

ſtantibus reſpondeo, nullũ ex tali actu fuiſſe contractum impedimentum.

4 Primò quia actus agentium nõ operatur vltra intentionem eorum l. non omnis & l. eius ff. ſi certũ petatur; nec extenduntur vltrà quàm geruntur l. voluntariæ C. de excuſat. tutor. l. fin. C. ne vxor pro marito; ſed in hoc caſu nec parentes puellæ habuerũt intentionem contrahendi compaternitatem cũ Andrea, cum alios patrinos deſtinauerint; nec Andreas habuit animum cõtrahendi prædictam compaternitatem, cum ex ſola leuitate id feciſſet.

5 Et vt dicit Suar. in 3. p. D. Thom. q. 67. in comm. ad art. 8. col. penult. cognatio hæc non oritur ex ſola actione externa, ſed neceſſariò requirit in ſuſcipiente ſaltem intentionem exercẽdi vſum ab Eccleſia inſtitutum; ergo nulla eſt inde orta compaternitas, & illa ceſſante, nullum eſt inde ortum impedimentũ contrahendi prædictum matrimonium per verba de præſenti. Et quãuis ad hanc compaternitatem contrahendam nõ eſſe neceſſarium animum, ſed ſufficere actum ſuſcipiendi dixerim in 1. 2. lib. 2. c. 10 q. 1. nu. 1. hoc tamen procedit intra terminos pmiſſos, ſcilicet vnius, aut ſaltem duorum patrinorum, non autem intra caſus prohibitos. Item eſt quod ibi dixi intelligendũ de animo contrahendi cõpaternitatem; nam ſufficit animus exercendi actum ab Eccleſia inſtitutum, vt paulo ſuperius dixi.

6 Secundò quia id quod fit lege prohibente, nõ valet l. non dubium C. de legib. ſed ex ſacrorum canonũ deciſione ſtatutũ eſt vt

non

non plures ad ſuſcipiendum de baptiſmo ĩfantẽ accedãt quàm vnus, ſiue vir, ſiue mulier c.non plures de conſecrat. diſt. 4. vel ad ſummum vnus vir, & vna mulier, vt in Cõcil. Trident. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat. ergo talis actus inualidus fuit etiã ad inducendũ impedimẽtum matrimonij. Nec valet dicere quòd multa fieri prohibentur, quę facta tenent, ſecundum vulgata iura; nam reſpondetur hoc non procedere in multis caſibus, & maximè quãdo facta quæ prohibentur annullãtur in eadem, vel alia lege prout euenit in caſu noſtro per decretum Sacri Cõcil. Trid. de quo mox dicam, & idem eſt quãdo lex vltra non progreditur vt in d. l. non dubium.

7 Tertiò qa in d. c. 2. Cõcilij Trid. expreſsè decernit, vt ſi alij patrini, vltra deſignatos baptizatũ tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto cõtrahãt, Cõſtitutionibus, in contrariũ facientibus nõ obſtãtibus; ſed Andreas vltra deſignatos baptizatũ tetigit; ergo cognationẽ ſpiritualẽ nullo pacto contraxit.

8 Nec obſtãt ea, quę in cõtrariũ adducta ſunt, nã ad Primũ negatur minor: nõ eſt enim ſimpliciter verũ quòd poſita ſuſceptione pueri, ſequat̃ cognatio ſpiritualis, poſt prædictã determinationẽ Sacri Conc. Trid. ſed neceſſariũ eſt, vt ſuſcipiẽtes ſint deſignati, alioquin nullã cognationẽ contrahunt.

9 Ad ſecundũ reſpõdetur, determinationẽ c. q̃uis habuiſſe locũ ante prædictã determinationẽ ſacri Cõc. & poſt illã determinationẽ illam omnino ceſſare ꝑ nõ obſtantiã poſitã in d. ſacro Cõcilio, & ſupra relatam. Saluo ſemper, &c.

CONS.

CONS. XCIX.

DE BENEFICIATIS, ET CLERICIS aliculus religionis militaris non admittendis ad concurſum alterius beneficij curati.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium curatum habens, ſi conſimile recipiat ipſo iure priuatur primo. Et hoc factum eſſe in penam dicitur in nu. 5.*

2 *Beneficia plura recipere Cõcil. Trid. non prohibet, ſed illa prohibet retinere. ſed dic vt in nu. 6.*

3 *Beneficiorum curatorum pluralitas cur prohibita.*

4 *Beneficium vnum curatum habens non eſt admittendus ad concurſum alterius, & ſi admittatur ab examinatoribus non eſt approbandus.*

Examinatores pro concurſu ad beneficia illos approbare debent, quos peracto examine idoneos iudicauerint.

7 *Beneficium curatum qui habet hic & nunc eſt inhabilis ad conſimile beneficium obtinendum.*

8 *Profeſſus in aliqua religione militari non eſt admittendus ad concurſum beneficij curati ſecularis, ſed limita vt in nu. 10.*

Beneficia ſecularia ſecularibus, regularia autem regularibus ſunt conferenda.

9 *Profeſſi religionum militarium vere ſunt regulares.*

VA-

VAcante quadã Eccleſia curata, & publicato concurſu N. habens aliud beneficium curatum petit admitti ad concurſum cũ alijs huiuſmodi beneficiũ non habentibus; quæritur an ſit admittendus?

1 Reſpondetur Primò ex c. de multa de præben. apparere hunc admittendũ eſſe; decernitur enim ibi, vt ſi habens beneficium curatum aliud conſimile receperit, ſit ipſo iure primo priuatus; ergo qui vnũ habet beneficium curatũ admitti poteſt vt cõcurrat ad conſequendum aliud cõſimile; quia ſi obtinebit ſecundum ſatis erit ſi primum amittat ipſo facto.

2 Secundò, quia in ſacro Concilio Tred. ſeſſ. 7. de reformat. c. 5. nõ prohibetur ne quis plura beneficia curata recipere valeat, ſed vt non valeat recipere, & ſimul illa retinere; ergo qui accedit ad concurſum ſecundi beneficij animo ſtatim reſignandi primũ, ſi ſecundum obtineat, admitti ad concursũ poteſt.

3 Tertiò, quia ideo quis plura beneficia curata recipere, & retinere prohibetur, quia cum vtrumq; reſidentiam, & perſonale ſeruitũ requirat, vnus vtriq; ſatisfacere non valet; nã nemo poteſt duobus dominis ſeruire c. 1. 21. q. 1. & vnus vix vnũ officiũ implere ſufficit c. quia nõnulli de cler. non reſid. Et abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbẽtur officia l. quiſquis C. de poſtulat. gloſ. in c. ſingula 89. diſt. ſed eo ipſo quod quis ſecundum beneficiũ acquirit amittit primum, vt in d. c. de multa habetur; ergo ceſſat ratio prohibitionis; ergo nihil impedit quin habens vnum beneficium curatũ admit-

ti

ti poſſit ad concurſum, vt valeat obtinere ſecundũ.

4 Quibus tamen non obſtantibus ego indubitanter cenſeo prædictum. N. habens beneficium curatum admittẽdũ nõ eſſe ad concurſum alterius curati beneficij; quia *In qua Eccleſia quilibet titulatus eſt, in ea perpetuò* perſeueret, vt habetur in c. Sanctorum 70. diſt.

Et quia in c. ſuper inordinata de præben. ita decernitur: *conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd pueri, & beneficiati, qui non poſſunt in eadem Eccleſia deſeruire, in ea non debent idonei reputari*; ſed beneficiatus, qui habet vnum beneficiũ curatum non poteſt hic & nunc in alia Eccleſia deſeruire, cum teneatur deſeruire in ea, in qua hic nunc beneficium curatum obtinet; ergo hic & nunc eſt inhabilis ad aliud conſimile beneficium obtinendũ; nam vt dicit ibidẽ Panor. in num. 3. *tunc eſt quid ſibi imputetur, & debet eſſe contentus ea vocatione, qua vocatus eſt;* ergo tanquam inhabilis ad cõcurſum alterius beneficij curati admittendus non eſt. Et dato quod admiſſus fuerit, cenſeo examinatores illum approbare non poſſe; ipſi namq; eos approbare debent, quos peracto examine idoneos iudicauerint *ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandã opportunis*, vt habetur in ſacro Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. circa medium. de refor. ſed qui aliud habet beneficium curatum, ad gubernandũ vacantem Eccleſiam pariter curatam hic, & nunc idoneus nõ, eſt vt diximus; ergo examinatores illum approbare non poſſunt.

5 Et ad primum reſpondetur

tur prouiſionem in d. c. de multa, *vt quicunq; receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam ſi prius, tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, & ſi forte illud retinere contẽderit etiam alio priuetur*, factã fuiſſe in pœnam recipientium ſecundum beneficiũ curatum quando conſimile beneficium obtinent; & ideo in eorum vtilitatẽ adducendam non eſſe, nã alioquin ex eorum iniquitate commodum reportarent contra l. relegatorum §. fin. ff. de interd. & relegat. & c. intelleximus, de iudic. & c. legi 16. q. 1.

6 Ad ſecundum reſpondetur, ſacrum Concilium Tridentinum in d. c. 5. nõ conſtituere nouum ius, ſed cõfirmare antiquas determinationes ſacrorũ canonum, & præſertim d. c. de multa, in quo non ſolum quis prohibetur, ne duo curata beneficia retinere valeat ſub pęna amiſſionis vtriusq;, ſed etiam prohibetur, ne habens vnum curatum beneficiũ, aliud conſimile obtineat ſub pœna amiſſionis prioris, vt patet ex citatis verbis. Vnde fit vt cum tàm retinere quàm recipere duo curata beneficia quis in d. c. de multa prohibeatur, idem etiam prohibitum eſſe cenſeatur in d. decreto Sacri Concilij Tridentini, quia iuxta ipſius c. de multa diſpoſitionem, priuare, intendit, vt ibid. habetur.

7 Ad Tertium dico quòd quamuis per amiſſionem primi beneficij efficiatur quis habilis ad ſeruiẽdum in ſecundo, nõ ideo tamẽ qui habet vnum eſt admittendus ad concurſum alterius, nam cum, quãdo admittitur, iã retineat vnũ, hic & nũc eſt inhabilis ad aliud, & inhabiles nõ ſunt

ad-

admittẽdi, vt dictũ eſt; qa tũc eſt quid ſibi imputet.

Et præterea, cum prius amittatur in pœnã, amittẽs ad aliud admittendus non eſt, ne (vt dictũ eſt) cõtra leges & canones ex ſua iniquitate cõmodũ reportet.

8 Item dubitatur, an ſit ad concurſum beneficij ſęcularis admittendus clericus profeſſus in aliqua religione militari? & reſpondetur negatiuè; nam ſæcularia beneficia ſæcularibus clericis, regularia verò regularibus cõferẽda
